2.

IOANNIS DE IANDVNO

In libros Aristotelis De Cœlo & Mundo

QVÆSTIONES SVBTILISSIMÆ,

QVIBVS NVPER CONSVLTO ADIECIMVS
AVERROIS SERMONEM

DE SVBSTANTIA ORBIS.

Cum eiusdem Ioannis Commentario ac Quæstionibus, Nuperrime in Capita accurate diuisum, ac maxima diligentia recognitum,

DVO ETIAM LEGVNTVR HIS APPOSITI INDICES:
Alter Quæstionum, & Conclusionum, & Capitum Sūmas nunc additas, continet,
Alter in toto libro scitu præclara demonstrat.

QVÆ OMNIA RECENTI HAC NOSTRA editione, vt potuit fieri diligentissime, expolita sunt, atque elaborata.



Venetiis apud Hieronymum Scotum.
1552

IOANNIS DE IANDVNO

In libros Aristotelis De Caelo & Mundo

QVAESTIONES SVBTILISSIMAE

QVIBVS NVPER CONSVLTO ADIECIMVS

AVERROIS SERMONEM

DE SVBSTANTIA ORBIS.

Cum eiusdem Ioannis [illegible] Quaestionibus, Nuperrime in [illegible]

[illegible] recognitum,


DVO ETIAM [illegible] INDICES

Alter Quaestionum [illegible]

Alter [illegible]

QVAE OMNIA [illegible]

[illegible]



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

[illegible]

PRIMVS INDEX

Quæstionum & conclusionũ, & Capitum quę continentur in quęstionibus Ioannis Ian duni super Libros de Cœlo & Mundo, Et his quæ illis nuper addita sunt.

* ii

Quæstio & Con. & Capitum Index

Primi Indicis finis.

INDEX SECVNDVS

ELEMENTORVM SERIE

NVPER EXCOGITATVS

Omnium eorum, quae in Quaestionibus Ioannis de Ian duno super Libros de Coelo & Mundo, & eius dem Commentario & Quaestionibus in sermonem de Substatia Or bis scitu digna censentur.

C

D

E

F

G

H

I

Secundi Indicis in Ioan. de Ianduno super Libros de Cœlo, & Mundo Quæstionibus, & his, quæ huic libro nuper addita sunt.

FINIS.

IN IOANNIS DE IANDUNO QUAESTIONES SUPER LIBROS ARISTOTELIS DE CAELO ET MUNDO PROOEMIUM.

SUMMA POOEMII.

Quàm necessaria sit corporum cœlestium contemplatio quam aliorum inferiorum speculationem excellere dicit.

PTolomæus scribit in principio Cētiloquii sic, Mundanorum ad hoc & ad illud mutatio ex virtute seu mutatione corporum cœlestium procedit, rerumq; naturas rimari volentem oportet Primo corpora cœlestia speculari. In hac propositione corpus cœleste, cuius scientiam quærimus, describitur duobus modis, & scientia eius redditur commēdabilis, primo ex communi contemplatione, & respectu causalitatis corporum cœlestium ad ea quæ sunt hic. & hoc tangitur cum dicitur. Mundanorum ad hoc & ad illud mutatio ex virtute seu mutatione corporum cœlestium procedit. Secundo commendatur ex prioritate speculationis corporum cœlestium, & hoc tangitur cum subditur, Rerumq; causas rimari volentem oportet primo corpora cœlestia speculari. Ratio primi est. quia Mundanorum ad hoc & ad illud &c. ab illis procedit a quibus totus mundus inferior gubernatur. quia gubernatio alicuius rei gubernatæ a gubernante procedit, sed totus mundus inferior gubernatur a corpore cœlesti. per Aris. in primo Meteoro. vbi dicit. (Cap. prio.) Est igitur mundus iste inferior contiguus lationibus superioribus, vt omnis virtus eius inde gubernetur. Præterea. mutatio sempiterna debet esse causa mutationis nouæ & generabilis, sed mutatio horum inferiorum est generabilis & noua, & mutatio cœlestis est æterna: ideo &c. Maior videtur nota, quia rationabilius est, q perpetuum secundum aliquem modum sit causa generabilium q̃ econ (Text. c. 55) uerso, vt patet secundo de Generatione. quia si debet esse ordo inter motum perpetuum & nouum, tunc oportet q vnus sit causa alterius, aliter ordo esset inconnexus. ergo magis perpetuum in motu est causa generabilis in motu, q̃ e conuerso. & minor patet. Vnde notandum circa (Motus cœli secūdum totū æternus est.) hoc q motus cœli secundum totum est perpetuus, sed secundum particulares reuolutiones non, sed corrumpitur. vt hesterna reuolutio & hodierna, & secundum istū modum corpus cœleste est causa mutationis inferiorum. Ra(Te. cō. 32) (Tex. c. 3) tio secundi est, qa, cū sint diuersi modi causarū, vt patet. 2 Phy. & .7. Met. qa q̃dā est cōis, & q̃dā ppria, & q̃dam in actu & q̃dā in potētia &c. tūc ordo doctrinæ est primo ex cognitiōe causarum cōium & remotarum ad pprias; vt dicit Cōmen. 1. Phy. & resumit in. 2. vnde dicit, q doctrina (Com. 4) (Com. 27.) ordinatur in scientia a cognitione causarum remotarum ad causas minus remotas vsquequo perueniatur ad proprias & magis propinquas, sed corpora cœlestia sunt causæ communes & remotæ respectu inferiorum. ideo &c. Circa quod sciendum q duplices sunt causæ remotæ. quædam abstractæ omnino a materia & motu, vt substantiæ separatæ. aliæ sunt causæ remotæ, quæ (Tex. c. 3) (Te. c. 43.) sunt in materia sensibili, & habent accidentia sensibilia vt corpora cœlestia. Modo propositio Commentato. non est intelligenda de causis remotis omnino ab-

A stractis. quia istæ non cognoscuntur nisi per sensibilia, vt dicit Commen. Octauo Metaphy. & Duodecimo sed est intelligenda propositio de causis remotis in materia & quæ habent motum, & ab illis est incipiendum in doctrina.

De natura, scientia fere plurima videtur circa corpora & magnitudines, & horum existens passiones & motus. (Te. com)

QVAESTIO I.

An corpora cœlestia sint causæ horum inferiorum generabilium & corruptibilium.

COnsequenter circa istum librum. primo potest quæri de quibusdam communibus, & postea in speciali. quia dicit Aristo. Tertio Physicorum q speculatio de pro- (Text c. 2) priis est posterior speculatio cōmuni, quia

B oportet prius dicere viam communem, & postea propria speculari, vt dicit Primo Physicorum & (Te. cō. 4.) ideo prima quæstio sit. Vtrum corpora cœlestia sint causa inferiorum generabilium & corruptibilium. Arguitur primo q nō. quia inter causam & causatum debet esse proportio, vt patet. 2. phy. & .5. Meta. sed inter corpora cœlestia & ista inferiora generabilia & corruptibilia nulla est proportio: quia finiti ad infinitum nulla est proportio. Tertio physi. & primo huius. sed corpus cœleste est infinitum in duratione, ut patet Octauo physicorum & primo huius. & ista inferiora sunt finita, quia corrumpuntur & generantur, vt patet secundo de Generatione. (Te. cō. 38) (Te. cō. 3.) (Tex. c. 42.) (Te. cō. 52.) (Te. cō. 53.) (Te. cō. 2 c.) (Te. cō. 52.) Item, minus nobile non potest esse causa effectiua magis nobilis, qa causa efficiens per se non est minus nobilis. sed corpora cœlestia minus sunt nobilia q̃ ista inferiora, quia inferiora multa sunt animata. vt homo equus & plante, & cognoscunt, sed corpora cœlestia circūscripto motore sunt inanimata & non cognoscentia. & cognoscēs est no-

C bilius non cognoscente. ideo etc. Item, si corpora cœlestia per se essent causa inferiorum, tunc ista inferiora ex necessitate euenirent, sed hoc est impossibile, quia actus humanus & intellectualis nō necessitantur, quia liberi sunt, & ideo non necessitantur a cœlo ad eligendum, vel non eligendum, vel intelligendum, vel non intelligēdum, vt patet ex Tertio Ethi. consequentia patet, quia postquam (Cap. 8) cœlum est causa motiua inferiorum & est necessarius sm Aristo. tunc omnia inferiora haberent necessitatē a cœlo.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Ptolomæi (Cap. prio.) præallegata mundanarum rerū &c. & ex primo Meteo. (Tex. c. 58.) Est igitur ex necessitate mundus inferior &c. & ex secundo de Generatione, vbi Aris. vult q motus Solis in obliquo circulo & aliorum astrorum, qui dat intelligere q sunt secundum accessum & recessum, est causa generationis eorum quæ sunt in hoc mundo. Item, ibidem dicit, (Te. cō. 50.) q omnes formæ sunt in terminis & in corporibus cœlestibus, quæ vocat terminos, quia imponunt formam & terminum omnibus, quia forma terminat alia, quæ sunt

D a cœlo producta. Item Alber. in lib suo, qui dicitur speculum ph'iæ, dicit sic, Ordinauit & disposuit gloriosus & sublimis Deus cum sua summa sapientia, vt per stellas surdas & mutas operetur ea quæ contingūt in inferioribus elementis & elemētatis. & Com. dicit in primo huius, q (Com. 28) cœlum est ligamentum inter substantias abstractas & inferiora, quæ substantiæ abstractæ sunt intransmutabiles mediantibus corporibus cœlestibus, quæ sunt intrāsmutabilia in substantia, & semper secundum locum fiunt trāsmutationes æternæ in inferioribus a substātiis abstractis, quia nisi hoc esset, tunc actio tēporalis non fieret semp in inferioribus, quia actio æterna, sm q est æternū, non est nisi æterna. Item, Com. 8. Phy. voluntas antiqua nō pōt (Com. 15.) agere & facere aliquod nouū sine secūdo antiquo. i. cœlo per cuius motū facit alium motum nouū in inferioribus

CONCLVSIO.

Omnium inferiorum cœleſtia corpora cauſa ſunt, exceptis humanis actibus, quorum cauſæ neceſſariæ non ſunt.

PRopter hoc eſt dicendum ad quæſtionem, ꝙ corpora cœleſtia ſunt cauſa omnium inferiorum, exceptis actibus humanis. & hoc patet dictis auctoritatibus, & adhuc aliis auctoritatibus. Ariſto. primo Meteoro. dicit cauſam. vnde principium motus cauſam, quia ſemper latorum corporum virtutem eſtimandum. & hoc illorũ quæ contingunt in inferiori mundo. Item, Alexan. dicit, ꝙ rationabilius virtus cœli vocatur natura: eo ꝙ eſt cauſa omnium exiſtentium natura & ſecundum naturã fieri creditorum. Vbi poteſt etiam probari rationibus. ſi voluntas æterna per voluntatem æternam cauſaret aliqđ nouum, tunc infinita eſſent eſſentialiter pertrãſita, ſed hoc eſt impoſsibile, quia tunc infinitum eſſet finitum. cõſequẽtia probatur. poſtquam antiqua voluntas faceret aliquid de nouo immediate, ſequeretur ꝙ eſſet duratio ſucceſsiua infinita media inter nouum finitum & æternum faciens, quia da oppoſitum, & tunc non eſſet nouũ, quia ad hoc ꝙ aliquis effectus ſit nouus, non ſufficit ꝙ cauſa præceſſit ſecundum naturam, quia tunc effectus nouus eſſet coæternus ſuæ cauſæ, quia coæternitas bene ſtat cum præcedente ſecundum naturam. ergo oportet ꝙ voluntas antiqua ſecundum aliud præcedat effectum nouum, ꝙ̃ ſecũdum naturam, ſed non poteſt eſſe tempus. ergo duratio ſucceſsiua infinita cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatæ. & per conſequens tunc erit pertranſita ſi procedit a cauſa ad effectum per medium quod eſt pertranſitum, quia ab extremo non peruenitur ad extremum niſi ſit pertranſitum medium. Præterea, Sicut ſe habet mouens nouum ad actionem æternam, ita voluntas æterna ad effectum nouum. ſed mouens nouum non poteſt cauſare actionẽ æternam, ut omnes concedunt. quare &c. Et notandũ ꝙ nihil excipitur niſi actus humani & intellectus & volũtas, quia corpora cœleſtia non habent virtutem ad cauſandum intellectum ad intelligendum. vel non intelligendũ, & ad neceſsitandum voluntatem in eligendum vel non eligendum, vel volendum vel non volendum. Sciendum ꝙ primum principium non habet eſſe cauſa immediata actuum humanorum niſi mediante cœlo, nihilominus tamen a cœlo non neceſsitatur intellectus & voluntas ad intelligendũ vel ad eligendum, quia liberi ſunt, ſed licet aliqualiter inclinãtur ad hoc, tamen non neceſsitantᷣ.

Actus humani ſunt qui ab intellectu & voluntate procedũt.

Rñſiones.

PEr hoc ad rationes. Ad primam conceditur de cauſa in actu & effectu in actu, & cauſa particulari & effectu particulari &c. non tamẽ oportet de cauſa remota, ꝙ proportio in duratione ſit inter ipſam & effectum nouum, ſed ſufficit proportio ꝙ ſit cauſa remota illud qđ ſit in actu effectus ſicut in potentia &c. ꝙ cœlum &c. dicendum, ꝙ cœlum non eſt infinitum ſecundum magnitudinem, ſed tantum ſecundum durationem, vt demõſtratur in primo huius. & Octauo Phyſicorum. & non eſt proportio durationis eius ad inferiora, quia iſta non requiruntur, ſed ſufficit talis proportio ꝙ effectus in potentia ſit talis qualis cœlum eſt in actu. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ duplex eſt agens. principale & inſtrumẽtale, modo verum eſt ꝙ minus nobile non eſt cauſa efficiens principalis reſpectu nobilitatis, ſed poteſt eſſe inſtrumentalis cauſa tamen, ſicut ſemẽ eſt cauſa efficiens hominis inſtrumentalis, tamen non eſt nobilior ꝙ̃ homo &c. ꝙ corpora &c. dicendum ꝙ cœlum non eſt effectiuum cauſa principalis inferiorum, ſed tamen inſtrumentalis circũſcripta intelligentia, quia intellectus eſt cauſa principalis, vnde ſicut artifices mediantibus inſtrumentis faciunt effectus, ſic intelligentiæ abſolutæ faciunt inferiores effectus mediantibus corporibus motis ab ipſis ſecundum diuerſas conditiones ipſorum & aſpectus adinuicem. Vtrum autem corpus cœleſte circũſcripta intelligentia ſit minus nobile omnibus animatis, vt verme, viſum eſt alibi. Ad tertium

Cœlũ nõ ẽ infinitũ magnitudine, ſed duratione.
Te.c.20
Te.c.53

poteſt concedi ꝙ omnia eueniunt non ex neceſsitate violentiæ, ſed immutabilitatis & impoſsibile aliter ſe habere. non neceſsitate violentiæ, ſicut lapis proiicitur ſurſum, ſed neceſsitate quæ eſt impoſsibile aliter ſe habere circa inferiora. ſed excipiuntur actus humani reſpectu ordinatorũ ad finem, quia voluntas non agit vel non eligit ex neceſſitate ea quæ ordinantur ad finem, & ſi intellectus nõ intelligit ex neceſsitate, quia iſta libera ſunt. Vnde quantuncunque corpus cœleſte calefaciat & ſiccet, & ſic ſitias multum, tu potes bibere vel non bibere, quia intellectus intelligit quod eſt nociuum: & oppoſitum facit ꝙ̃ appetitus iudicet. vnde in vno conueniunt Doctores, ꝙ cœlum nõ neceſsitat intellectum & voluntatem, tamen inclinat aliqualiter & facit multas inclinationes in humano appetitu: & aliquo modo proſequitur illas inclinationes, ſed alii non proſequuntur. vnde eſt libertas in his actibus humanis.

QVÆSTIO II.

An de corpore cœleſti ſit ſcientia naturalis.

COnſequenter quæritur, Vtrum de corpore cœleſti ſit Scientia Naturalis. Arguitur ꝙ non, quia de eodem non poteſt eſſe Scientia Naturalis, & mathematica, quia ſcientiæ ſecantur quemadmodum & res, vt patet Tertio de Anima. & primo Poſteriorum ſed de corpore cœleſti eſt mathematica, ſcilicet Aſtronomia. Te.c.38

OPPOSITVM eſt Ariſto. in iſto lib. vbi tractat de corporibus cœleſtibus, & tradit ibi Scientiam Naturalem, vt concedunt omnes.

CONCLVSIO.

Corpora cœleſtia ſunt per ſe conſiderationis naturalis, per accidens autem conſiderantur ab Aſtronomo.

DIcendum, ꝙ de corpore cœleſti poteſt eſſe ſciencia Naturalis. & ratio eſt, quia quæcunque mouent mota pertinent ad cõſiderationem naturalem, ex Secundo Phyſicorum quia quæ mouent non mota non ſunt philoſophicæ conſiderationis, ſaltem quo ad eſſentiam, vt dicit Commen. ſed corpora cœleſtia mouẽt mota, quia mouent cum habeant virtutem alteratiuam reſpectu inferiorum, vt lumen ſecundum alium & alium aſpectum aliter mouet, & ſunt mota ſecundum alium modũ ab intelligentiis. Item, Naturalis Philoſophus tenetur conſiderare omnes ſubſtantias ſenſibiles & omnes paſsiones & principia ipſorum, ſed cœlum eſt ſubſtantia ſenſibilis habens paſsiones & principia ſenſibilia, ideo &c. maior patet. quia ſubſtantias ſenſibiles & paſsiones ſenſibiles nullus artifex conſiderat niſi naturalis, vt patet primo de Anima. minor patet ex iſto libro & eſt per ſe nota. Te.c.71

Vnde notandum ꝙ dicit Commen. Secundo Metaph. Tertio commen. & ſecundo Phyſicorum. 18. commen. Aſtrologus & Naturalis diuerſimode conſiderant corpora cœleſtia. quia Naturalis conſiderat ea ſecundum ꝙ mota ſunt, & de figuris & ſitu ipſorum, & de quantitate motuum, vt tarditate & velocitate & quantitate ipſorũ: Sed Aſtrologus non conſiderat ea ſecundũ ꝙ mota ſunt & ſecundum ꝙ habent figuras tales, quæ probantur per motum &c. Alia eſt differentia ipſorum ex ſecundo Phyſicorum & redit in idem. quia naturalis cõſiderat de figura Solis & Lunæ &c. ſecundum ꝙ accidunt naturæ talis corporis, & ſecundum quod natura eorum requirit talem figuram ad motum, & inquantum ſunt mobilia, ſed Aſtrologus conſiderat corpora cœleſtia non ſecundum ꝙ huiuſmodi, ſed ſecundum ꝙ mens abſtrahit ea a motu & tranſmutatione: quia de figuris cõſiderat nõ ſecundum ꝙ ſunt motæ, ſed vt ſunt figuræ tantum. Sed

Te.c.17
Te.c.18

alia

alia differentia ponitur a Lincon̄. in lib. suo de ortu scientiarum. ꝙ corpora cœlestia sunt corpora, & luminosa sunt, & habent per lumen uirtutem regitiuam & alteratiuam. primo modo considerat ea Astrologus, vt sunt corpora, sed secundum ꝙ sunt luminosa & habent regere & alterare inferiora dupliciter considerantur. vno modo secundum rationem communem, & sic pertinet ad naturalem philosophum. vt patet in lib. de Cœ. & Mun. Alio modo consideratur secundum rationem specialem, vt in habitudine ad determinatum effectum. & sic pertinet ad naturalem philosophiam. vnde considerat ꝙ virtute astri in tali signo secundum ꝙ habet regere & alterare inferiora inquantum est in determinato loco & tali tempore habet diuersimode alterare, inquantum est sub alio signo & loco & tempore. quia istæ virtutes quibus alterantur inferiora, non cognoscuntur sine respectu & aspectu in tali signo. aliam virtutē habet in alio signo & aspectu & secundum aliam cōiunctionem ad aliud astrū. ergo oportet naturalem cognoscere ipsa vt sunt in tali signo &c. & sic etiā Astrologus ea. cōsiderat. & sic astro. non attribuitur considerare ea astra in diuersis aspectibus & coniunctionibus. & istæ duæ cōsiderationes sunt ita q. coniunctæ. Sed dubium est. quia Comment. dicit ꝙ Astronomus considerat quantitates motuum cœlestium, ut tarditatem & velocitatem, & hoc non potest considerare nisi consideret motum cœlestem, & per consequens subiectum mobile. quod dicitur Secundo physicorum. cuius est considerare formam subiecti alicuius, eius est considerare subiectum vel formam, saltem in ordine ad subiectum, ut qui sanitatem considerat & neruum. sic similiter, si Astronomus considerat velocitatē & tarditatem motus cœlestis, tunc cōsiderat motum cœlestem & corpus cœleste mobile, cuius contrarium dicit Commen. Dicendum, ꝙ Astronomum considerare corpus cœleste mobile potest intelligi dupliciter. vno modo per causas, ita ꝙ consideret naturam corporis mobilis & motorem eius, & hoc modo Astronomus non cōsiderat mobile, vt grauis & leuis, vel nec grauis nec leuis, & sic principia actiua motus vt motor est & passiua vt mobile non considerat. Alio modo potest intelligi ꝙ Astronomus consideret corpora mobilia per accidens, quia Astronomus considerat distantias planetarum & astrorum & approximationis & aspectus & coniunctiones, & hoc non est nisi per motum astrorum considerare, & ita non reddit causas horum demonstrandi motuum per principia, quia hoc facit naturalis. cum ergo dicit Commen. ꝙ Astronomus de accidentibus Solis & Lunæ demonstrat, vt de figura, non tamen demonstrat cœlum esse figuræ sphæricæ per motum, sed Naturalis hoc facit. quia dicit, ꝗ nec mouentur a medio, nec ad medium necessario est sphæricæ figuræ, sed corpus cœleste huiusmodi est. Sed, si Astronomus debet hoc probare facit demonstrationem aliter q̃ per motū: vt illud est sphæricæ figuræ, a cuius medio omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. Hic est dubium. Astronomia, Musica & Perspectiua plus sint naturales vel mathematicæ. Dicendum ꝗ Astronomia, Musica, & Perspectiua dupliciter considerantur. vno modo quo ad certitudinē, alio modo quo ad distinctionem ab aliis scientiis, quia aliquis habitus est distinctus qui non est certus. ut opinio est distinctus habitus a scientia, tamen non est certus habitus modo, istæ scientiæ in esse sunt magis naturales quātum ad distinctionem, quia illa sciētia est magis naturalis quātum ad distinctionem, quæ per naturalem scientiam distinguitur ab aliis, sed Astronomia est huiusmodi, quia considerat magnitudinem cœlestem, modo per magnitudinem non distinguitur a geometria, quia in hoc communicant. ergo per cœlestem. & id formale distinctum est naturale. Similiter Perspectiua per lineam non distinguitur a geometria, sed per visuale & illud distinctum formale etiam est naturale, sed quantum ad certitudinem sunt mathematicæ, quia quantum ad certitudinem resoluuntur in principia mathematica, quia ad habendum cōplementum certitudinis probātur per principia quæ sunt conclusiones in mathematica & sunt probatæ il. i. & illæ ꝯclusiones in mathematica sunt principia in perspectiua. vt patet primo Posteriorum. resoluuntur ad habendum certitudinem in principia geometriæ. Sed aliqui instāt, quia ex eodem habetur certitudo & distinctio. ergo a quocunque istæ scientiæ habent certitudinem ab eodem habent distinctionem & econuerso. Dicendum ad hoc ꝙ hic est fallacia consequentis, quia a quo aliqua habent, habent per principia communia illius scientiæ, vt Perspectiuæ & geometriæ, & per illa non distinguuntur, sed per aliud, vt dictum est per subiectum.

Com. 85 2. Phys.

Astronomus considerat quātitates mot⁹ cœlestiū corporū p accidens.

Astronomia Musica ac Perspectiua quo ad distinctionē sunt magis naturales, quo uero ad certitudinem, magis sunt mathematicæ.

A

AD rationem in oppositum. cum dicitur. eodē &c. verum est eodem modo & secundum rationem formalem &c. dicendum ꝙ ista sunt de consideratione naturalis inquantum mobilis, & demōstrantur ex natura & principiis motus, vt actio & passio, sed considerantur ab Astronomo. non inquantum abstracta sunt a motu per se, quia non cōsiderat motum istorum nisi per accidens, vt dictum est &c. Responsio.

B

QVAESTIO III.

An totum uniuersum sit subiectum in libro de cœlo.

COnsequenter quæritur, Vtrum totum vniuersum sit subiectum in hoc libro. Arguitur ꝙ non, quia si ista scientia esset de toto vniuerso, vt subiecto, tunc non differret a Metaphysica, sed hoc est falsum, quia ista scientia est naturalis, & naturalis scientia differt a Metaphysica secundum omnes. consequentia patet Metaphysica determinat de toto ente. & hoc est totum vniuersum. Item, si hoc esset, tunc non esset vna scientia, sed hoc est falsum, quia dicitur communiter ꝙ ista scientia est vna de partibus Scientiæ Naturalis, & numeratur inter scientias naturales. consequentia patet. quia subiectum scientiæ debet esse vnius generis, ut patet primo Posteriorum. sed totum vniuersum non est vnius generis: quia extendit se ad corruptibile & incorruptibile, quæ plus differunt q̃ genere, vt patet Decimo Metaphysicæ. Item, vnius scientiæ, non debet esse nisi vnum subiectum illis scientiæ, vt patet per Commenta. in Secundo commento, quia corpus est vniuersale subiectum huius scientiæ, sed corpus non dicit idem cum toto vniuerso. Item, subiectum scientiæ debet habere plures partes subiectiuas, quia si non haberet plura supposita esset singulare: & de singularibus non est scientia, ut patet primo Posteriorum. & Septimo Metaphysi. sed totum vniuersum non habet nisi vnum suppositum, quia non est nisi vnus mundus, vt patet primo huius. Te. c. 16. Te. c. 28

C

OPPOSITVM arguitur. subiectum, de quo est ista scientia, est cœlum & mundus, quia intitulatur liber Cœli & Mun. sed ista dicunt totum vniuersum q̃re &c. Te. c. 76

CONCLVSIO.

Corpus mobile est subiectum prædicationis huius scientiæ, cœlum uero est principalitatis subiectum.

D

DE ista quæstione fuit diuersitas. aliqui dicunt, vt dicit Expositor ꝙ subiectum huius scientiæ dicitur esse cœlum: & hoc probant, quia inuenitur in titulo græco libri de cœlo. & dixerunt, ꝙ omnia, quæ considerantur hic præter cœlum considerantur per accidens. & cœlum consideratur per se. & motiuum horum fuit, quia titulus est a nobili cum considerato in scientia per se. Sed ista opinio non videtur valere, quia maior pars eorum, quæ considerantur in scientia, non debet esse per accidens, sed maior pars consideratorum in ista scientia est de aliis a cœlo, quia in primo huiusmodi determinat de corporibus simplicibus, & etiā in tertio, & in quarto de elementis, vt patet in processu. mō, ea quæ sunt pter opa,

non sunt vt plurima, quia quæ sunt vt plurima non pos-
sunt esse sine operibus, ex Tertio Ethicorum. modo hoc
Alc. opio. contingeret secundum illos, vt dictum est. Alia est opi
nio, ꝙ totum vniuersum sit subm, quia de ipso determi-
natur in isto libro de suis conditionibus & passionibus,
scilicet ꝙ sit finitum & vnum, & perfectum. & de parti-
bus eius, vt de quatuor elementis & de cœlo. vt in secun
do huius. & sic de aliis. Aliqui obiiciunt contra hoc. si
totum vniuersum esset subiectum in ista scientia, tunc de
omnibus partibus eius determinaretur in ista scientia, qa
eandem scientiam pertinet considerare de toto & de par-
tibus principalibus, sed hoc non determinatur de omni-
bus partibus principalius vniuersi, quia de animalibus et
plantis & metallis non determinatur hoc, & tamen ani-
Te. co. 3. Simplicis opinio. malia sunt nobiliora elementis, quia elementa sunt ꝓpter
mixta de quibus determinaẜ hic, vt patet in Tertio. Alia
est opinio, ꝙ corpus simplex est subiectum in hoc libro,
& ꝙ de elementis hic determinatur inquantum habēt cō
uenientiam cum corporibus simplicibus, quia Aristo. in
primo determinat de corporibus simplicibus. & in secun
do determinat de cœlo, quod etiam est simplex. Sed ista
opinio non valet, quia in primo determinatur de multis,
quæ non habent conuenientiam cum corporibus simpli
cibus, vt ꝙ est vnum totū vniuersum & finitum & sem-
piternum & huiusmodi. ergo non potest esse subiectum
huius scientiæ, quia magna pars determinatorum est de
Decisio q. Opio huius Auctoris vt ol Auic. & facile ē has istas ad cōcor. diā reduce re. nā vniuersum sub iectū ē ag gregatio nis, cō gre gas .n. ola in has pre considera ta, cuiū ft ē principa lis ps subiecti, Sim. plex corp' ē genus ē oium cōsi deratorum in hac scia corpus & mobile subiectum est pdica tionis. alis. Dicendum est ergo ad quæstionem distinguendo
subiectum primum, ꝙ duplex est subiectum. vno modo
prædicatione, quod est primum primitate communita-
tis. secundo modo dicitur subiectum primum primitate.
principalitatis. primo modo subiectū est corpus, vel ens
mobile ad vbi, quia illud, quod prædicatur de pluribus
consideratis in scientia, vt partibus & passionibus & prin
cipiis, hoc est subiectū isto modo, sed ens mobile ad vbi
est huiusmodi, quia prædicatur de toto vniuerso, quia to
tum vniuersum est mobile secūdum vbi quoquo mō. vi-
delicet ꝟm partes. similiter determinatur de partibus eius,
vt mobilibus ꝟm vbi, quia in secundo determinaẜ de cœ-
lo, & in Tertio, & in quarto de elementis & generabilib'
& corruptibilibus. nam sicut in libro Phy. subiectum est
ens mobile simpliciter, sic & hæc subiectum est ens mobi
le vt est contractum ad motum. vbi sicut dicitur in diui-
sione Scientiæ naturalis, quæ est cōlor, etiam prædicaẜ de
passionibus vt ens mobile est finitum vnum &c. Sic
dicendum est secūdo accipiendo, secundo mō, ꝙ cœlum
est subiectum. Ad cuius intellectum nota, ꝙ cœlū tripli-
ter accipitur. vno modo pro vltima sphæra siue sit supra
siue contra, & illa sphæra non dicitur vltima via genera-
tionis, quia non generantur, nec via perfectionis, quia ip
sa est perfectior aliis, sed dicitur vltima in imutando, hoc
est ascendendo versus cœlum. Secundo modo accipitur
cœlum pro quinta essentia simplici, quæ est corpus cœle
ste pro omnibus sphæris. Tertio modo accipitur cœlum
pro toto vniuerso. & hæc distinctio habeẜ primo huius,
modo. cœlum secundo modo acceptum, vt est quinta es
sentia, mouetur circulariter, & est subiectum secūdo mo-
do, quod dicitur esse subiectum attributione, & hoc pri-
mitate principalitatis. Item, quod est nobilius & princi-
palius inter considerata alicuius scientiæ, hoc est subiectū
attributione & primitate principalitatis, sed cœlū secūdo
modo acceptum est hmōi, quia alia cōsiderata sunt qua-
tuor elementa. & non est dubium, quin cœlum sit perfe-
ctius & principalius istis. Sed aliquis sic obiiceret. vnius
scientiæ vnum debet esse subiectū, sed tu das duo substan
tia. s. cœlū, & ens mobile. Dicēdum ꝙ vnius sciæ nō pñt
esse duo substantia, nisi habeant conueniētiā adinuicē, vt
totum & pars, sed sic est hic, quia subiectum cōe prædica
tione se habet ad aliud, sicut totum ad partem, & tu dicis
Deus est subiectū in Metaphysica & demraẜ in Logica.
Dicēdum, ꝙ hoc est verum pro subiecto secundo mō ac
cepto. s. pro illo quod est primū principalitate & attribu-
tione, quia demōstratio est principalius & nobilius in Lo

gica, ad quam omnia in logica attribuuntur vt ad finem,
E similiter Deus est pricipalius in Metaphysica, & tu dices,
ergo in Logica instrumentum deueniendi in cognitione
noti ad ignoti cognitionem non est subiectum. Dicēdū
ꝙ hoc est subiectum commune prædicatione, ad quod
potest dici, quāuis non sit contra dicta, quia non ponitur
totum vniuersum pro subiecto sed mobile ad vbi.

Per tale potest responderi ad primam rationem in op Rñsiones.
positum, tunc nō differret a Metaphysica dicēdum,
ꝙ hæc scientia differt a Metaphysica: quia totū vni-
uersum vno modo accipitur vt est ens, & alio modo in-
quantum mobile ad vbi, vel ꝟm ordinem situs. si mō vni
uersum accipitur primo mō, tunc pertinet ad Metaphysi
cam. sed si secundo modo accipitur, tunc pertinet ad Na-
turalem scientiam. Vnde notandum ꝙ non est intelligē
dum ꝙ totum vniuersum quod est cōe ad ista sit cōmu-
ne ꝟm rationem communem, quæ nec ista nec illa, sed ꝙ
sit tertia ratio, quæ sit neutra: sicut dicunt aliqui, ꝙ ens di
citur ꝟm rationem communem, quæ nec est substantia,
F nec accidēs, sed est tertia. iste intellectus est falsus, quia tūc
ista ratio esset figmentum. Sed est intelligēdum, ꝙ ꝟm ra
tionem communem, quæ est ꝟm vtranque rationem &
in se includit vtranque, vt ens inquantum commune est
ad decem prædicamenta significat decem ꝓdicamēta, vt Com. 1
dicit Commen. 7. Met. ꝙ hoc nomen ens ꝟm ꝙ significat
vnum significat vnumquodque decem ꝓdicamētorum.
sed secundum significatum verum tunc significat omnia
entia vera. Ad secundum cum dicitur, tunc non esset
vna dicendum ꝙ scientia non requirit vnitatem materia-
lem subiecti, nec specificam vnitatem, quia illa non per-
mittit, quia tunc vna scientia non reciperet diuersas species
specialissimas, quod est falsum, vt scientia de animalibus.
Similiter nec requirit vnitatem vniuocam, quoniam,
tunc Metaphysica, quæ est de ente, non esset vna scientia:
sed sufficit vnitas analogiæ, quæ est vnitas secundum at-
tributionem plurium ad vnum secundum prius & poste
rius. Vnde nota Commenta. Quarto Metaphysi. di- Com. 2.
stinguit vnitatem analogiæ, quia plura attribuuntur vni
G tripliciter. vno modo vt agenti, sicut plura medicinalia at
tribuuntur medicinæ vt vno agenti. Alio modo vt fini,
vt sanitas. in cibo & in vrina naturaliter attribuuntur sa-
nitati animalis. Tertio modo attribuunẜ plura vni vt sub
iecto, vt nouem prædicamenta attribuuntur substantiæ.
modo, tunc ad propositum ꝙ totum vniuersum non est
vnum subiectum vniuocum, tamen est analogum, quia
omnia ad ipsum ordinantur attributione tanquā ad vnū
finem qui est perfectio. Vel dicēdum ꝙ generabilia ordi
nantur ad perpetua secundum attributionem tanquā ad
finem, quia inferiora propter superiora sunt finaliter.
Ad tertium dicendum. vnius scientiæ &c. conceditur nisi
vnum sit pars alterius. Et cum dicitur. Commenta. di-
cit &c. dicendum ꝙ Commentator soluit hoc superficia
liter in dicto suo, quia corpus est vniuersale subiectum,
quia communius subiectum, & quasi dat intelligere ꝙ
aliud sit subiectum magis proprium. Ad quartum, cū
dicitur subiectum scientiæ debet esse &c. verum est subie
H ctum debet esse vniuersale aliquo modo &c. sed totum
vniuersum &c. dicendum ꝙ aliquid habere multa suppo
sita potest intelligi tripliciter. vno modo secundum actū.
secundo modo secundum aptitudinem, sicut id cui nō re
pugnāt multa supposita. Tertio modo secundum poten
tiam, & vnum horum sufficit ad scientiam & ad subiectū
vniuersale eius, vt dicit Auicen. in Metaphysica sua. vnde
licet totum vniuersum ꝟm actum non habeat plura sup-
posita, tamen secundum aptitudinem vt ratione formæ
sibi non repugnant multa supposita, vt soli nō repugnat
multiplicatio ex parte formæ, quia tunc omni formæ re-
pugnaret, quod est falsum, sed singulari repugnat multi-
plicatio vt est singulare, quia vnum oppositorum secun-
dum se repugnat alteri, sed singulare per se est indiuisum.
ergo repugnat sibi esse multiplicatum in plura supposita,
sed vniuersali non repugnat.

Quæstio

QVAESTIO IIII.

An corporum & magnitudinum contemplatio ad naturalem spectet.

CONsequenter quæritur. Vtrum ad naturalem pertinet cõsiderare corpora & magnitudines. Et arguitur ꝙ nõ: quia illud quod pertinet ad mathematicum nõ pertinet ad naturalem Philosophum, sed cõsiderare corpora & magnitudines pertinet ad mathematicum. ideo &c. maior patet, quia sicut intelligibile diuersificatur secundum diuersitatem naturæ intellectæ, vt dicit Commenta. Tertio de Anima, sic habitus intellectualis diuersificatur secũdum diuersitatem naturæ intellectæ illorum, ex quibus causantur. minor patet ex Geometria. Item, naturalis non debet considerare non entia, quia non ens non contingit scire, vt patet primo Posteriorum. sed corpora & magnitudines sunt non entia, quia in diffinitione lineæ ponitur ꝙ sit longitudo sine latitudine, & hoc in rerum natura non inuenitur: quia omnis longitudo est cum latitudine. Similiter superficies diffinitur ꝙ sit longitudo cum latitudine sine spissitate, & hoc non inuenitur in natura. ergo non sunt entia. & per consequens non pertinent ad naturalem. Item, naturalis debet considerare illa in quorum diffinitione ponitur materia sensibilis & motus. ex secundo Physico. & primo de Anima. & Sexto Metaphy. sed linea &c. diffinitur sine motu & materia sensibili, vt patet Secundo Physico. ideo &c.

Com. 38 — Te. c. 71 — Te. c. 15. — Te. c. 2 — Te. c. 19.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in litera, quæ incipit sic, de natura scientia fere plurima circa corpora & magnitudines, & hoc etiam vult Commenta.

CONCLVSIO.

Corporum & magnitudinum contemplatio secundum se & absolute & ut continua quædam, sunt non spectat ad naturalem, ut uero termini naturalium, & cõcernẽtia motum ad philosophũ naturalẽ attinet.

SCiẽdum ꝙ per corpora & magnitudines possumus intelligere duo. vno modo substantiam subiectã corpori & magnitudini. alio modo ipsas dimensiones. Et tunc vlterius nota, ꝙ substantia subiecta dimensionibus potest intelligi dupliciter. vno modo secundum rationem communem, vt potest habere communem rationem siue sit vniuoca siue analoga. alio modo consideratur in comparatione ad motum. Similiter corpora & magnitudines possunt dupliciter considerari. vno modo secundum se & abstracte alio modo inquantum sunt termini corporum naturalium.

PEr hoc dicendum est ad quæstionem. si per corpora & magnitudines intelligimus substantias corporales & secundum se & secundum rationem cõem sic non pertinent ad naturalem, quia quod ptinet ad mathematicum non pertinet ad naturalem, quia scientiæ distinguuntur fm rationem formalem scibilium, sed ista sic considerata pertinẽt ad Mathematicũ, quia mathematicus considerat prima gñra entiũ fm cões rationes eorũ vt subiectũ, quantitatem &c Sed, si corpora & magnitudines considerantur fm ꝙ sunt substantiæ corporales & in comparatione ad motum sic pertinent ad naturalem. ratio naturalis eo modo debet considerare substantias quomodo est naturalis, quia consideratio naturalium secundum q. naturalia sunt pertinent ad naturalem, sed corpora & magnitudines sunt naturalia in comparatione ad motum, vt dicit Commen. Septimo Metaphy. quia naturalis considerat principia naturalium secundum ꝙ naturalia sunt, & exponit se. i. fm ꝙ mouentur & quiescunt. Et confirmat, q̃a ad quãcũq; ptinet ꝯsideratio mot⁹ ad eũdẽ ptinet ꝯsideratio subæ mobilis fm ꝙ mobilis est, q̃a cõsideratio subæ mobilis non habetur sine motu, sicut aptitudo ad actum non habetur sine actu, sed motus vt motus est pertinet ad naturalem ex. 2. Physi. Tertio dicendum ꝙ corpora & magnitudines vt accipiuntur pro quantitatibus continuis fm se & abstracte non pertinent ad naturalem, quia quæ naturalis considerat per se debent diffiniri per motum & materiam sensibilem, sed istæ magnitudines & corpora possunt intelligi sine materia sensibili & motu. ideo &c. maior patet. Sexto Met. cum naturalia se habent sicut subiectum vt homo in illud. nullius enim talis est ratio sine materia sensibili. minor patet. nã linea &c. sine motu & materia sensibili intelligit̃. vnde dicit Com. Septimo Met. in illo ca. Quoniam diffinitio est ratio &c. dicit res naturales contrario modo se habent mathematicis, quidditates. n. naturalium non possunt intelligi sine motu & sensu; sed conditiones mathematicalium bñ possunt intelligi sine motu & sensu, & hoc etiam voluit Cõmen. Secundo Phy. Quarto dicendum, ꝙ, si accipiunt̃ corpora & magnitudines pro quantitatibus continuis vt sunt termini naturalium, sic eorum consideratio pertinet ad naturalem, quia qui considerat terminatum cõsiderat terminum, sed naturalis considerat naturalia, quæ sunt terminata & ꝓbat ea esse finita in primo libro. Præterea secunda ratio Philosophi. Naturalis cõsiderat ea quæ cõsistunt a natura, sed corpora & magnitudines consistunt a natura. vnde Secundo de Anima. omnium natura constantium positus est terminus & ratio augmẽti & magnitudinis. Sed aliquis diceret, linea & superficies bene sunt termini naturalium; quia terminant naturalia in extremitatibus, sed corpus secundum profunditatem non est terminus naturalium, quia non est in extremo, sed interius dicta. Ad hoc dicendum ꝙ terminus æquiuocatur hic, quia vno modo accipitur pro extremo. & corpus nõ terminat naturalia accipiendo profunditates, sicut illa quæ sunt circa centrum non terminant extrema. Alio modo accipitur pro forma, & sic corpus terminat naturalia, q̃a corporeitas est forma dans esse profundum &c.

Te. c. 78 — Com. 39. c. c. 33. — Text. c. 48

ADrationes in oppositum: cum dicitur. illud quod pertinet &c. conceditur per eundem modum & rationem formalem non pertinet ad Mathematicum & Naturalem, sed secundum aliam & aliam rõnem considerandi bene est possibile &c. sed cõsiderare corpora &c. dicendum ꝙ inquantum accipitur sine motu et sensu sic cõsideratur a Mathematico, sed inquãtum sunt termini naturalium sic bene considerantur a naturali, vt dictum est. Ad aliud. naturalis non debet cõsiderare nõ entia etc. dicendum ꝙ non entia duplicia sunt, quædam sunt non entia et opinantur etiam non entia. de illis non est scientia: sed alia sunt non entia et estimantur non entia et est opinio solemnium ꝙ sint entia. sic scia bñ considerat non entia, sicut Aristo. in Quarto Phy. considerat de vacuo, & etiam in tertio de infinito quæ non sunt, tamen estimantur a solẽnibus esse: ergo considerat ea probãdo ea, non esse, & bene dicitur a solẽnibus, quia si non entia estimantur a non solẽnibus non sunt consideranda in sciẽtia, quia quolibet proferente contrarias opiniones stultũ est sollicitar̃. Aliter respõdetur quãdo dicit̃ nõ entia &c. verum est si omnino sint nõ entia. Et cum dicit̃. hæc sunt huiusmodi. falsum est; quia linea est quæ dat esse longum tãtum, superficies lõgum & latum. Et cum dicitur. nõ est dare lõgitudinem etc. dicẽdum ꝙ hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum existentiam in natura, & sic linea non est in aliqua parte sine latitudine. Alio modo secundum essentiam lineæ, & sic est sine latitudine, q̃a in essentia lineæ non includitur latitudo, & sic est ens. Ad tertium. cum dicitur naturalis debet &c. verum est. Et cũ dicitur. in diffinitione &c. verum est abstracte accepta per motum non diffinitur. & sic non consideratur a naturali, sed in comparatione ad motum sic diffinitur ꝑ motum, & consideratur a naturali, vt prædictum est.

Rñsio — Tex. c. 50. — Tex. c. 4

Magnitudinis autem quod quidem ad vnum linea. Quod ad duo planum. Quod autem ad tria corpus. Et præter has non est alia magnitudo ꝓpter tria oīa esse & ter oīquaq;

QVÆSTIO V.

An tres tantum dimensiones sint.

Consequenter quæritur, Vtrum dimēsiones tantum sint tres: Et arguitur ꝙ non, quia sicut se habent vnitates ad numerū sic dimensiones ad continuum, per cōuenientem similitudinem, sed vnitates in numero plures sunt q̃ tres, ideo dimensiones in continuo sunt plures q̃ tres. Item, tot debent esse dimensiones quod sufficiunt ad motus simplices, vt patet in litera. quia ex numero magnitudinum Philosophus concludit multitudinem motuum, sed tres dimensiones non sufficiunt, quia linea non sufficit ad motum, nec superficies, quia sunt sine spissitudine, sed nullum mobile est sine spissitudine. vnde, cum tres dimēsiones sint, quarum duæ non sufficiunt ad motum, requiruntur plures dimensiones. Item, natura non facit per plura quod potest facere æque bene per vnum. vnde natura non facit per plura quod potest facere breuiori modo. vnde Aris. commendat Emp. qui posuit finita principia, per q̃ æque bene potuit saluare mundum, sicut illi qui posuerunt infinita principia, sed per vnam dimensionem possunt saluari omnia naturalia: quoniam illud corpus circūquaq; est diuisibile. Item, si essent tres dimensiones, hoc esset altero istorum modorum, vel linea esset sine latitudine, & superficies sine spissitudine, & latitudo sine longitudine &c. aut ꝙ omnes essent in eodem subiecto. sed nullo modo pōt fieri. non primo modo, quia nulla substantia est longa, quæ omnino sit sine latitudine. nec secūdo nec tertio modo potest esse, quia diuersæ species generis eiusdem non sunt simul in eodem subiecto, quia species generis sunt cōtrariæ. 4. Metaphy. & contraria non possunt simul esse in eodem subiecto, sed istæ dimensiones sunt species ꝓpinqui generis vt continui. Item, si sunt tres dimēsiones, differunt vel numero vel specie, sed non numero, quia plura accidentia abstracta, & a termino & obiecto. non possunt esse in eodem, sed istæ tres dimebsiones sunt abstractæ ab obiecto, quia nō dependent ab aliquo, vt ab obiecto nec termino. nec differunt specie: quoniam illa sunt contraria & nō possunt esse in eodē subiecto. ideo &c.

Prio phy. Comi. 41

OPPOSITVM. vult Philosophus in litera, quia dicit, ꝙ corpus habet tres dimensiones, & illæ sunt oēs, & ternarius numerus est perfectus & tria sunt omne, totum, & perfectum.

Te. c. 2.

CONCLVSIO.

Tres tantum dimensiones esse necessarium est.

Dimensio quid.

Notandum, ꝙ dimensio est quantitas continua permanens & quantitas ponitur ibi pro genere. & cōtinua est differentia minus specialis, & magis communis, & ponitur ad differentiam numeri, cuius partes non sunt continuæ, sed permanens ponitur ad differentiā temporis & motus, quorum partes non permanēt. Tūc ad quæstionem dicendum ꝙ tres sunt tantum dimensiones. ratio Aristo. numerus ternarius est omnis & perfectus, vt dicunt Pythagorici, quia perfectum consistit in tribus, principio, medio, & fine. vnumquodq; quod est habet principium medium & finem. Similiter probatur hoc in sacrificationibus, quia facientes sacrificia obseruāt numerum ternarium, quia fecerunt sacrificia ter attribuētes numerum perfectum ei. Similiter probat per modū loquendi, quia duo homines non dicuntur omnes, sed ambo, & numerus primus consistit in tribus tanquam ternarius numerus sit perfectus. Item, tot sunt dimensiones quot sunt oppositiones inter differentias positionis, quia secundum oppositiones differentiarum positionis accipiuntur dimensiones, sex sunt positiones, scilicet sursum deorsum retrorsum &c. & longitudo est secundum differentias sursum & deorsum. & latum inter dextrum & sinistrum, & spissum inter ante & retro. Item Ptolo. idem probat, quia tot sunt dimensiones quot modis lineæ rectæ ortographiæ. i. perpendiculariter possunt se intersecare in eodem puncto, sed hoc non est nisi tribus modis, quia si fieret pluribus modis, tunc plures anguli constituerentur recti, sed hoc est falsum. vnde dicuntur rectæ, quia curuæ possunt esse plures. & dicitur ortographos ad differentiam illorum, quæ non cadunt perpendiculariter, & possunt esse plures, quæ non faciunt angulos rectos, sed acutos, vel obtusos. vnde hoc non potest demonstrari in plano, sed in ligno, accipiantur ligna duo & infigantur intersecando se ad modum crucis & in puncto intersectionis alia tertia cadat perpendiculariter & sunt omnes anguli recti, si plures sint, tunc non constituuntur anguli.

Ista nō est demirata ut hic. An circ demōstrasse vt. Rōnes n. sūt ꝗ uel ex ꝓbabilib᷒ sunt uel pe[r] sunt princi pium.

Rñsiones.

Per hoc ad rationes in oppositum. cum dicitur. sicut se habēt vnitates &c. dicendum ꝙ non est simile, quia vnitates non differunt secundum speciem, & in illis quæ non differunt specie potest in infinitum procedi: sed dimensiones differunt secundum speciem. similiter potest dici ꝙ non sunt nisi tres vnitates, quia ternarius numerus perfectus, & omnis vnitas aut est vltima aut media aut prima. Vel aliter potest dici ꝙ non est simile de vnitatibus, quia vnitas non est numerus nec substātialiter intrinsece nec dispositiue, sed dimensiones sunt continuum, & istæ tres dimensiones sufficiunt ad continuum, sed tres vnitates non sufficiunt ad numerum, quia oportet eē plures vnitates, quia quatuor elementa sunt &c. Ad secundum. cum dicitur. tot debent &c. dicēdum ꝙ verū est &c. dico ꝙ tres dimensiones sufficiunt ad motum. ad probationem. linea non sufficit &c. dicendum ꝙ corporeitas sufficit ad motus rectos. vnde non est intelligēdum ꝙ numerus motuum fiat secundum numerum magnitudinis in essentia magnitudinis, sed tantum requiritur diuersitas in figura, vt q. sit recta vel circularis. Aliter potest dici, cum dicitur, sicut &c. dicendum ꝙ non est ad propositum, quia magnitudo æquiuocatur, quia vno modo accipitur pro substantia subiecta omnibus. Alio modo pro dimēsionibus. modo per numerum magnitudinum non probat numerum motuum quo ad quantitates, sed solum per magnitudines inquantum accipitur pro substantia subiecta dimensionibus, quia illa substantia vel est grauis vel leuis, vel nec grauis nec leuis. Ad tertium cum dicitur, natura nihil facit &c. verum est si ita bene & ita commode potest facere per vnum sicut per plura. Et cū dicitur, per vnam &c. falsum est, quia corporeitas tantum dicit profundum esse, tamen præsupponit superficiem, quæ saluat esse totum. Et cum dicitur, ꝙ corporeitas est diuisibilis &c. dicēdum, q. si corpus accipitur pro essentia corporeitatis tantum non est verum, quia sic tantum diuiditur secundum spissitudinem sed si accipitur pro essentia cum terminis, vt cum superficie & linea, sic bene est diuisibilis, & sic intellexit Philosophus. Aliter respondetur, cum dicitur natura non facit &c. Verum est si ita bene fit. Et cum dicitur. per vnam dimensionem &c. non est verum, quia per corporeitatem diuisibilem circūquaq; intelligit Aristo. substantiam subiectā corpori, quæ est diuisibilis non secundum profunditatē tantum, sed secundum omnes dimensiones quibus subijcitur. & dicit corpus: quia illa dimēsio est perfectior alijs. ergo substantia, quæ est subiecta dimensionibus omnibus, diuiditur circuquaque, quoniam dicit corpus propter maiorem perfectionem, ne corporeitas pro spissitudine diuidatur secundum tres dimensiones, sed substantia subiecta omnibus. Vel dicendum, ꝙ corporeitas non accipitur pro profunditate, quæ distinguitur cōtra alias dimensiones, quoniam non est diuisibilis sic secundum vnam dimensionem, sed accipit corpus pro toto composito ex tribus dimensionibus. s. longitudine latitudine &c. & tu dices potest eē talis compositio generis ex speciebus. dicendum ꝙ sic, qm̄ non solum cōpositio est

Q. ꝙ tres dimēsiones ad motum sufficiant.

indiuidui

indiuidui ex materia & forma, & spẽl ex genere & differentia, sed & est cõpositio realis generis ex spẽbus suis, & illã cõpositionẽ nominãt a corpore, quæ est perfectior, spẽs cõtinuu &c. Ad quartũ cũ dr̃, si essent tres &c. dicẽdũ q͠ oẽs sunt in eodẽ subiecto & simul: qm̃ longitudo nõ est sine latitudine. Et cũ dr̃, spẽs sunt cõtrariæ, hic respõdet per instãtiã: quia sciẽtiæ bene plures differunt sm̃ spẽm, vt Grãmatica, Logica, & tñ sunt in eodẽ subiecto vt in intellectu possibili: qa est impartibilis ex. 3. de Aia.

Com. 5. 6. Sed, quia cõtra arguere nõ est soluere, ideo dicẽdũ est, q͠ species eiusdẽ generis hñt cõtrarietatẽ: qa hñt oppositionẽ, ergo vel cõtradictoriã, vel relatiuã &c. sed no sunt cõtradictoriæ spẽs, cũ sint ambæ positæ entis nec priuatiua opposita sunt: qa nõ sunt priuatio & habitus, nec plura: qa nõ depẽdent adinuicẽ, ergo relinquit, q͠ sint cõtrariæ, & cõtraria nõ pñt simul eẽ. Et cũ dr̃ &c. dicẽdum q͠ nõ sunt in eodẽ subiecto sm̃ idẽ. qa corporeitas nõ est in eodẽ subiecto sm̃ idẽ cũ linea: qa sic linea nõ est pars supficiei: & supficies nõ est pars corporis. Sic est de substãtia subiecta dimẽsionibus: qa substãtia subiecta lineæ nõ est pars substãtiæ subiectæ supficiei &c. sed cõtraria sm̃ diuersa bñ possunt eẽ in eodẽ subiecto, sicut quæ non sunt partes illius substãtiæ. Et sciẽdũ qũo hoc sit itelligẽdũ, vñ sicut corpus p̃supponit supficiẽ, & non est pars eius, sic substãtia subiecta corporeitati præsupponit substãtiã subiectã superficiei, quæ ẽt nõ est pars eius &c. Sed ista solutio nõ sufficeret in scientia: quia plures sciẽtiæ sm̃ idẽ sunt in eodẽ subiecto, immo ẽt oẽs sciẽtiæ sunt in intellectu possibili, & ideo aliter est dicẽdũ per interẽptionẽ: qa contraria possunt esse in eodẽ subiecto vt scientiæ. Ad probationẽ dicendũ q͠ quædã sunt cõtrarie perfecta contrarietate et illa non sunt simul in eodẽ subiecto vt calidissimũ & frigidissimũ in summo, sed alia sunt contraria cõtrarietate diminuta vñ notandũ q͠ diminuta contrarietas

Diminuta contrarietas est duobus ex. causat ex duobus. Vno modo ex negatione vltimæ pfectionis: qa non habẽt pfectiones in summo, vt media per commixtionem extremorũ: quia Commen. dicit in primo Phy. q͠ in medijs sunt ambo extrema in actu, non tñ

Com. 56. summa perfectione. Secundo modo prouenit diminuta contrarietas ex negatione actualitatis & passibilitatis adinuicem, quæ non agunt & patiũtur adinuicem, nec corrumpũtur inter se adinuicem, sic scientiæ sunt contrariæ adinuicem. Vnde, si diceremus q͠ omnia contraria sunt actiua & passiua adinuicem, non possemus euadere istã difficultatem. Vñ aliqui propter ignorantiam huius negant, species non esse contrarias vera contrarietate: sed q͠ contrariãtur sicut perfectum: & imperfectum: & hoc nõ valet, qa inter spẽs eiusdẽ generis est oppositio vera vel cõtradictoria: vel priuatiua, vt prius declaratũ est. Ad quintum, si sunt tres &c. dicendum q͠ differunt sm̃ spẽm. Et cum dicitur, q͠ spẽs contrariæ non possunt esse simul, dicendum, q͠ verum est, si sint contrariæ contrarietate pfecta: sed si non, tunc pñt simul esse in eodem subiecto, vt iam declaratum est.

Te. c. 4. *Totum autem cuius hę partes, perfectum necesse est esse: & quemadmodum nomen significat omniquaq; & non hac quidem, hac autem non.*

QVAESTIO VI.

An ipsum uniuersum sit perfectum.

Consequenter quæritur, Vtrum totum vniuersum sit perfectũ: & arguitur q͠ non, qa illud non est perfectum, cui aliquid deficit, & cui potest fieri additio: quia perfecto nihil deficit, nec ei potest fieri additio: sed vniuerso multa deficiũt, vt etiã aliqua pñt addi ei. Et confirmat: qa deficiunt ei aliquæ spẽs, vt rosarum species in hyeme & niues in æstate. Et confirmatur ex parte numerorum: quia numeri deficiunt vniuerso, cum species eorum procedant in infinitum: quia quocunq; numero dato est accipere maiorem: & ita omnes species numeri non sunt in actu: sed fiunt succedente tempore, & possunt addi toto vniuerso. Item quod habet principium, medium, & finem est perfectum: quia hæc exiguntur ad perfectionẽ in corporibus, scilicet principium, medium, & finis, sed vniuersum non habet principium, & finem, quia perpetuum est, & ideo infinitum. Item quod est pars totius non est perfectum: quia pars est in potentia in toto, sed vniuersum est pars totius, sicut scientia, quæ traditur in hoc libro est pars Scientiæ Naturalis, modo, sicut se habet scientia ad scienciam, sic subiectum ad subiectum: sed hæc scientia est pars Scientiæ Naturalis, ergo subiectum eius, quod est totum vniuersum, est pars entis mobilis simpliciter, quod est subiectum Scientiæ Naturalis. Tex. c. 11.

OPPOSITVM patet auctoritate Ari. in primo capitulo istius primi, quia dicit Arist. totum vniuersum est perfectum.

CONCLVSIO.

Vniuersum simpliciter, perfectum & totum simpliciter ac formaliter est: uniuersum uero, circunscriptis omnibus incorporalibus non simpliciter perfectum est, sed in genere, 3. totalis nature.

Notandum q͠ totum vniuersum sumitur duobus modis. Vno modo pro toto aggregato ex omnibus entibus corporalibus & incorporalibus. Alio modo sumitur pro omnibus corporalibus circunscribendo incorporalia quæ dicuntur principia abstracta. Vlterius sciendum, vt dicitur Quinto Metaph. cap. de perfecto, perfectum accipitur dupliciter, perfectũ qd̃ non exceditur ab alio in perfectione, & dicit Aristo. q͠ illud perfectum non habet hiperbolem, idest excessum, & habet omnes perfectiones. Alio modo perfectum est in genere, non quod accipiatur genus pro prædicabili genere, sed pro re communi. & illud perfectum est quod habet perfectiones, quæ requiruntur ad genus, & a nullo istius generis exceditur, sicut medicus dicitur perfectus in genere, qui non exceditur in genere illo medico in perfectione medici, sed habet omnes perfectiones, quæ requiruntur ad medicum. Tunc dicendum est ad quæstionem. q͠, si loquamur de vniuerso primo modo, tunc vniuersum & perfectum totum simpliciter: sed si loquamur de vniuerso secundo modo, tunc non est perfectum simpliciter, tertio dicendum q͠ illud vniuersum est perfectũ in genere naturæ totali. Ratio primi, quod non habet excedens ipsum in perfectione, & continet in se omnes perfectiones, est perfectum simpliciter: sed vniuersum primo modo dictum est huiusmodi: quia continet perfectiones corporales & incorporales. Ratio secũdi, illud quod exceditur in perfectione, & non continet omnes perfectiones in se, non est perfectum simpliciter, sed vniuersum secundo modo sumptum est huiusmodi: quoniã excedi tur a primo, quod est perfectius omnibus corporibus: quia ab ipso dependet coelum & tota natura, Nono Metaphy. & est optimum eorum quæ in natura, tertium probatur sic, quia q͠ habet omnes perfectiones est perfectum in genere corporum: sed totum vniuersum est huiusmodi, quia habet tres dimensiones & illæ sunt omnes, & ternarius est numerus perfectus & omne. Item, extra quod nihil est perfectum est perfectione speciali, sed extra vniuersum secũdo modo sumptum est nihil: quia ad quod aliquid sit extra ipsum, tunc non esset totum, & esset contradictio: quia esset totum & non totum. Sed hoc est dubium cum dicitur q͠ vniuersum primo modo dictum est perfectum simpliciter, hoc non videtur verũ quia si esset simpliciter perfectum, tunc esset Deus: sed hoc est nephas: quia illud vniuersum non est Deus: quia Deus est substantia simplicissima, & non est aggregatũ

ex omnibus entibus, consequentia patet, nihil est perfectum simpliciter nisi Deus Quinto Metaphy. Dicendum, cum dicitur si vniuersum &c. dico ꝙ non sequitur qa Deus cõtinet diuersimode omnes perfectiones & totum vniuersum: quia totum vniuersum continet omnes perfectiones formaliter & distincte, sed Deus causaliter continet omnes perfectiones & vniuoce, & in Deo nulla vocalis distinctio cadit nec accidentis, nec substantiæ.

Sed aliqui arguunt, quod Deus habeat omnes perfectiones formaliter, & supponunt ꝙ esse perfectionis formaliter est perfectio: ex hoc sic. In quocunque est esse perfectiõis formaliter est perfectio formaliter: sed in deo est esse perfectionis formaliter. ideo &c. Dicendum quod perfectiones in Deo non sunt nisi causaliter & eminenter, & si quæratur in quo genere, dicitur, ꝙ in genere causæ finalis & efficientis & vniusame, nec est distinctio in re abstracta nec in re relata secundum Gentiles. Ad argumentum cum dicitur. In quocunq; est &c. verũ est eo mõ quo est i eo formalr. Et cũ dr̃. in deo &c. dicendum ꝙ esse perfectionis non formaliter est in Deo, sed causaliter: quia Deus est causa finalis esse perfectionis &c. & est finis vel efficiens, sed esse perfectionis non est in Deo formaliter & inhærenter, sed tantum virtualiter, & in quo est aliquid formaliter illud est in eo inhærenter. Aliud dubium est, dictum est ꝙ in Deo sunt omnes perfectiones eminenter & causaliter, videtur similiter ꝙ istæ perfectiones sint in toto vniuerso, & tunc quæritur, vtrum totum vniuersum sit perfectius Deo vel econuerso, & videtur ꝙ totum vniuersum sit perfectius, quia dicit Aristo. primo Ethico. fœlicitas connumerata minimo bonorum eligibilior est, modo sicut fœlicitas habet se ad minimum, sic Deus ad totum residuum. Contra, si Deus est imperfectior toto vniuerso, vel hoc est ab eo met vel ab alio, non ab eo met, quia tũc Deus esset met causa suæ imperfectiõis, nec ab alio est imperfectior, qa illud aliud est causatum a Deo, & tunc causatum eẽt perfectius causa, quod est falsum. Dicendum, ꝙ aliquid est alio perfectius dupliciter. Vno modo intẽsiue. Alio modo quantitatiue & extẽsiue, modo vniuersum est perfectius Deo extensiue, quia plures cõtinet perfectiones quam Deus, sed intẽsiue Deus est perfectior: quia nobiliori modo habet perfectiones quã totum vniuersum, quia quicquid est in toto vniuerso distincte, & composito modo, est in Deo simplici modo & modo nobiliori.

Rñsiones.

AD rationes in oppositũ. Ad primã, illud nõ est pfectum &c. verum est nõ est perfectũ simpliciter, & omnibus modis. Et cum dicitur, vniuerso &c. verum est: & ideo non est simpliciter perfectum, sed est in genere perfectum. Sed ista responsio nõ sufficit, quia per istam rationem probatur, quod vniuersum imperfectũ est in genere, quia præsentibus potest addi futurum, similiter numero indiuiduorum, qui nunc est potest addi numerus indiuiduorum in futuro, quia proceditur in talibus in infinitum, similiter species possunt addi vt rosarũ præsentibus in hyeme. ergo aliter respondetur, cum dicitur, illud cui aliquid deficit &c. dicendum quod verum est, si potest addi essentialiter. Et cũ dicitur, vniuerso &c. dicendum quod ista additio non pertinet ad primam & essentialem perfectionem, quia numeri non sunt de essentiali perfectione vniuersi, sed sunt de bene esse, & de accidentali perfectione. Et cũ dicitur, ꝙ aliqua spẽs &c. dicendũ ꝙ species perfectæ sunt in omni tempore, licet nõ sint in quolibet climate, vnde licet rosæ in isto climate in hyeme nõ sint, tamen in alio climate, vbi est temperatus aer, etiam sunt semper, vnde Linconiensis Primo Posteriorum, omnes species vniuersi oportet aliquando manere, aliter totum vniuersum non esset perfectum. Ad secundum, quod habet principium &c. concedo. Et cum dicitur, vniuersum &c. verum est, vniuersum est infinitum in duratione, vt Aristo. vult tamẽ habet principium magnitudinis. Ad tertium, quod est pars &c. verum est si est vera pars: & non eminenter. Et cum dicitur, ꝙ &c.

Prio Cœli Tex.c.62.

B aliqui dicunt quod totũ vniuersum non est subiectũ hic, sed mobile ad vbi, sed idẽ est dicere realiter, hoc cũ alio. & ideo dicẽdũ ꝙ vniuersum nõ est pfectũ simplr, tñ est pfectũ in genere determinato. Aliter põt dici, cõcedendo maiorẽ. Et cũ dr̃ vniuersum &c. dicẽdum ꝙ in vniuerso mobili sm vbi est duo cõsiderare. s. substãtiã et mobilitatẽ, mõ, totũ vniuersum, quãtũ ad substãtiã, non est pars mobilis entis, sed cõuertit lecũ, qa vnũ non cõprehendit plura supposita q̃ reliquũ: sed, si cõsideraẽ quantum ad mobilitatẽ non est idem, sed est pars eius: quia, si est potẽtia mouendi ad vbi, tunc est potentia motus, & nõ econuerso, si est potentia motus, ꝙ sit potẽtia mouẽdi ad vbi: quia hoc habet se in plus, sicut motus localis ad motum simpliciter, & sic ad aliud.

Omnia enim physica corpora & magnitudines secũdũ seipsa mobilia dicimus esse secũdũ locũ. Naturã enim pricipiũ motus esse dicimus in ipsis. Tex. c. 5.

F

QVÆSTIO VII.

An corpus per se generaliter sit mobile secundum locũ. Text. c. 5.

COnsequenter quæritur circa illam partem Omnia corpora physica. Vtrum corpus cœleste per se generaliter sit mobile sm locum: & arguitur ꝙ non, quia illud, qđ est per se mobile sm locum, hoc est per se in loco, sed cœlũ nõ est p se in loco, ideo &c. maior patet, quia quod per accidens est in loco per accidens mouetur, vt albedo vel musica, ergo per oppositũ quod per se mouetur per se est in loco, quia si propositum in proposito & oppositum in opposito, minor patet. cœlum per accidens est in loco, quia per cẽtrum, saltem quo ad vltimam sphæram, vt dicit Aristo. 4. Physi. Te.c.46. & secundo ibidem. Item probatur, quia cœlũ nõ mouetur naturaliter quia motus naturalis debet esse a principio intrinseco, sed cœlũ moueẽ ab extrinseco, ideo &c.

G maior patet. 2. Physi. & per hoc ꝙ motus naturalis est a principio intrinseco differt ab artificialibus motibus. Idem patet Septimo Metaph. minor patet, quia cœlum Te.c.22. mouetur ab intelligentia, quæ est separata a cœlo sm ꝙ oẽs dicunt. Itẽ, omne qđ moueẽ naturaliter debet quiescere quod patet p diffinitionẽ naturæ, quia nõ est principiũ motus & status. i. quietis, sed quod naturaliter moueẽ a natura moueẽ: sed cœlũ nõ quiescit, sed mouetur perpetue, vt patet octauo Phy: Itẽ, motus naturalis dr̃ eẽ Te.c.51. a dispõne innaturali ad dispõnẽ naturalẽ sm Auic. in libro sufficiẽtiæ suæ, sed corpus cœleste nõ moueẽ a dispõne innaturali ad dispositionẽ naturalẽ, qa vbi est vnũ ibi illud nõ est corpori cœlesti inaturale, & naturale, qa sunt eiusdẽ dispositionis. Itẽ motus regularis & vniformis nõ Tex.c.39 est naturalis, sed motus cœli est huiusmodi, ideo &c. maior patet: qm̃ motus naturalis est velocior in fine quã in principio, & violentus econuerso, vt patet primo huius, ergo motus vniformis, q semper in equali tẽpore æquale spatium pertransit non est naturalis qualis est motus

H cœli, minor patet octauo Physicorum. Te.c.76

OPPOSITVM vult Arist. in littera: vbi dicit, q̃ Tex.c.5. omnia corpora physica sm se mobilia dicimus esse secudum locum, sed cœlum est corpus naturale, vt omnes cõcedunt, & hoc vult Commen. ibidem.

CONCLVSIO.

Corpus Cœleste, quod alterius est naturæ a quatuor elementis mouetur per se secundum locum naturaliter, idest non violenter, & si moueatur voluntarie.

NOtandum, vt patet secundo Phy. ꝙ natura dicitur de materia & forma, tamen ordine quodam: Te.c.3. quia prius dicitur de forma, demum de materia.

Vlterius notandum, ꝙ motus cœli dupliciter accipi-
tur. Vno modo vt distinguitur a violento, quia non est A
violentus: quia motus violentus est a principio extrinse-
co non conferente vim passo, vt dicitur. 3. Ethico. sed na
turalis motus est a principio intrinseco, similiter motus
voluntarius est: q non est a principio, vt natura, sed a vo
luntate, vt mono, & talis non est naturalis & a natura:
Te.cõ.22. vt patet Septimo Metaph. Tunc dicẽdum est ad quæ
stionem ꝙ cœlũ mouetur per se localiter, quia illud mo-
bile in quo habet esse natura hoc mouetur per se locali-
Te.cõ.1. ter ex diffinitione naturæ, secundo Physico. quia natura
est principium mouẽdi & quiescendi per se in illo in quo
est, ergo in quo est natura sua sic videtur moueri per se
secundum locum: quia secundum naturam præsupponit
per se: sed natura dicitur esse in naturali vt est cœlũ: quia
naturalia dicuntur a natura, sicut artificialia ab arte: sed
cœlum habet naturam in se, & est naturale secundum om
nes, rationis mi. Commentator & Aristo. tangunt in li-
tera. Item, cœlum mouetur secundum vbi. ergo vel
mouetur per se, vel per accidens, per sufficientem diuisio-
nem primo Posterio. sed cœlum non mouetur per acci-
dens, quia quod mouetur per accidens non potest esse ne
Te.cõ.36 cessarium: quia omne per accidens contingit non esse, vt
Te.cõ.6. patet primo Posterio. & octauo Physi. & Quinto Meta-
Te.cõ.6. phy. sed cœlum non contingit nõ moueri, vt patet octa-
uo Phy. quia motus est eius sempiternus. Secundo di-
cendum, ꝙ motus cœli est naturalis, vt naturale distingui
tur contra violentum cuius ratio est, omnis motus sim-
plex debet esse naturalis alicui corpori simplici: sed mo-
tus circularis est simplex, & non potest esse naturalis gra-
uibus & leuibus: quoniam vnius corporis vnus est mo-
tus simplex secũdum naturam propriam: quia licet ignis
in concauo orbis Lunæ mouetur circulariter, hoc est se-
cundum naturam communem, inquantum aptum na-
tum est assequi virtutem corporis cœlestis: sed ille motus
Te.cõ.15. non est secũdum naturam propriam. Item, motus cœ-
li vel est naturalis, vel violentus, per sufficientem diuisio-
nem: sed cœlum non mouetur violenter: quia nullum
Te.cõ.6. violentum est perpetuum, vt dicit Aristo. in litera, quæ
Te.cõ.2. sunt præter naturam in aliis citissime sunt corrupta: sed
motus cœli est sempiternus, ex octauo Physi. & primo
huius. Item, ille motus est naturalis, ad quem mobile
habet naturalem inclinationem, & sic motor similiter, &
hæc duo sunt de ratione motus naturalis vt distinguitur
contra violẽtum: sed cœlum habet naturalem inclinatio-
nem ad motum circularem: quia est circularis figuræ, si-
militer motor habet inclinationem naturalem actiuam
ad mouendum cœlum circulariter, quia nec est grauis
nec leuis motor, ergo mouet naturaliter circulariter.

Tertio dicendum, ꝙ licet motor moueat cœlum natu
raliter, vt naturale distinguitur contra violentum, non ta
men vt distinguitur contra voluntarium: quia quod mo
uetur ab intellectu per voluntatem mouetur naturaliter,
non vt naturale distinguitur contra voluntarium: quia
Te.cõ.50. motus ab intellectu est volũtarius: vt patet tertio de A ia.
sed motor cœli mouet cœlum per intellectum, quia est
intelligens motor, & est sine magitudine, vt patet octauo
Physi. & in sempiternis est idem intelligens & intellectũ,
vnde dicit Commentat. 12. Metaphy. ꝙ motiones cœlo
rum de virtutibus habent intellectum, & voluntatem.

Te.cõ.78 Tunc quarto, est dicendum, ꝙ corpus cœleste est alte-
Te.cõ.36. rius naturæ a quatuor elementis, huius ratio est, illud,
quod mouetur alio motu a motu grauium & leuium, est
alterius naturæ a grauibus & leuibus: quia motus arguit
naturam, & alius motus aliam naturam: sed cœlum mo-
uetur circulariter secundum propriam naturam, & qua-
tuor elementa non mouentur circulariter, vel si mouen-
tur circulariter hoc non est nisi secundum naturam com
munem, quæ imprimitur eis a corporibus supercœlesti-
bus. Item, quod est æternum & incorruptibile hoc est
alterius naturæ ab istis inferioribus: quia inferiora hæc
sunt corruptibilia propter habere cõtrarium: sed cœlum
est incorruptibile & perpetuum, vt patet primo huius.

A Sed hic sunt dubia. primum est, ꝙ dictum est, ꝙ in cœ Te.cõ.20.
lo est natura & mouetur naturaliter, vnde aliquis dubi- Dubia.
tat, ꝙ natura dicitur de materia et forma, et primo de for
ma: ergo, si in ipso est natura & mouetur naturaliter, cũ
motus ipsius sit prior aliis: & ipsum est prius naturali-
bus, ergo motus eius debet esse a natura prima, quæ est
forma, ergo habet in se principium mouens: & mouens
est aliud a moto, ergo cœlum est compositum ex mate-
ria & forma: sed hoc est impossibile: quia tunc est gene-
rabile & corruptibile. Vnde sciendum, ꝙ aliquis be-
ne concederet ꝙ natura quæ est forma est principiũ mo-
tus in eo, sed duplex est forma, separata & cõiuncta: mo-
do in ipso principium motus est forma abstracta, vt in-
telligentia. Contra hoc obiicit Comment. motus cor-
porum cœlestium differt a motu inferiorum: ergo hoc
erit mediante natura diuersa: & forma quæ consistat in
cœlo secundum inhærentiam, vt ignis habet motum di-
uersum ab aliis elementis mediante natura, quæ est for-
B ma ignis & consistit in igne. Item, aliud est dubium, Dubium.2
quia mouens, quod cognoscit indiuidua & singularia,
videntur eẽ forma materialis & corruptibilis: quoniam
Intellectus noster non cognoscit indiuidua per se sine sen-
su, qui est incorruptibilis motor, quia intellectus per se
intelligit formam: sed materiam mediante sensu, ut dicit
Commenta. 3. de Anima. sed motor cœli cognoscit indi-
uidua: quia cognoscit resolutiones particulares, vt suos
effectus, & cognoscit terminos motus, vt ubi. Item ter Dubium.3
tium dubium. Comment. dicit in de substantia orbis, ꝙ
dimensiones corporum generabilium & corruptibilium
præcedunt formam in materia: sed dimensiones corpo-
ris cœlestis non insunt ipsis nisi mediante forma, ergo vi
detur ꝙ habeant formam inhærentem eis, ratio huius est
quia, quando aliquid inhæret mediante alio, illud magis
inhæret mediato quo inhæret, vt color inhæret corpori
mediante superficie, ergo superficies magis inhæret cor-
pori quam color, ergo dimensiones, cum inhæreant cor
C poribus cœlestibus mediãte forma: videtur ꝙ forma ma
gis inhæreat corporibus cœlestibus quam dimensiones:
sed dimensiones inhærent, ergo & forma eorum. Item Dubium.4
quartum dubium est, dictum fuit, ꝙ motus cœli non est
naturalis, vt naturale distinguitur contra voluntarium,
contra, voluntas potest ad opposita, vt patet. 14. Meta-
physi. & 2. Peri hermenias, ergo si motus cœli est a volũ
tate, tũc potest se habere ad oppositum: & ita potest qui-
escere cœlum: quod est contra Philosophum. 8. Phy. &c.

Item quinto dubitatur, quia omnis forma subiecta ac- Dubium.5
cidentibus est materialis: quia in separatis non sunt acci-
dentia, vt dicit Commenta. Secundo Metaphysi. sed na-
tura, quæ mouet cœlum, habet voluntatem & intelle-
ctum: quæ videntur esse accidentia superaddita: quia nõ
sunt substantiæ, cum sint potentiæ. Ad primum du- Solutio ad
bium respondet Commenta. dupliciter, primo sic, nos primum.
possumus dicere ꝙ natura qua mouetur cœlum dicitur
subiectum simplex: quia non habet formam substantia-
lem perficientem ipsum secundum esse, & secundum hoc
D dicitur natura æquiuoce de ipso & inferioribus, & hoc
est secundum aliam rationem: quia in inferioribus natu-
ra nõ solum dicitur de materia: sed etiam de forma in ma
teria, sed in cœlo tantum dicitur natura de moto, & secũ-
dum hoc oportet dicere quod ad naturalem motum nõ
requiritur intrinsecitas actiui, sed tantum intrinsecitas pas
siui principii & recipientis motum. Sed cum arguitur,
ꝙ natura primo dicitur de forma. Commenta. non res-
pondet: quia forma est separata, vnde potest dici ꝙ in ge
nerabilibus & corruptibilibus vbi est vtraque natura, sci
licet materia & forma, prius dicitur de forma: sed in cœ-
lo, vbi est tantum motum, ibi natura non dicitur de for-
ma per prius, quia ibi natura tantum dicitur de subiecto.

Sed contra hoc arguitur: quia sic motus artificialis es-
set naturalis, quia etiam habet principia passiua intrinse-
ca, vt lapides & ligna, que suscipiunt motum, artificis.

Dicendum ꝙ in artificialibus bene est principium receptiuum intrinsecum, non tamen intrinseca est naturalis potentia & habitus ad motum illum & ad formā motus, & tamē illa potentia naturalis requiritur ad motum naturalem: quia non sufficit ꝙ principium passiuum sit intrinsecum: sed cum hoc requiritur potētia naturalis ad motum & ad formam motus, sed hoc deficit in lignis & lapidibus: quia non habent naturalem potentiam ad ædificationem & ad formam domus, sed in cœlo subiectum simplex est intrinsecum & habet naturalem potentiam, & habitudinem ad motum fm vbi, & sic motus cœli est naturalis naturalitate subiecti, sed non naturalitate formæ. Aliter respondet Commen. ꝙ nō solum in cœlo est natura, quæ est receptiua motus, sed etiam est ibi forma, quæ est principium motus non consistens in materia, quia non est in corpore cœlesti, quia tunc esset generabile & corruptibile, sed est forma abstracta, vnde non solum naturalis est motus propter subiectum simplex, sed etiam propter formam: quia in separatis a materia idem est mouens & finis. Et cum dicitur, motus cœli est alius. cōceditur. Et cum dicitur, hoc erit mediante natura &c. respondet Commentator, ꝙ immo mediante forma: qa sicut forma materialis habet materiā propriam, ita forma abstracta habet materiam determinatam, quia formæ abstractæ requirūt subiectum: & etiam innatæ sunt habere subiectum: quod est neq; graue neq; leue, & cum dicitur, ergo illa forma inhæret cœlo, dicendum ꝙ non: immo fit mediante forma abstracta: quia formæ abstractæ natæ sunt vt illud quod mouetur ab eis sit neq; graue neq; leue, sicut requirūt, ꝙ sit rotundum corpus, ergo talis motus requirit formam, nō quæ dat esse, sed abstractā a materia. Sed hic instatur, cum dicitur, quod principium motus cœlestis nō solum dicitur materia, sed forma abstracta. Contra. natura est principium intrinsecū: sed talis forma non est intrinseca mobili. Ad hoc est dicēdum, quod aliquid est principium motus intrinsecum intrinsecitati naturali dupliciter, vno modo secundum inhærentiam, vt forma animalium hic in inferiori mundo. Et ex ipsis materiis animalium cum forma constituitur vnum in esse simpliciter, quia nō est aliud esse formæ ab esse corporis: & hæc forma est principium motus secundum inhærentiam, alio modo aliquid est intrinsecum secundum appropriationem & aptationem, & tale mouens appropriatum est & aptatum: & est sic, quia mouet tale mobile & non aliud, & tali velocitate & non alia, & sub tali quantitate & non maiori nec minori, vnde tale mouens dicit ex indeterminato mobili determinatum, & quod mouet vno motu & non pluribus & tali velocitate & non alia, bene etiam si mobili apponeretur vnum astrum vel diminueretur, non moueret ipsm: sed si moueret hoc esset fm fatigationem in tanta proportione est motor ad mobile: & etiam tanto tempore mouet mobile & non minori, vt motor Saturni mouet ita Saturnum, ꝙ non potest Lunam mouere, nec in minori tempore quam in tribus annis. Contra hoc arguitur, quia illa appropriatio motoris ad mobile, vel est substantia, vel accidens, sed neutrum potest esse, ergo nihil, maior patet, minor etiam patet, quia nō est substantia, quia secundum suam substantiam est abstracta, non accidēs, quia tunc non moueret semper. Dicendum, ꝙ illa appropriatio est exclusio mobilis alterius immediate. Modo cum dicitur, natura est principium &c. Dicendum, vel est principium intrinsecum intrinsecitate inhærentiæ, vel coaptationis vel appropriationis: modo, licet intelligentia non sit intrinseca secūdum esse actuale, quia ad esse facit a cœlo: tamen est intrinseca intrinsecitate appropriationis, & illud colligitur ex dictis Auer. secundo cœli.

Cõ. 37. 63 Solutio ad 2. dubi. Ad aliud dubium dicēdum, & propter istam rationē aliqui ponunt animam imaginatiuam in corpore cœlesti, qua cognosceret reuolutiones singularis, quia motus non sufficit ad hoc, & fm hoc dixit cœlum cōponi ex partibus essentialibus, vt materia & forma. Dicendum est

E ergo, quod motor cœli cognoscit particulares reuolutiones. Et cum dicitur, ergo est forma materialis, dicendum, quod non sequitur, quia quod cognoscit indiuiduum in propria forma & secundum speciem propriam & cognitione diuersa a sua substātia, sic cognoscens est forma materialis. Alio modo aliquid potest cognoscere indiuidua nō in propria forma, & per speciem propriam, sed in sua causa, quia cognoscit causam, ex qua de necessitate effectus dependet & sequitur: & sic est hic, quia intelligentia & cognoscit seipsam & suam substātiam, quæ est causa illorum indiuiduorum & illa causa est intelligens & intellectum, & præsentia illius esse est cognitio indiuiduorum & reuolutionum singularium, sicut per lumen Solis præsens fit illuminatio, quæ est sequela presentiæ luminis, sic est hæc vt dictum est, quia, quando sibi præsens est intelligentia & cognoscit se, est cognitio aliorum effectuum, quæ sunt sequela illius esse de necessitate.

Ad tertium dubium dicit Commentat. ꝙ, cum dicit generabilium & corruptibilium, quia formæ inferiorū Solutio ad tertium. Secundo cœli. Com.
F sunt in materia mediantibus dimēsionibus: quia istæ formæ extenduntur extensione dimensionum, sed in cœlestibus est ecōtrario, quia formæ cœlestiū non extenduntur per dimensiones, sed dimēsiones cœlo insunt propter formam finaliter. Vnde respondetur ad argumentū: cum dicitur, quando aliquid inhæret &c. dicendum ꝙ verum est, vbi dimensiones inhærent mediante forma tanquam mediante causa subiectiua & mediante principio receptiuo & forma magis inhæret, sed sic nō est in corporibus cœlestibus. Alio modo potest aliquid inesse mediante forma tanquam mediante fine, & sic non est verum, ꝙ forma magis inhæreat ꝙ dimensiones inhærent & forma non: quia est finis dimensionum, vnde in substantiis separatis & finis & medium idem sunt, ideo &c.

Ad quartum dubiūm: cum dicitur, volūtas potest ad opposita &c. vnde aliqui cōcedunt, quod cœlum potest quiescere, vnde Commen. dicit. 12. Metaph. Intelligētiæ possunt mouere & non semper mouere: sed illud nō potest stare, ideo aliter est dicendum, ꝙ voluntas potest ad Solutio ad quartum. Com. 42.
G opposita, cuius actus pendet a virtute sensitiua, sed illa voluntas, cuius actus non dependet a virtute sensitiua, quæ est generabilis & corruptibilis, non valet ad opposita, ideo etiam vult semper mouere determinate, immo non potest non mouere & nec etiam non velle mouere. Et cum dicitur, ergo non est libera, dicendum, ꝙ est libera in se, quia est propter se, vnde liberum non dicitur ꝙ sit ad opposita, vt velit finē & nō velit, sed liberum videtur velle finem, ergo determinate se habet ad vnum mouendum, eodem modo & coaptatum est immortale, vt dicit Aristote. in litera. Ad quintum dubium, omnis forma subiecta &c. dicendum, quod verum est quæ sunt Solutio ad quintum.
accidentia in rei veritate. Et cum dicitur, natura quæ mouet cœlum &c. dicendum fm Comment. ꝙ non sunt diuersæ virtutes animæ, sed sunt diuersæ fm nostrum conceptum: quia concipimus intelligendas, vt intelligentes, & vt volentes, vnde non est inter hæc diuersitas intrinseca, vnde non solum in primo ista sunt eadem, licet diuersa fm nostrum conceptum, quia concipimus Deum sub
H stantiam simplicem, misericordem, & ita concipimus vt diuisa in Deo, nō fm veritatem sunt sicut in causatis. vnde ista non sunt in substātiis separatis sicut concipimus. s. voluntas & intellectus, quia idem sunt: sed concipimus illa vt diuersa sunt, vnde Commen. dicit in 12. Metaphy. ꝙ ista non sunt synonyma.

AD rationes in oppositum. Ad primam illud: qd est p se mobile &c. dicendum, quod non oportet cōmuniter quod nō aliquid moueatur p se quod p se sit in loco, quia aliquid est p se in loco, & tamen mouetur per accidens, vt homo in naui, sic ecōtrario potest esse, vt dictum est. Vel aliter potest dici, & conceditur ꝙ illud quod per se mouetur per se est i loco, idest fm naturam. Et cum dicitur, cœlum est non per se &c. dicendum quod cœlum est per se in loco, idest secundum na- Rōnes.

turam, quia semper fuit, est, & erit in loco, & hoc non potest esse per accidens, quia accidens contingit non eẽ, sed A coelum cõtingit non esse in loco, sed est per accidẽs in loco, idest secundario, vnde per accidẽs dupliciter dicitur. Vno modo quod est oppositum ei quod est ſm naturã. Alio modo per accidens dicitur, quod distinguitur contra primũ, & hoc adhuc dicitur dupliciter. Vno modo dicitur per accidens vt distinguitur contra primum .i. secundarium ſm naturam. Alio modo per accidens distinguitur contra primum .i. secundarium quo ad nos & ſm famositatem, modo coelum per accidens est in loco, non vt distinguatur contra naturã, sed prout distinguitur cõtra primum cognitionis & famositatis. Ad secũdum, cum dicitur, motus naturalis debet esse a principio intrinseco, verum est, q est a principio intrinseco, vel ſm aptationem vel ſm inhærentiam. Et cum dicitur, motus coeli &c. dicendum, q est a principio intrinseco ſm appropriationem, vt dictum est. Ad tertium omne q mouetur naturaliter &c. dicendũ est per interemptionem, quia aliquid bene mouetur perpetue naturaliter. Et cũ dicitur B ad probationẽ, natura est principium &c. dicendũ, q natura dr̃ de eis æquiuoce, qa dr̃ de eis ſm aliã, & aliã rationem, sed ista responsio non sufficit, quia diffinitio tñ cõpetit diffinitio &c. ideo dicunt alii, q sumitur hæc cõiunctio & pro vel, & hoc sufficit q pro altera parte verificetur, scilicet coniunctim vel diuisim: quia in animalibus est principium mouendi & quiescendi coniunctim in aliis diuisim.

Te. c. 8. 1. octa. Phy. Te. c. 76. Aliter potest dici quod coelũ potest quiescere aliquo modo quietis. Et cum dicitur, hoc est contra Aristote. in octauo Physi. dicendum q etiam Aristo. dicit primo huius, q sphæricum corpus quiescit, & ideo dicẽdum q semper quiescit, quia totum mutat locum subiecto, vnde quiescit quiete opposita motui ſm subiectũ, sed semper mouetur ſm formam & dispositionem. Sed obiicitur quia quies est priuatio motus, qui est in subiecto apto nato &c. ergo illud non quiescit quod non est aptum natum quiescere, sed coelum totum non est aptum natum C moueri subiecto. dicendum, q corpus sphæricum quiescit totum subiecto, quia non recedit a loco ſm subiectũ, & venit ad alium locum, vbi prius nihil fuit eius. Tũc ad formas rationis, cum dicitur, quies est priuatio &c. cõceditur. Et cum dicitur, ergo id non quiescit &c. verum est q nec secundũ se, nec secũdũ suum genus natũ est quie-
Te. c. 8. 27. scere sicut dicit Aristo. Quinto Metaphy. cap. de priuatiõe. Et cum dicitur, coelum totum &c. verum est nõ est natum moueri ſm seipsum: tñ ratione qua est corpus, nõ sibi repugnat quin moueat locũ subiecto: sicut talpa non dicitur cæca secundum genus inquantum est animal, sed secundum naturam propriam, sic coelum secundum genus natum est moueri secundum locum subiecto, & hoc verum est si habet genus, & de hoc sunt opiniones &c.

Ad quartum, cum dicitur, motus naturalis debet esse de dispositione & cætera, concedendum est de mobilibus motu recto & non circulari. Ad quintum, cum dicitur, motus regularis &c. dicendum per interemptionem. Et cum dicitur &c. dico, quod hoc intelligitur de D illis, quæ mouentur motu recto: & non quæ mouentur motu circulari.

Te. c. 8. 7. *Quoniam autem corporum hæc quidem sunt simplicia, hæc autem composita ex his. Dico autem simplicia quæcunque motus principium habent secundum naturam: puta ignem & terram: & horum species & cognata his necesse & motus esse: hos quidem simplices, hos autem mixtos aliqualiter.*

QVÆSTIO VIII.

An sit aliquis motus simplex inter motus.

A Consequenter quæritur circa diuisionem motus, q alius est simplex, & alius compositus. Vtrum aliquis motus sit simplex, arguitur quod non: quia nullum compositum est simplex, quia hæc distinguũtur, sed motus est cõpositus, probatio, quia continuum est compositum cum sit diuisibile in infinitum, & vnumquodq; diuiditur in ea ex quibus cõponitur, ex primo & 3. Phy. Tex. c. 40. Tex. c. 45.
sed omnis motus est continuus, vt dicit Cõmen. 3. Physi. & etiam Aris. ibidem dicit, q tempus & motus consequuntur continuitatem magnitudinis. Item, si non est motus continuus & mixtus, non erit motus simplex, qa si vnũ oppositorum non est in natura, nec reliquum, vt patet 2. huius, & specialiter est subiectum de contrariis, sed motus mixtus nõ ẽ in natura, quia motus est actus, & actus est idem quod forma, forma autem est simplex, Te. c. 8. 18.
vt patet in. 6 pricipiis, quia est contingens componi simplici & inuariabili essentia consistentia, simplex autem & mixtum sunt contraria seu opposita. ideo &c. Item, si B motus est simplex, vel hic esset motus corporis coelestis, vel elementi, per sufficientem diuisionem, quia motus simplices non pñt esse nisi magnitudinum simplicium, quæ sunt elementa quatuor, & 5. essentia, vt patet 1. huius, sed motus simplex non potest esse coeli: qa motus, q est a diuersis motoribus nõ est simplex: sed omnes motus orbium coelestium sunt a diuersis motoribus, secundum Commen. in 12. Metaphy. quia omnis motus or- Com. 41.
bium coelestium est a duplici motore, quorum vnus est coniunctus, a quo habet velocitatem, & alius est separatus, a quo habet infinitatem. Et confirmatur ista pars, quia motus, qui est cõpositus ex diuersis motoribus, nõ est simplex, sed motus coeli est hmõi: qa vna pars est a dextro ad sinistrũ, alia econuerso: & illa sunt cõtraria, sicut sursum & deorsum, vt dicit Arist. in litera, vñ motus ab oriẽte in occidentẽ est a dextero ad sinistrum, & econuerso a sinistro in dextrum, ergo est compositus ex contrariis motibus. Et confirmatur tertio, quia in quolibet C simplici pars est eiusdem rationis toto: & hoc patet per inductionem in singulis, quia quælibet pars aquæ est aqua, & quælibet pars ignis est ignis, sed quælibet pars motus coeli non est eiusdem rationis cum toto motu, qa totus motus coeli est circularis, sed quælibet pars circu- Te. c. 93.
li non est circulatio, ex quarto Physi. Similiter probatur quod motus elementi non est simplex, quia elementum aeris mouetur sursum & deorsum, quia, quando ipse aer est in loco ignis, descendit: & quando est in loco aq ascendit, & iste motus est compositus ex contrariis, ergo non Te. c. 8. 6.
est simplex. Item, si motus esset simplex, tunc esset primum motus: sed in motu non est primum, maior patet si est simplex motus tunc est prior composito: sed prius & posterius non sunt nisi sit primum, vt patet Quinto Me- Tex. c. 59.
taph. ca. de priore, minor patet. 6. Phy. vbi probatum est q nõ est primũ motus ex parte motus tpis & termini q acquiruntur per motũ. Itẽ si motus est simplex & mo- Tex. c. 18.
bile est simplex: quia sicut cõpositus motus est corporis cõpositi sic simplex motus corporis simplicis, sed mobile nõ est simplex: quia in omni eo quod mouetur necesse D est intelligere materiã. 2. Metaph. & in quo est materia est forma, quia materia non est sine forma.

OPPOSITVM vult Arist. in litera, qa sicut magnitudo est simplex recta & circulariter, sic mot' est simplex, & hoc idem vult Commen.

CONCLVSIO.

Est aliquis motuum simplex: qui est simplicis corporis non habentis potẽtiã ad oppositum motum, & fit super simplex spatium sicut corporis coelestis est motus, & elementi.

Notãdum ad intellectum quæstionis sicut multipliciter dicitur cõpositum, sic & simplex: quia quot modis dicit̃ vnum oppositũ tot modis dicit̃ & re- Tex. c. 8. 5

liquum. 2. Topic. & hoc est verum quantum ad significata. Compositum aũt dicitur, vno mõ cõpositũ ex partibus quantitatiuis, vt linea componitur ex partibus lineæ, quæ sunt quidditatiuæ partes secũdo modo aliquid est compositum ex principijs essentialibus ex materia & forma, quæ sunt principia transmutationis, tertio modo dicitur aliquid cõpositum ex principijs quidditatiuis seu partibus, vt ex genere & differentia, quæ sunt partes diffinitionis, quarto modo aliquid est cõpositum ex diuersis naturis. Per hoc solet responderi ad quæstionẽ, primo ꝙ nullus motus est simplex primo modo, quia nullũ continuum potest esse simplex simplicitate opposita cõpositioni ex partibus quantitatiuis: quia illud est diuisibile in semper diuisibilia. 6. Phy. & primo huius, sed motus

Te.c8.59. est continuus, vt præallegatũ est per Cõmen. Secũdo

Tex.c0.2. dicendũ, ꝙ nullus motus est simplex simplicitate opposita cõpositioni ex partibus quidditatiuis, q̃a omne quod continetur sub genere est cõpositum ex partibus quidditatiuis: quia genus & differentia sunt principia diffinitionis. 7. Metaph. & 2. Poste. sed motus continetur sub ge-

Tex.c.43 nere: & etiam per differentiam distinguitur ab alio, ergo est cõpositus ex genere & dr̃ia. Tertio dicendũ, ꝙ motus est simplex simplicitate opposita cõpositioni ex materia & forma: quia nullus actus simplex est compositus ex materia & forma, quæ sunt principia transmutationis sed motus est actus, vt patet. 3. Phy. ideo &c. Quarto dicendum, ꝙ motus cœli est simplex modo simplicitatis, quæ est opposita cõpositioni ex diuersis naturis: cuius ratio est. Illud est simplex quod non mouetur nisi ab vno & simplici motore, & etiam recipitur in vno mobili simplici: sed quilibet motus cœlestis est huiusmodi, q̃a est ab vno motore simplici, & est in subiecto simplici; quia cœlum est subiectum simplex non habens formam perficientem materiam, vt dicit Commẽ. Et sciẽdum, ꝙ quamuis motus sit simplex, quia determinate fit a motore simplici & recipitur in mobili simplici, tamen Arist. sic non intellexit: quia motus elementorũ sic nõ esset simplex, cũ elemẽta sint composita ex materia & forma, sed bene elemẽta sunt simplicia per negationem mixtionis, ergo dicẽdũ est aliter ꝙ motus simplex est ille, cuius mobile est simplex, & cuius mobile nõ habet nullã aptitudinẽ ad oppositũ motũ, & ecõtrario, motus cõpositus est cuius motus habet nullã aptitudinẽ ad oppositũ motũ: vt motus animalis est cõpositus, quia si animal mouetur sursum habet naturalẽ aptitudinẽ vt moueatur deorsum per animã, quæ est principium mouendi ad omnẽ differẽtiã positiõis sursum, deorsum, añ & retro &c. et sic motus cœli & elementorũ sunt simplices: quia ille motus est simplex, cuius mobile mouet̃ ad vnã dr̃iam positiõis, & habet naturalẽ aptitudinem sic mouẽdi, & nõ ad aliam sed quælibet pars cœli, quia Sol habet naturalẽ aptitudinẽ mouendi ab oriente in occidens, q̃d est a dextro ad sinistrũ per superius hemispherium, inquãtum est de natura propria & ab occidẽte in oriẽtẽ per inferius hemisphærium, & ſm naturã propriam nõ mouet̃ in superiori hemisphærio ad oppositũ nisi sit p̃ rõnem aliquã cõmunẽ: quia omni die mouetur ab occidente in oriens vno gradu fere: & hoc non est ſm naturã propriam, sed inquantum regitur motu primi mobilis, similiter ignis habet naturalem aptitudinẽ mouendi sursum & nõ ad oppositũ, terra deorsum, secus autem est de mixtis, quæ mouentur sursum & deorsum ad dextrũ & sinistrũ motu augmentationis, vt plantæ & animalia, vt patet. 2. de Anima.

In libro de substantia orbis, & octauo Metap. Te.c8.12. Saluasse uisus est Auctor Auer. motũ simplicem esse simplicia subiecta, verum .n. est motũ simplicem simplicia esse subiecta, sed non conuertitur, & sic non sufficiens saluo.

Rñsiones.

Ad rationes, Ad primam, nullum compositũ &c. verũ est simplicitate opposita cõpositioni ex partib' quidditatiuis: sed bene potest esse simplex alia simplicitate. Et cum dr̃, omnis motus &c. verum est si est compositus ex partibus quidditatiuis: sed tamen non est compositus quod mobile eius sit natũ moueri diuersis motibus ad diuersa: sed tamen natum est moueri ad vnum vbi, vt dictum est, ergo est simplex illo modo.

Ad aliud cum dicitur, si non est motus &c. conceda-

B tur maior, ad minorem, motus mixtus nõ est &c. falsum est, quia aliter motus mixtus est & cõpositus, cuius mobile natum est moueri ad diuersa vbi sursum & deorsum &c. ergo motus simplex est cuius mobile natum est moueri tantum ad differentiam vnam positionis.

Ad tertium dicendum, quod motus vtriusq; est simplex, & cum dicitur, sed motus simplex &c. Dicendum ꝙ motus corporũ cœlestium est simplex, quia eius mobile non est natum moueri ad diuersa vbi. Ad probationem ſm Cõm. omnis motus cœlestium est a duplici &c. verum est, si esset a diuersis motoribus tendentibus ad diuersa vbi, sed si motores sunt ordinati essentialiter & tendunt mouere ad vnam partem positionis, tunc bene est simplex. Et cum dicitur in confirmatione, quia motus qui est &c. verum est, cum non tendunt ad diuersas partes positionis mouere, sed ad eandem differentiã positionis, vt Sol mouetur tantum a motore a dextro ad sinistrum in superiori hemisphærio ſm naturam propriã, vt dictum est. Ad aliam confirmationem cum dicitur

F in quolibet &c. cõcedatur: & cũ dicitur. q̃libet pars &c. dico, licet in cœlo sit dextrum & sinistrum, nõ tamen habent contrarietatem corruptam, vnde & motus nõ sunt contrarij: quia non mensurantur illi motus distantia ſm circunferentiam, sed ſm lineam rectam, vnde non cõtrariantur, quia per consequens non mensurantur circũferẽtia, propter infinitatem eorũ, quia vni infinita essent contraria, vt dictum est. Aliter respondetur, concedatur maior, & cum dicitur, partes &c. dicẽdum ꝙ partes istæ non sunt simpliciter contrariæ, sed habẽt aliquam diuersitatem. Et cum probatur per Aristote. dicendum, quod Aristo. non vult ꝙ dextrum & sinistrum in cœlo simpliciter sint contraria, quia loquitur sub conditione si est cõtrarietas in cœlo, vt aliqui volunt. Similiter dicendum de elemento ꝙ motus eius etiam potest esse simplex, quia elementum aeris &c. Dicendum ꝙ motus aeris non est compositus &c. quia siue aer moueatur deorsum quando est in loco ignis vel sursum quando est in loco aquæ: tamẽ semper est ad eundem locum in se, ergo motus isti

G non sunt cõtrarii, ideo &c. Ad quartum cum dicitur, si motus esset simplex &c. Dicendum ꝙ primum motus dupliciter dicitur, vno modo respectu aliorum motuũ, quorum non est pars, alio modo ꝙ primo in motu dicitur ꝙ sit prima pars motus, primo modo bene est dare primum motum, vt motum primi mobilis, sed secundo modo non. Ad quintum si motus &c. verum est simplicitate dicta, cuius natura habet habitudinem non ad diuersa vbi, sed ad vnum. Et cum dicitur in omni &c. dicendum, quod Commenta. exponit de motu generationis & corruptionis, sed quod mouetur quocunq; motu, non oportet quod habeat materiam, quæ sit in potentia ad esse. sed sufficit, quod sit subiectum simplex in actu & sit in potentia vnde & quo, & illa materia bene est in cœlo, qua est in potentia vnde & quo, sicut dicit Aristo. in Octauo Metaphy. ideo &c. Te.c8.4.

QVAESTIO IX.

H *An Corpus Mixtum moueatur motu elementi prædominantis.*

Consequẽter quærit̃, Vtrũ corpus mixtũ moueat̃ motu elemẽti prædominãtis, & arguitur ꝙ nõ, quia illa, quæ differũt secũdũ speciẽ, vnum non mouet̃ motu alteri' quia diuersitas specierum arguit diuersitatem naturæ, & natura est principium motus, ex secundo Physico. sed mixtum Tex.c8.3. & simplex differunt secundum speciem, quia secundum formam & diuersitas secundam formam & secun- Te.c8.15. dum speciem, vt patet secundo Posteriorum, & Decimo Metaphy. Item, si mixtum moueretur secũdũ prædominans elementum, tunc mixtum esset elementum, sed hoc est falsum, quia mixtum non est aliquod elemento-

rum, vt patet secundo de Generatione, consequentia patet: quia nihil mouetur motu elementi, nisi elementum, sicut nihil mouetur motu hominis nisi homo. ideo &c.

Item, si per se loquendo mixtum moueretur motu elementi p̄dominantis, non omnia mixta mouerētur deorsum, sed hoc patet falsum, ſm ꝙ aliquod mixtū non mouetur deorsum motu recto, vt sydus volans & venti, q̄a istorum est latio obliqua, ex primo & secundo Meteo. consequentia patet, quia in quolibet mixto dominatur terra, vt patet secūdo de Generatione, & quarto Meteo. & graue mouetur deorsum, ex quarto huius.

Te. cõ. 49 / co. cõ. 10

Te. cõ. 7.

OPPOSITVM patet per Ari. in litera, ꝙ mixtum mouetur secundum elementum prædominans & idem vult Commentator.

CONCLVSIO.

Mistum mouetur motu simplici ab elemento prædominante.

Simplex motus, & mixtus quid sint.

NOtandum, sicut prius dictum est, ꝙ duplex est motus. s. simplex & mixtus. Simplex motus est cuius mobile non habet naturalem inclinationem ad motum oppositum, vt ignis mouetur sursum, & non habet aptitudinem naturalē vt moueatur deorsum: sed mixtus motus est cuius mobile habet naturalem aptitudinem ad motum oppositum, ita ꝙ non solum mouetur illo motu, sed etiam opposito, vt animal p appetitum nō solum mouetur ad dextrum, sed etiam ad sinistrū, & ante & retro &c. Et sciendū, ꝙ in quæstione præsupponitur ꝙ aliquod elementum sit prædominans. & hoc

Com. 47 supposito, quærit propositum: & hoc probat Com. hoc & secundo de Generatione, ꝙ mixtum non est æqualis compositionis, & intelligit per æqualem compositionē æquationem omniū miscibilium in virtutibus, vt ꝙ sit æqualiter graue, leue, calidū, & frigidum &c. & hoc probat Commen. quia, si mixtum esset æqualis compōnis, tunc moueretur aliquo motu, sed hoc est falsum, vt patet ad sensum, cōsequentiam probat: quia si esset æqualis cōpositionis & moueretur, vel moueretur motu vnius, vel plurium, vel nullius. Si motu nullius, tunc non moueretur quod est propositum. Si mouetur motu plurium, tūc æqualiter moueretur sursum & deorsum & ad omnia loca, quod etiam videtur impossibile. Similiter nec mouetur motu vnius: quia qua ratiōe moueretur motu vnius, eadem ratione moueretur motu alterius. Tunc dicendum est ad q̄onem, ꝙ mixtum mouetur motu elementi p̄dominātis, & moueť motu simplici, de quo dictum est prius: quia, si dn̄atur terra, tunc mouetur deorsum, sed si ignis, moueť sursum, ratio huius est: q̄a si mouetur motu simplici mixtum, vel mouetur motu mixti, vel elementi p̄dominantis, vel elementi dn̄ati vel deuicti, & hoc patet p sufficientem diuisionem: quia pluribus modis non vr̄ mixtum moueri: modo mixtum nō mouetur motu simplici natura mixti, vt lapis non mouetur deorsum ex natura lapidis: quia simplex motus non est in diuersis naturis, vt patet in litera, sed motus deorsum est motus simplex, qui est a grauitate. nec mouetur motu elementi dominati & deuicti: quia in mixto semp sunt tria deuicta & vnum prædominans: sed a tribus naturis nō est vnus motus simplex, ergo relinquiť ꝙ motus sit a natura elementi p̄dominantis, quod est vnum tm̄. Item, illud debet moueri ſm motum elementi, cuius principium motus in se habet, sed mixtum habet principium elementi prædominantis, vt lapis in se habet principium motus terræ, vt grauitatem. Sciēdum, ꝙ quamuis mixtum moueatur motu elementi prædominantis, & hoc simplici motu, tm̄ in mixto motu non est principium elementi prædominātis, vt si animal mouetur motu progressiuo non mouetur motu elementi prædominantis, sed per appetitum. Similiter lap̄. si mouetur sursum non est per naturā elemēti p̄dominantis. Sed hic sunt dubia, quia Commentator dicit ꝙ mixtum non est æqualis compositionis. Cōtra, aliqua non dicuntur magis & minus nisi per compa

Solui hæc ro, quia nō mouet ex vtrisque motu.

Dubium. 1 An mixtū sit æqualis complexio.

A rationem ad primum, vt patet quinto Meta. & istud est verum in positiuis elementis, licet non sit verum in priuatiuis, sed aliqua mixta dicuntur magis & minus tēperata q̄ alia, vt complexio dicitur magis & minus temperata ergo oportet ꝙ etiam mixta dicatur temperata simpliciter, & oportet ꝙ aliqua complexio sit simp̄ liciter tēperata, & hoc nō est nisi p æqualem compōnem, & virtutem æqualem miscibilium in mixto: sed nō esset æqualis complexio si terra & ignis dominarentur. Aliud dubium est, quia dictum est, ꝙ mixtum mouetur motu elementi p̄dominantis. Contra, ille motus non est simplex, ad cuius oppositum mobile habet inclinationē naturalem: sed mixtum, si deorsum mouetur, habet naturalem inclinationē ad oppositum, vt animal moueť motu progressiuo deorsum, & potest sursum moueri, ante & retro. Tertium dubium est, si sic esset ꝙ mixtū moueretur motu simplici elementi prædominantis, vel hoc esset a natura materiæ, vel a natura formæ, vel ex natura virtutis mediæ quæ saluatur in eis, per sufficientem diui-

Dubium. 2 An mixtū moueatur motu elementi prædominantis.

Dubium. 3 Dicas in melius q̄ mixtū moueatur a forma mixti, disponitur tamen ab elemento prædominanti.

B sionem: sed non est ex natura formæ, quæ est forma substantialis: quia si hoc esset, tunc forma substantialis elementi esset in mixto, quod est falsum: quia tunc in vno mixto essent plures formæ substantiales, quod est impossibile, & vnū ens esset plura entia. Nec est ex natura materiæ, quia materia prima non est principiū determinati motus: quia indifferens est ad quemcunq; motum quantum est de se. Nec hoc est ex virtute, quæ saluatur in eis, quia vel esset ex parte virtutis cōis, vel propriæ, nō proprie, quia vbi est propria virtus elementi est forma elementi: quia propria virtus non est sine forma, similiter nec est ex parte virtutis cōis, quia tunc non moueretur motu illius elementi, sed motu cōi, cum illa virtus sit cōmunis. Ad primum dubiū cū dicitur, vbicunq; &c. ad hoc medici habent dicere: quia ponunť complexionē simpliciter mediā inter magis & minus, quam vocāt Policletum. Tn̄ dicendum, ꝙ verum est ꝙ ibi est simplex tale ſm ꝙ est possibile in tali natura. Et cum dicitur, aliqua mixta &c. dicendū ꝙ est aliqua complexio tempera

Solutio ad primum.

C ta media ſm ꝙ est possibile, sicut est complexio hōis respectu aliorum, quia maxime elementa temperata sunt in qualitatibus tangibilibus: quia hn̄t nobilissimā materiam. Et cum dicitur, tunc sunt æqualis cōpositionis, dicendum, ꝙ non requiritur ꝙ sic sit complexio simpliciter temperata, sed vt est possibile, vnde nō oportet ꝙ cōplexio miscibilium sit æqualis virtutis: sed ꝙ elementa sint elongata ab excellentiis contrariorum, vt a qualitatibus tangibilibus: & hoc est simpliciter temperamentū vt est possibile in natura: sed simplex nō est medium miscibiliū & compositionis quo ad æqualitatē omnium virtutum: sed tm̄ quantum ad elōgationem maximam ab excellentiis contrariarū qualitatū tangibiliū: & sic inter magis & minus tale temperamentū dicitur in compōne ad huius mediū. Ad secundum dubium dicendū est ꝙ verum est de subiecto primo, ꝙ mouetur primo illo motu sed mixtum moueť motu elementi prædominantis non vt subiectū primū, quia sic elemētū primo mouetur, vnde mixtum pōt habere naturalē inclinationem ad motū

Solutio ad secundum ad motus conuenias per mo mobili p se, ꝙ mobili per accñs falsa dicas i. e. dū moueri primo elemento tri bs ít quod moueť per ac. ñs, mixtum vero mouetur p se, sed ñ primo mouetur simplex deinde mixtū, mouetur vio lenter.

D alium, quia mouetur vt secundarium subiectum motus elementi. Ad aliud dicēdum ꝙ mouetur per naturam formæ elemēti prædominantis: quia illa forma remanet in mixto non in summa perfectione & libere, sed sub esse refracto, & sub eē ligato, vt dicit Albertus primo de Generatione, & Commen. 3. Coeli. Et cum dicitur, tunc in vno &c. dicendum ꝙ bene habet plures formas substantiales ordinatas, immo hoc est necessarium: quia materia prima recipit primo formas vniuersales magis, deinde minus vniuersales vsque ad formas indiuiduales, vt dicit Commē. quia etiam materia recipit primo formas elementorum, deinde mixtorum: sed hoc nō esset nisi remanerent formæ saltem sub esse remisso. Et cum dicitur, vnum ens &c. dicēdum, ꝙ non est verum, immo vnum ens bn̄ est ex pluribus entibus: quia mixtio est vnio mi-

ſcibilium alteratorum, in Primo de Generatione, ſed hoc non eſſet niſi vnum eius componeretur ex pluribus entibus, quæ faciūt vnum ens, quia ſunt ordinata ſic, & hoc eſt neceſſarium.

Rōſiones. AD rationes in oppoſitum. Ad primā: illa, quæ differunt &c. dicendum, ꝙ verum eſt ꝙ non mouetur primo motu eius, ſed ſecundario motu eius bene mouetur. Et cū dicitur, mixtū & ſimplex &c. verū eſt qñ miſcibilia actu ſunt extra mixtum, vt terra in loco ſuo, et ignis in ſuo, tunc differunt ſm ſpēm a mixto, ſed qñ conſiſtunt in mixto, tunc non differunt ſpecie: quia non hñt formas in vltima perfectione, ſed ſub eſſe refracto, & continentur ſub forma mixti. Vel dicendum, ꝙ mouetur motu elementi prædominantis primo, ſed ſecūdario gratia elementi exiſtentis, quod eſt pars eſſentialis mixti.

Ad ſecūdū dicendū, cum dr̄, mixtum moueretur &c. verum eſt, quod mouetur motu elementi primo eſt elementum, ſed, ſi mouetur motu elementi ſecundario non oportet, modo, mixtum non mouetur motu elemēti primo, ſed ſecundario inquantum includit tale elementum quod eſt pars eſſentialis eius quod ſic mouetur. Ad tertium cum dicitur, ſi per ſe loquendo &c. dicēdum, ꝙ duplicia ſunt mixta: q̄dam pfecta & terminata, q̄ hñt figuras terminatas, alia ſunt mixta interminata & impfecta, quæ non hñt figuras fixas & manentes diu, ſed cito mutantur: modo, intelligitur de mixtis perfectis, q̄ mouentur motu elementi prædominantis niſi prohibeantur, vt animal mouetur deorſum niſi aliquid impediat intrinſecum vel extrinſecum: vt a a vel appetitus, quæ motu alio mouentur ꝙ̄ elementi prædominātis. Et cum dicitur, ꝙ venti &c. verum eſt: vnde aliquid prohibet vt frigidum prohibens eſt ꝙ mouet aliter vel ad alium ſitum ꝙ̄ ſint naturaliter nata moueri, vt patet.

Te. cõ. 7. *Simplicium quidem ſimplices, mixtos autē compoſitorum. Moueri autem ſecundum prædominans.*

QVÆSTIO X.

An unius corporis ſimplicis ſit unus ſimplex motus.

COnſequenter quæritur. Vtrum vnius corporis ſimplicis ſit vnus motus ſimplex. Arguitur ꝙ nō aīal eſt ſimplex corpus p negationē mixti, vt loquimur hīc de ſimplici, quod eſt compoſitum ex vera materia & vera forma, ſed aīal habet motus plures: quia ad dextrū & ad ſiniſtrū &c. & motu elementi. Itē, corpus cœleſte eſt ſimplex quia eſt ſubiectū ſimplex ſm Cōmen. ſed quilibet orbis pter primum orbē mouetur multis motib⁹, vt ab oriente in occidentē, & ecōuerſo, vt patet p Ariſt. nominæ obſeruationes &c. Item, elementū ignis & aer ſunt ſimplicia corpora ſm Ariſt. & mouentur pluribus motibus, vt ignis mouetur circulariter in ſua ſphæra & aer ſuperior circūducitur, vt patet primo Meteo. & etiam mouentur propriis motibus ſurſum. Item, vnius corporis ſimplicis diuerſæ ſunt naturæ, vt materia & forma, ſed non eſt principium motus, ſecundo Phyſicorum, & diuerſæ naturæ ſunt principia diuerſorum motuum, ideo his diuerſis motibus mouentur.

8. Metap. Comm. 11. primo Cœ. T. c. 7. & 8 — Tex. cõ. 3. — Tex. cõ. 8

OPPOSITVM patet auctoritate Ari. in litera. d. ꝙ vnius corporis ſimplicis, vnus eſt motus ſimplex, & idem vult Comment.

CONCLVSIO.

Vnius Simplicis Corporis unus eſt proprius ac naturalis motus, qui. ſ. eſt a motore proprio, diuerſi aūt motus ſunt, ſiquidem moueatur corpus a motore ſeparato.

DIcendum ꝙ vnius corporis ſimplicis ſm negationem mixti eſt vnus motus ſimplex ſm vnā naturam propriam, & Ariſt. non reſoluit hic, neque probat, ſed accipit pro per ſe noto. Tamē ratio huius poteſt eſſe, vnius corporis non eſt niſi vna natura propria E ergo etiam non eſt niſi vnus motus ſimplex, antecedens patet: quia, ſi ſpecies haberent diuerſas naturas, tunc haberent diuerſas formas ſpecificas, & per conſequens eſſent diuerſa entia conſequentia patet: cuius eſt vna natura propria & vnus motus, quia motus pcedit a natura.

Notandum, ꝙ licet vnius corporis ſimplicis non ſit niſi vnus motus ſecundum naturam propriam, tamen diuerſi motus poſſunt eſſe vni⁹ corporis ſecundum diuerſas naturas: quia poteſt habere vnum motum ſecundum naturam propriam, & alium motum ſecundum naturā communem, vt orbis cœleſtis eſt vnius ſimplicis naturæ & mouetur ſecundum diuerſos motus, quia omnes orbes præter primum mouentur ab occidente in oriens ſecundum motorem proprium & naturam propriam, & ſecundum naturam communem mouentur ab oriente in occidens a communi & ſeparato motore motu primi mobilis: modo ſecundum diuerſitatem motorum eſt diuerſitas motuum in inferioribus, vnde ſecundum diuerſas naturas in iſtis eſt diuerſitas motuum: quia ignis dici- F tur moueri in ſphæra ſua propria circulariter, inquātum corporibus cœleſtibus mouetur: & hoc eſt ſecūdum naturam communem Similiter pars aquæ circunducitur ſm naturam communē, vt motione corporum cœleſtiū mouetur, ſed motu recto ſm naturam propriam.

PEr hoc ad rationes. Ad primam animal eſt ſimplex &c. nego, immo animal cōponitur ex elemētis. Rōſiones. Et cum dicitur, nō habet niſi vnam formam &c. dicitur communiter ſecundum illos qui negant pluralitatē formarum, ꝙ licet non ſit compoſitum ſubſtantialiter & realiter ex pluribus formis, tamen virtualiter, quia virtutes eorum ſaluantur in ipſo, vt virtus aquæ terræ &c. & illæ virtutes non ſunt ſubſtantia, ſed accidens, vñ per illas virtutes dicitur habere motus diuerſos & plures qui non ſunt ſimplicis ſed compoſiti. Aliter reſpondetur ꝙ aīmal non eſt ſimplex ſicut elementum, quia quodlibet elementum eſt ex vna forma & materia, ſed animal eſt ex multis formis, vt forma qua eſt animal, & qua eſt G corpus, & qua eſt mixtum &c. quæ prædicantur in qd & ſic habent plures motus. cum non ſit ſimplex. Ad ſecundum cum dicitur, corpus cœleſte &c. cōcedo, & cū dicitur, quilibet orbis &c. dicendum ꝙ vnus motus eſt a natura propria, vt motore proprio, & alter a communi motore, & a natura communi. Ad tertium. ignis &c. conceditur. Et cum dicitur, mouentur pluribus &c. dicendum, ꝙ habet motum rectum ſecundum naturam propriam, ſed circularem ſecundum naturam communem inquantum obedit corporibus cœleſtibus, vt dicitur primo Meteo. Ad quartum, vnius corporis &c. concedatur, ſi iſtæ naturæ ſufficiunt ad motum, ſed ſi non ſufficiunt, non oportet. Et cum dicitur, natura eſt principiū &c. dicendum, quod materia & forma non ſufficiūt ad diuerſos motus, ſed requiruntur ad vnum motum vnum, vt principium receptiuum, vt materia, aliud vt principium effectiuum vt forma. Aliter reſpondetur quod verum eſt ſi ſint naturæ propriæ, ſed, ſi vna eſt cōmunis & alia propria non oportet. Et cum dicitur, natu- H ra eſt principium &c. dicendum ꝙ non ſunt naturæ propriæ: quia materia prima eſt communis natura omnium elementorum, ſed forma eſt propria natura, & ſecundū eius diuerſitatem tantum diuerſificantur motus.

Te. cõ. 12. *Sed adhuc & primam neceſſarium eſſe talem lationē. Perfectum enim eſt prius natura imperfecto: Circulus aūt perfectorum. Recta autem linea neq; vna. Neque enim quæ infinita, habebit enim vtiq; finem & terminum. Neq; finitarum neq; vna, omniū enim erit aliquid extra. Augeri enim contingit quamcunq;. Itaq; ſiquidē prior motus prioris natura corporis: q autē cir-*

culo

culo in circuitu prior recto, qui autem in recta simplicium corporum est.

QVÆSTIO XI.

An motus circularis sit perfectior motu recto.

CONsequenter quæritur, Vtrum motus circularis sit perfectior motu recto. Arguitur ꝙ nõ. quia illud, quod habet principium. medium, & finem perfectius est illo quod caret his: quia principium, medium, & finis pertinent ad perfectionem. sed motus rectus habet principium, medium, & finem: quia habet principium. i. terminũ a quo, & finem, terminum ad quem, & medium, quãdo est inter ista: sed cœlum non habet principium, medium, & finem: quia nunq̃ est in principio, & in fine, vt patet primo Te. c. 54 Meteororum & Octauo Physico. Item, motus simplicior est perfectior composito: sed rectus motus est simplicior circulari. ideo &c. maior patet: quia sicut in substantiis simplex magis est perfecta: quia etiam substantia simplicissima est perfectissima & nobilissima vt Deus. ergo & in motibus sic est ꝙ simplicior est perfectior composito. minor patet: quia sicut se habet magnitudo ad magnitudinem: sic motus ad motum: sed circularis magnitudo est compositior recta: quia habet ɔcauum & gibbosum: vt patet in litera. & hoc non sunt in recta magnitudine. ergo motus recte magnitudinis simplicior est circulari. & per consequens perfectior. Item, ille motus est perfectior, qui attingit finem, q̃ qui nõ attingit finẽ: quia attingere finem est motus perfectionis. Te. c. 3 Quinto Metaphy. sed rectus motus attingit finem, ut terminum ad quem mouetur. circularis motus non habet finem: quia est perpetuus. ergo non habet terminum, ad quem vbi quiescat. Te. c. 4 & 21 Item, ille motus, cui potest fieri additio non est perfectus, & per consequens non est perfectior: quia ꝑfectus est cui non potest fieri additio ex primo huius. ergo per oppositum, cui potest fieri additio non est perfectum, sed motu circulari fit additio, vt circulatio circulationi, vt crastina hodiernæ.

Te. c. 32. OPPOSITVM vult Aristo. in litera, ꝙ motus circularis est perfectior motu recto. & hoc idem vult Cõmẽ. & alii, ꝙ motus circularis, qui est verus, vt cœli perfectior est rectis motibus. & probatur ex parte mobilis. Ille, motus est perfectior, qui est perfectioris mobilis: quia motus debetur mobili secundum propriam naturam, & nobilius mobile habet nobiliorem motum secundũ naturam. sed cœlum nobilius est elementis: quia est gloriosum, diuinum, & laudabile. vnde Græci, Latini, & Barbari conueniunt in hoc: ꝙ hunc locum attribuerũt Diis, vt patet primo huius. ergo & motus eius, qui est circularis, est perfectior & nobilior q̃ motus rectus. Te. c. 22 Item secũdo ex parte mouẽtis. ille motus est nobilior & perfectior, qui est a perfectiori & nobiliori motore, quia motus causatur a motore, & nobilior motus a nobiliori motore, vt patet secundo huius. sed motus cœli est a perfectiori motore, vt ab intelligentia: quia mouet ratione amãtis & desiderantis, vt patet. 12. Metaph. sed rectus motus est a forma elementorum. Te. c. 80 & 72 Tertio probatur ex parte finis. ille motus est perfectior qui semper est coniunctus suo fini, Te. c. 36 vt possibile est coniungi suo fini: quia coniungi suo fini est perueniendo ad perfectionem: vt patet Duodecimo Metaphy. sed motus circularis semper est coniunctus suo fini, sicut potest habere finem, vt motori eius: quia motor habet se in ratione agentis & finis respectu motus, ut patet per Commen. 12. Met. & sic semper est in fine. quia Te. c. 37 procedit a fine. nam in separatis a materia idem est agens & finis: sed motus rectus non semper est in termino ad quem, qui est finis eius. Te. c. 36 Item quarto probatur. ex parte conditionis siue modi motus circularis qui vniformis regularis perpetuus est, & causa aliorum motuum est ꝑfectior q̃ ille, qui est difformis & irregularis & causatus: sed motus circularis habet istas conditiones: quia nullius mo- A tus regularis est nisi localis, & horum nullus nisi circularis, vt patet Octauo Physicorum sed motus rectus est dif- Te. c. 76 formis, quoniam non est naturalis: tũc est in principio tardior & in fine velocior & violentus econuerso. & rectus motus est corruptibilis, & etiam causatus a motu Cœli, vt patet Octauo Physicorum, &. 2. de Generatione. Te. c. 75

Rñsiones. AD rationes dicendum. Ad primam. illud quod habet principium &c. verum est si vterq; natus est habere principium, medium, & finem: sed si non, tunc non oportet. Et cum dicitur, motus rectus &c. dicendum ꝙ de ratione motus circularis non est habere principium medium & finem, sed esset verum de duobus motibus rẽctis, qui nati sunt habere principium, medium, & finem. Et cum dicitur, motus circularis &c. dicendum ꝙ non habet principiũ & finem actu distincta: quia idem vbi realiter est principium & finis, licet differat ratione & cum dicitur. principium &c. pertinet ad perfectionem. dicendũ ꝙ vnius est ad particularem perfectionem & non ad vni- B uersalem: sed magis aliquid pertinet ad illam perfectionẽ vt continere omnia: & sic cœlum continet omnia. sic etiã motus cœli virtute continet omnes alios motus: quia est causa eorum. Vnde notandum ad intellectum istius solutionis quod dicit Arist. in primo Meteoro. &. 8. Physic. ꝙ motus cœli semper est in principio & in fine vnius circulationis. quia nisi vnum est principium circulationis sequentis & finis præcedentis, sed nunq̃ est in principio & fine, & debet intelligi quo ad motũ totius: quia totus motus nec habet principium nec finem. quia non incepit nec definit. Ad secundum. motus simplicior &c. conceditur. Et cum dicitur. motus rectus &c. nego ad probationem, sicut se habet &c. concedo. Et cum dicitur. circularis est magis cõpositus falsum est. Et cum dicitur, in circulari non distinguitur principium & finis, sicut fit in recta magnitudine, quia vnum vbi in cœlo põt habere rõnem principii & finis. & cum ꝓbaẽ de concauo &c. dicẽdum, ꝙ concauum & conuexum non sunt partes magnitudinis, quæ faciunt cõpõnẽ, sed sunt relationes tm̃: quia iux- C ta posita. i. coniuncta tm̃ extra & intra, vt vult Aris. in litera. Ad tertium: cũ dicitur. ille est perfectior qui attingit finem &c. verum est. Et cum dr̃, rectus motus &c. dicẽdum, ꝙ motus rectus attingit terminum ad quem vbi est quies. sed cœlum non attingit illum terminum ad quẽ vbi quiescat: sed propinquior est fini circularis motus. s. motori eius, quia in separatis est idem agens & finis, & sic semp̃ est in fine, quia ꝓcedit a fine. Ad quartum. ille motus cui cõpetit fieri &c. uerũ est. si est additio simpliciter. Et cum dicitur circulari &c. dicendum ꝙ non est additio vera & simpliciter, quia prior circulatio non manet, sicut lineæ circulari non potest fieri additio simpliciter: sed lineæ rectæ bene potest addi linea, cum habeat principiũ & finem, sed recto motui bene fit additio. Et cum dicitur. circulationi &c. dicendum ꝙ non est vera additio, quia prior circularis motus non manet, sed bene fit ei additio capiendo additionem pro successione circulari: ideo non valet ratio.

D *Ex his quidẽ vtiq; manifestũ, quia nota est esse quędã substantia corporis alia præter eas quæ hic consistentias diuinior & prior horũ omniũ.* Te. c. 14.

QVÆSTIO XII.

An corpus cœleste in sphera actiuorum & passiuorum sit eiusdem naturæ cum his inferioribus.

COnsequenter quæritur, Vtrum corpus cœleste sit eiusdem naturæ cum inferioribus in sphæra actiuorum & passiuorum. Arguitẽ ꝙ sic. qa illa, quæ cõueniunt in vna forma, videnẽ esse eiusdẽ naturæ, cũ nã dicatur de mã & forma, vt patet. 2. Physi. C. m. 7 & 10 per Com. sed cœlũ conuenit in forma cũ inferioribus: qa Te. c. 15. gñans & gñatũ cõueniũt in forma. sed cœlũ gñat ista inferiora, vt patet. 1. de Ge. Et ɔfirmaẽ. qa oẽs foræ sunt in ter

minis, & ponuntur in terminis.s. in corporibus cœlesti-
bus. quæ ergo generantur a corporibus cœlestibus sunt
in eis. ergo conueniunt in forma, & per consequens sunt
eiusdem naturæ cum inferioribus. Item, quæ habent
easdem proprietates proprias cum inferioribus sunt eius-
dem naturæ cum eis: quia proprietates sequuntur natu-
ram & eædem proprietates eandem naturam. sed cœlũ
& inferiora habent easdem proprietates, vt densitatem et
raritatem & illuminositatem: & quædam inferiora parti-
cipant quædam horum. sic corpora cœlestia sunt densa,
& rara, & illuminosa. Item, si cœlum est alterius naturæ
cum inferioribus, tunc haberent cõtrarietatem ad ea, vel
secundum se, vel secundum dispositiones & qualitates:
sed cœlum nullam habet contrarietatem. ideo &c. maior
patet. nam sic est in aliis. quæ sunt diuersarũ naturarum,
q habent contrarietatem, vt elementa contrariantur vel
secundum se, vel secundum qualitates suas &c. minor pa
tet, quia cœlum nullum habet contrarium, nec secundum
Text.c.20 suam substantiam. nec secundum suas qualitates ad ista in
feriora, vt patet primo huius, quia cœlum tunc esset com
positum, & est generabile & corruptibile, sed hoc est fal-
Tex.cõ.20 sum, vt patet in primo huius. Item, si cœlum esset alte-
rius naturæ ab istis inferioribus, tunc inter cœlum & ista
inferiora esset transmutatio: sed hoc est falsum. nam a cœ
lo non est transmutatio ad elementa, ita q cœlum mute-
tur in elementa, nec econuerso, ita q elementa fiant cœlũ.
consequentia patet: quia diuersæ naturæ transmutantur
adinuicem, vt ex aqua fit ignis, & ecõuerso. quæ sunt di-
uersæ naturæ. Item, quæ sunt obiectum eiusdem potẽ
tiæ sunt eiusdem naturæ: quia idem obiectum est eiusdẽ
potentiæ. tamen potentiæ distinguuntur per obiecta, vt
Te.cõ.22. patet secundo de Anima. sed cœlum & ista inferiora sunt
obiectum eiusdem potentiæ.s. intellectus, qui ratiocinat
de cœlo, & de istis inferioribus.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in li-
tera. vbi nititur ostendere multipliciter, q cœlum, quod
est corpus gloriosum, est alterius naturæ ab inferioribus
elementis & nobilius: & est nobilius secundum q elonga
tur plus a situ inferiorum. Et hoc confirmatur ratione.
illa, quæ sunt æterna & ingenerabilia non sunt eiusdem
Tex.c.26 naturæ, ex decimo Met. quia corruptibile & incorrupti-
bile plus differunt q̃ genere. sed cœlum est æternum, vt
Te.cõ.20. patet Primo huius, & ista inferiora sunt generabilia &
corruptibilia propter habere contrarium.

CONCLVSIO.

Cœlum non est unius & eiusdem naturæ nec numero, nec specie, seu genere, sed est eiusdem naturæ cum his inferioribus, secundum identitatem analogiæ.

Com. 12 NOtandum, q vnum & idem multipliciter dicitur,
vt patet Quinto Meta. vnum numero vnum spe-
cie, vnum genere, & vnum analogia. Tunc dicen
da sunt ad quæstionem. primo, q corpora cœlestia, &
ista inferiora non sunt eiusdem naturæ secundum nume-
rum. secundo dicendum, q etiam non sunt eiusdem natu
ræ secundum speciem. tertio dicẽdum q etiam non sunt
eiusdem naturæ secundum vnum genus vniuocum &
logicum. quarto dicendum q sunt vnum aliqualiter ſm
analogiam. Prima primi rõ. Si essent eiusdem naturæ
secundum numerum non mouerentur diuersis motibus:
sed hoc est falsum: quia cœlum mouetur circa mediũ, &
corpora recta mouentur motu recto.s. simplicia, vt a me
dio, vel ad medium: & mixta mouentur motu mixto.

Item, illa non sunt eiusdem naturæ secũdum numerũ,
quorum vnum est æternum & aliud corruptibile: sed cœ
lum est æternum, vt dicitur primo huius, & manet semp
idem numero: sed inferiora non possunt semper idem nu
Tex. c. 20 mero permanere. Ratio secundi est cum arguitur. illa,
Pőt,p oẽs difficulta. tẽ hic emer quæ per se & primo mouentur diuersis motibus sunt al-
terius naturæ specifice: quoniam sicut vnius corporis sim
plicis non est nisi vnus motus simplex, sic corporum di-
uersarum naturarum sunt diuersi motus: sed cœlum per
B se. & primo mouetur alio motu a motu inferiorum, q̃a
circulariter. sed inferiora mouẽtur motu recto, vt sursum
& deorsum vel motu mixto. Et confirmatur. quia cœ
lum mouetur motu circulari, vt Sol reuoluitur cum die
ab oriente in occidens, & econtrario ad oriẽs. ita & in eũ
dem puncto in idem. & similiter alii planetæ, & orbes, &
etiam pars cœli. tunc iste motus vel est ei naturalis vel
extra naturam. Si est naturalis. habetur propositum. si ex
tra naturam, tunc oportet q cœlum moueatur alio mo-
tu secundum naturam: quia omne corpus habet motum
secundum naturam: quia motus violentus presupponit
motum naturalem. vel sic moueretur a medio vel ad me
dium. sed neutro modo potest moueri: quia isti sunt mo-
tus elementorum: & vnus motus simplex non est diuer-
sorum corporum. Item, si sic, tunc vni motui essent plu
res motus contrarii: sed hoc est falsum, ut patet in litera.

Item, nullum uiolentum potest esse perpetuum, quia
quod est extra naturam tale citissime deficit. vt patet in li
tera. sed cœlum mouetur motu circulari perpetue. ergo
F cœlum est alterius naturæ a natura inferiorum. Ratio ter
tii. si corpus cœleste esset eiusdẽ generis cum inferioribus,
ita q esset species distincta ab aliis cum quibus continere
tur sub genere vno, tunc cœlum esset compositum & es-
set generabile & corruptibile: sed hoc est falsum, vt patet
primo huius. consequentia patet: quia postq̃ cœlum est
species generis distincta ab aliis cum quibus esset contẽta
sub vno genere vniuoco, tunc illa species esset composita Tex. c. 30
ex genere & differentia. & cõsimilem rationem facit Cõ
mẽ in Secundo huius. vbi probat, q cœlum non sit eius
dem generis vniuoci cum inferioribus. quia species eius-
dem generis sunt contrariæ contrarietate vera, quæ est
formarum succedentium sibi in eodem subiecto &c. Ra
tio quarti. illa quæ depẽdent ab eodem fine sunt vnum se
cundum analogiam, vt vult Commẽ. 4. Meta: vbi dicit, Te.cõ.2
q triplex est analogia, secundum quam aliqua attribuun
tur vni tribus modis. vno modo vt subiecto. vel vt fini,
vel vt agenti, sed corpora cœlestia & inferiora depẽdent
G ab vno fine, vt a motore separato, a quo dependet cœlũ
& tota natura, vt patet Duodecimo Metaphysicæ. Te.cõ.38

Et notandum circa hanc conclusionem q cœlum non
est in eodem genere vniuoco cum inferioribus, vt dictũ
est. Contra hoc arguitur sic. quæ sunt in eodem gene-
re substantiæ sunt eiusdẽ generis, quia substantia est vnũ
genus entium, ut patet Secundo de Anima & Septimo Te cõ.
Metaph. sed cœlum est eiusdem generis, quia sunt substã Te.cõ.
tiæ mobiles. Itẽ, quæ conueniunt in vno corpore, sunt
eiusdem generis, quia corpus est genus. sed cœlum & in-
feriora sunt huiusmodi. Dicendum q. cœlum non conue
nit cum inferioribus in vno genere vniuoco, vt Cõmen.
vult Octauo Meta. q. corpus quod dicitur de cœlo & de Com 22.
istis inferioribus non dicitur vniuoce sed æquiuoce. i. ſm
diuersas rationes. Item, corruptibile & incorruptibile
plus differunt q̃ genere, sed dicunt q differunt genere na
turali, sed non differunt genere logico, sed illud non inue
nitur in dictis Aristo. nec Commẽ. vnde ridiculosum est
dicere & fictitium. vnde etiam dicunt, q intelligentiæ &
H inferiora conueniunt in genere, quia in vno apparẽti &c.
non valet, q. malum est apparens, quia nihil apparet de
substantia, quia est insensibilis. vnde illa sunt dicta volun-
taria. Ad argumentum cum dicitur. illa quæ sunt in eo-
dem genere &c. dicendum q conueniunt vel sicut species
vel sicut principia. vnde hæc inferiora & corpora cœlestia
nõ conueniũt in genere vniuoco: q̃a corpora cœlestia nõ
sunt spẽs nec ſm rõnẽ nec ſm intellm, q̃a nõ hñt cõpõnẽ
ex genere & dñia: sed conueniunt in genere substantiæ si
cut principia, quia reducunt ad genus substantiæ, sicut
principia, sicut etiã mã & forma dñr reduci ad pdicamẽ-
tũ substãtiæ. vnde corpora cœlestia sunt principia istorũ
inferiorũ. Ad scdm, dubiũ. cũ dr. quæ cõueniunt in eodẽ
corpore &c. verũ est. si conueniunt in corpore vniuoce,
sed si æquoce nõ oportet. Et cũ dicitur. cœlũ & hæc &c.

dicendum

dicendum ꝙ non conueniunt vniuoce, sed æquiuoce ſm Commentat. & quando dicitur ꝙ corpus eſt genus &c. dicendum ꝙ verum eſt ꝙ eſt genus ad elementa & ad mixta &c.

Rñſiones. PEr hoc ad rationes in oppoſitum. cum arguitur, illa, quæ conueniunt &c. verum eſt, ſi conueniunt in forma formaliter, ſed non virtualiter & cauſaliter. & iſta diſtinctio habetur. 16. animalium. vnde, quando dicitur, formæ ſunt in terminis. verum eſt tanq̄ in virtute actiua & motiua, quia agunt & mouent inferiora vt inſtrumenta, quia cuilibet rei correſpondet aliqua figura vel virtus cœleſtis. vnde Albertus in libro, qui dicitur ſpeculũ philoſophiæ dicit. ſic ordinauit & diſpoſuit glorioſus Deus & ſublimis ſua ſumma ſapientia, vt operetur ea per ſtellas ſurdas & mutas, quæ contingunt hic in elemẽtis & in elementatis. & quando dicitur, generans & generatum &c. verum eſt virtute, non tamen oportet ꝙ conueniant formaliter in forma ſpecifica. vnde dicit Commen. Duodecimo Metaphy. allegando Alexan. ꝙ verum eſt tribus conditionibus concurrentibus in agente propinquo & non remoto, & principali & non inſtrumentali, & per ſe & non in agente per accidens. vnde habet veritatem de generante propinquo. vt ſi homo generat hominem, cõuenit in forma ſecum, ſed cœlum eſt agens remotum & inſtrumentale. ergo non oportet ꝙ conueniat in forma cũ generato formaliter, ſed ſufficit quod virtute. Ad ſecundum, cum dicitur: ſi habent eaſdem &c. dicendum ꝙ verum eſt, ſi identitate ſpecifica: quia raritas & dẽſitas nõ conueniunt cœlo & inferioribus vniuoce & vnitate ſpẽi ſpecialiſſimæ, ſed vnitate analogiæ. & per prius in natura cœleſti inuenitur, & per poſterius in natura inferiorũ, vt dicit Comment. in de Subſtantia Orbis. Ad tertiũ, cum dicitur. ſi cœlum eſſet alterius naturæ &c. negatur conſequentia: quia non ſunt eiuſdem ſpeciei veræ: quia veræ ſpecies habent contrarietatem vel ſecundum ſe, vel ſecundum ſuas qualitates. vnde corpora cœleſtia nõ ſunt ſpecies ad inferiora, ſed diſperata in natura. vnde nõ oportet ꝙ quæcunque diuerſa in natura ſint ſpecies ſicut qualitas & quantitas & ſubſtantia ſunt diuerſa in natura, & tamen non ſunt eiuſdem generis ſpecies, quia non habẽt vnum genus vniuocum. vnde quæ ſunt diuerſæ naturæ ſine contrarietate, non oportet ꝙ ſint ſpecies eiuſdem generis. bene eſt vnius ſi eſſent diuerſæ naturæ, cum contrarietate, tunc eſſent ſpecies eiuſdem generis: ſed quælibet diuerſa non ſunt ſpecies, vt. 10. prædicamenta, quæ nõ ſunt ſpecies eiuſdem generis. vnde cœlum eſt diuerſæ naturæ ab inferioribus, non vt ſpecies, ſed vt diſperatum. Ad quartum, cum dicitur. ſi cœlum &c. verum eſt. ſi communicarent in materia, modo, cœlum cum iſtis inferioribus communicat in materia, quia nõ habet materiam niſi mobilem, vt vnde & quo, vt poſt dicetur, ſicut & prædicamenta ſunt diuerſæ naturæ, & tamen non tranſmutantur adinuicem, vt quantitas & qualitas &c. Ad quintum. cum dicitur, quæ ſunt obiectum &c. dicendum ꝙ verũ eſt aliquo modo vnitatis. Et cum dicit̃, cœlum & iſta &c. dicendum ꝙ habent vnitatem analogiæ ſiue attributionis, quia attribuuntur vni, vt fini vel agenti: & iſta vnitas ſufficit ad vnitatem obiecti potentiæ cognoſcitiuæ: & ſit dictum ad illud argumentum.

Te. cõ. 17 *Quoniam autem hæc quidem ſupponuntur, hęc autem ex dictis oſtenſa ſunt: manifeſtũ, quia neq; leuitatẽ, neq; grauitatẽ habet corpus totum.*

QVÆSTIO XIII.

An corpus cœleſte ſit graue uel leue.

COnſequenter quæritur, Vtrum corpus cœleſte ſit graue vel leue. Et arguitur ꝙ ſic. quia illud qđ eſt propinquius. aliquando medio & aliquando remotius eſt graue vel leue, quia ſecundum grauitatem aliquid propinquatur ad medium: ſed ſecundum leuitatem remouetur a medio: ſed cœlum eſt huiuſmodi, quia planetæ aliquando ſunt propinquiores terræ aliquando remotiores: quia medio eodem modo diſpoſito & viſu: planetæ aliquando apparent maiores: aliquando minores. Sed planeta eſt eiuſdem naturæ cum orbe, ut patet tertio huius. Item, pars & totum debent eiuſdem diſpoſitionis eſſe, ſicut aqua eſt eiuſdem diſpoſitionis in parte & toto, & ſic de aliis. ſed aliqua pars cœli eſt grauis: vt ſtella comata & ſydera volantia. ideo &c.

OPPOSITVM vult Ariſto. in litera. qui dicit ꝙ nec ſit graue nec leue.

CONCLVSIO.

Corpus cœleſte nec graue nec leue eſt.

DIcendum eſt ad quæſtionem, ꝙ corpus cœleſte nõ eſt graue nec leue: quia ſi eſſet graue vel leue, tunc moueretur a medio, vel ad medium, per diffinitionem grauis & leuis, quæ debet ſupponi in primo, & in quarto oſtẽdetur. vbi dicit Ariſto. ꝙ diffinitio grauis eſt, ꝙ mouetur deorſum, & grauiſſimum ꝙ maxime mouetur inferius. Et ſimiliter leue, ꝙ ſurſum. Sed cœlum primo & per ſe mouetur circulariter, & vnius corporis ſimplicis non eſt niſi vnus motus ſimplex, vt patet primo huius. Sed aliqui dicunt q. ratio non valeat: quia non concludit: quoniam graue & leue extra locum proprium mouent̃ ſurſum vel deorſum: ſed quando ſunt in loco, vt terra in loco ſuo proprio, nõ mouetur. ſimiliter ignis in loco ſuo non mouetur: ſed cœlum ſemper eſt in loco ſuo. ergo nec ſm totum, nec ſm partem mouetur a medio vel ad medium. Dicendum ad hoc, ꝙ, ſi cœlũ eſſet graue vel leue, tunc moueretur a medio, vel ad medium ſecundum totum uel partes, vt patet de elemẽtis: quia pars ignis mouetur aliquando ſurſum, terra vero deorſum, ſed non ſm totum: ſed cœlum nunq̄ mouetur a medio vel ad mediũ ſecundum totum, vel partem. & idem locus eſt ſecũdum ſpeciem totius & partis, vt patet ex litera. Te. cõ. 17 Te. cõ. 6 Te. cõ. 19

Rñſiones. AD rationes in oppoſitum, cũ dicitur, illud, quod aliquando eſt &c. verum eſt, ſi iſta elõgatio & appropinquatio eſſet ſecundum lineam rectam, vel ſm motum rectum: ſed, ſi ſecundum motum & lineam circularem elongãtur non oportet. ſic autem eſt hic, quia planetæ aliquando ſunt remotiores. & hoc non eſt ſm lineã rectam & motum rectum: ſed eſt per motum planetæ in epicentrico & eccentrico: quia quando planeta eſt in auge, tunc plus diſtat a medio, ſed quando eſt in oppoſito augis, tunc propinquior eſt medio, ut dicũt Aſtronomi. Ad ſecundum: cum dicitur. pars & totum & cete. hæc ratio eſt: quia ſtella comata & ſydera volãtia nõ ſunt partes cœli: ſed fiunt ex hypercaumate. i. ſubito incendibili quod eſt exhalatio calida & ſicca quæ de facili incendit̃ & fit ignis: & videtur eſſe ſtella, ſed non eſt de natura cœli, vt patet primo huius.

Text. c. 20 *Similiter autem rationabile exiſtimare de ipſo, & quod ingenitum & incorruptibile & inaugmentabile & inalterabile.*

QVAESTIO XIIII.

An corpus cœleſte ſit generabile & corruptibile.

COnſequenter quæritur, Vtrum corpus cœleſte ſit gñabile & corrup. Et arguit̃ ꝙ ſic. quia oẽ quod hẽt virtutẽ finitã eſt gñabile & corruptibile. ꝓ finitam. n. virtutẽ non durat in infinitũ, ſed cœlũ habet virtutẽ finitã, quia habet finitã magnitudinẽ, ut patet. 1. huius. & in magnitudine finita non eſt niſi virtus finita. & eſt rõ Ioãnis Grãmatici. Itẽ quod hẽt contrariũ eſt gñabile & corrup. qa gñatio & corrupt. eſt inter cõtraria, vt patet. 1. de Gene. ſed cœlũ hẽt contrariũ, vt dẽſitatẽ & raritatẽ, quia ſtella eſt dẽſior pars ſui orbis ꝑ Com. 2. huius, & alia pars cœli eſt rarior. Itẽ illud, quod põt deficere ab oppõne, ꝓpria, eſt corruptibile, quia entia nãlia determinata ſunt in oꝑationib' ſuis, in quas dũ poſ- Te. c. 33 Rõ Ioã. 12. Metaph. Com. 41 8. Phy. 79 2. cœli. 7

sunt: dicuntur talia vniuoce: & in quas dum non possunt:
Tex.c.22. non dicuntur entia nisi æquiuoce. vt patet Quarto Me-
Tex.c.42 teororum. sed cœlum potest deficere ab operatione pro-
pria.i. qua potest moueri, quia cœlum potest non moue-
Com. 42. re, quia eius motus potest esse & non esse: & etiam motus
Tex.cō.62. eius potest quiescere a mouendo, quia virtutes in corpo-
ribus pñt mouere, & nō mouēt vt dicit Cō 12 Met. Itē,
quod habet materiam, est corruptibile: quia materia prin
cipium generationis & corruptionis. 1. Phy. & abscisio a
materia est causa perpetuitatis, vt dicit Commē. 2. huius.
Te.cō.18 sed cœlum habet materiam, quia in omni eo, quod mo-
uetur, est intelligere materiam. ex secundo Metaph. sed
cœlum mouetur. ideo &c.

Te.cō.22. huius ptio OPPOSITVM vult Aristo. in litera. vbi ex in-
tentione videtur probare ꝙ cœlum non est generabile
nec corruptibile. ex quo sequitur quod est æternum. &
hæc etiam fuit opinio Chaldeorum, in quibus Philoso-
phia fuit perfecta. vnde dicit Aristo. ꝙ oēs: qui opinant
deos esse attribuūt hunc locū diis tāꝗ immortale coapta
tum. Item, secundum opiniones sepius & infinities ite-
ratas antiquorum dicitur ex antiquo in cœlo nō esse trāſ
Com.22 latum aliquid. Adhuc idem dicit Commē. ꝙ Aristo.
innuit cœlum esse ligamentum inter generabilia & inge-
nerabilia & incorruptibilia, vt substantias separatas. ꝙ
semper translatum in loco & manente semper eodem in
substantia actiones ab abstractis perueniunt principiis in
inferioribus sempiternas. aliter enim non esset actio sempi
terna in istis inferioribus de principiis abstractis: qa actio
æterna non est nisi æterna.

CONCLVSIO.

Cœlum, secundum naturam suam, est ingenerabile & incorruptibile.

Dicendum ergo secundum intentionem Aristo. ꝙ
secundum naturam cœlum est ingenerabile & in-
corruptibile. Adhuc supponit Aristo. ꝙ motui cir
culari nihil est contrarium, nec secundum totum nec secū
dum partes. hæc supponit & demonstratur in quodam
capitulo postea. Supponit etiam Aris. ꝙ si corpora sint
contraria, & motus eorum sunt contrarii: vt ignis cōtra-
riatur aquæ, ergo habent motus contrarios. Ex hoc ar
guitur. illud, quod non habet contrarium nec secundum
se nec secundum suas dispositiones, non est generabile &
corruptibile: quia omne quod generatur ex quodā subie
cto permanente contrario non permanente generatur,
vt dicitur Quinto Physicorum. sed cœlum non habet cō
trarium, sicut nec motus eius, ut dictum est. vnde conclu-
dit Aristo. nam recte comparata est intendens cœlum in
generabile & incorruptibile exemit ipsum a contrariis
Et sciendum, ꝙ licet cœlum secundum naturam nō sit ge
nerabile & corruptibile & transmutatione vniuoca, ta-
men alio modo est productum a creatione, & sine motu
per creationem, & hæc est fides & veritas: sed illum mo-
dum ignorauerunt Philosophi, qui a sensibilibus proba-
uerunt productionem: sed ista productio alicuius a nihi-
lo a sensibilibus conuinci non potest, quia est supra natu-
ram. & hæc capere non potuerunt.

Quæstiones quæ generatio ē inter contraria, uel contrarietate extremi ad extremū, ut in elementis, uel extremi ad mediū & econtra ut in mixti ex elementis generatione, uel mediū ad mediū ut in mixti ex mixto generatione, & sic euitant multorū argumēta cōtra hāc universalem Aris. propositionem.

Per hoc ad rationes. Ad primam cum dicitur. omne
quod habet uirtutem &c. frater Thomas respondet
sic. ꝙ verum est, si suum esse sit quantum per accidēs
secundum durationem: sed si non sit quantum secundum
accidens & durationem successiuam, non oportet, si ha-
bet virtutem finitam, ꝙ sit corruptibile & generabile.
Sed sic est in proposito, ꝙ virtus cœli est finita, & suum
esse non est quantum per accidens, quia non subiicitur trans
mutationi & tempori. ergo est ingenerabile & incorru-
ptibile, sicut esse inferiorum est per accidens quantum. p
accidens ergo sunt generabilia & corruptibilia, ideo cœ-
lum, vt sit perpetuum, non requirit virtutem infinitam.
Sed ista responsio non valet, quia dicit cœlum, & esse cœ
li non esse subiectum transmutationi & tempori, immo
cœlum & esse cœli est primo subiectum motui & tempo
E ri, quia tempus secundum eum non habet esse nisi in mo
tu primi mobilis subiectiue. ergo male dicit. Quare aliter
est dicendum, ꝙ maior uera est, si habet virtutem finitam
in duratione est corruptibile, sed si habet virtutem finitā
in magnitudine non oportet, quia materia prima est fini-
ta in magnitudine, & tamen est ingenerabilis & incorru-
ptibilis primo Physicorum. Et cum dicitur, cœlum &c. Tex.c.82
dicendum, ꝙ est finitum secundum magnitudinem & ha
bet determinatam extensionem. sed tamen habet virtu-
tem infinitam in duratione. vnde debuit hoc improbare
Ioannes Grāmaticus: sed non fecit. Aliter dicitur ad
maiorem. verum est. si habet virtutem finitā, quæ est ex
parte materiæ, quæ sit pars sui: sed istam non habet. vnde
dicit Commentator, ꝙ materia prima nec habet poten-
tiam ad esse, nec ad non esse, quæ est ex parte materiæ: sed
cœlum est subiectum simplex, sed bene est possibile cœ-
lum sic esse: quia non est impossibile ipsum esse, sed nō ha
bet potentiam, quæ sit ex parte materiæ ad esse, sed bene
F habet potentiam ad motum & ad quantitatem motus, vt
determinatam velocitatem, quia motores eorum habent
determinatam proportionem ad mouendum in tali velo
citate: & si adderetur vna stella non posset mouere, vnde
si haberet materiam & formam in materia, tunc esset cor
ruptibile, quia hæc est operatio materiæ, quia aliter esset
ociosa vt dicit. Ad secundum, cum dicitur, ꝙ habet
contrarium &c. concedatur. Et cum dicitur. cœlum ha-
bet &c. dicendum, ꝙ non habet contrarium secundum
substantiam, nec secūdum dispositiones. Et cum dicitur,
raritas &c. dicendum ꝙ ista in cœlo non sunt contraria:
quia contraria habent fieri circa idem, sed pars densa in
cœlo non fit rara nec econuerso, licet ista in inferioribus
sint contraria. vnde non dicuntur secundum vnam ratio
nem, sed æquiuoce, vt patet in de Substantia Orbis.

Notandum, rarum & densum alio modo determinan
tur in cœlo, & in inferioribus. in inferioribus enim deter-
minantur secundum materiam & formam, quia densum
habet plus de materia, minus vero de forma, & econuer-
G so de raro, sed in cœlo determinantur penes prohibere vi
sum vlterius penetrare, & videre pure quæ sunt post den-
sum in cœlo, quia stella, quæ est densa, impedit visum &
species visibiles videre & penetrare, quæ sunt post stellas:
sed raræ partes non prohibent visionem &c. ergo non
sunt contraria.

Rarum & densum in inferioribus & superioribus quo determinentur.

Ad tertium. illud quod potest deficere &c. conceda-
tur. si ab operatione propria, quia indiuiduum quod de-
ficit ab operatione propria est corruptibile. Et cum dici-
tur, cœlum &c. dicendum, ꝙ cœlum posse quiescere po
test intelligi dupliciter. vel accipiendo motum simul, &
sic non quiescit. alio modo ꝙ quiescat ab hac circulatio-
ne & ab illa. modo, Commentator non intelligit primo
modo, sed secundo modo, quia adueniente vna circula-
tione deficit alia prior, sed inferiora cessant a toto motu,
ideo non valet. Aliter dicitur ad maiorem ꝙ verum est.
si simpliciter & modo deficit. Et cum dicitur. cœlum &c.
dicendum, ꝙ cœlum potest quiescere ex parte sui, quia
ex se non habet perpetuitatem motus. & ex parte moto-
H rum propriorum etiam non habet perpetuitatem mo-
tus, tamen habet perpetuitatem ex motore communi
intransmutabili vt Deo. vnde sic Commentator intelle-
xit ꝙ virtutes in corporibus semper possunt mouere &
non semper mouere possunt: subdit semper mouere pos
sunt, si illud propter quod mouent sit transmutabile,
vult dicere, sed finis, propter quem mouent, vt Deus,
est intransmutabilis: tunc semper possunt mouere, quia
ratione mouent amati & desiderati & principii. & pro-
pter hoc mouent proprii motores. vnde in optima di-
spositione sunt cum mouent, vt dicit Commentator
ibidem. Ad quartum. quód habet materiam &c.
verum est quód est in potentia ad esse & subiicitur for-
mæ inhærenti: sed, si habet materiam, quæ est in poten
tia ad vbi, non oportet, quia est in actu, licet sit in potētia
respectu

respectu vbi: quia si haberet materiam haberet contrarium, & esset generabile & corruptibile: sed hoc est falsum: quia est subiectum simplex in actu. vt dicit Commentator: & hoc idem vult Aristote. Octauo & Duodecimo Metaphysicæ. coelum tantum habet talem materiam mobilem s'm locum, quæ est in potētia vnde & quo: & hoc non arguit corruptionem.

De subst. orbis. Tex. c. 18. Te. c. 10.

Te. c. 20. *Si autem nihil contrarium contingit esse: eo q. circulationi alicui non est contrarius motus: recte videtur natura futurum ingenitum & incorruptibile exemisse a contrariis.*

Inter cōtraria .n. generatio & corruptio.

QVÆSTIO XV.

An coelum ab aliquo dependeat tanquam ab agente & efficiente proprio.

Consequenter queritur. Vtrum coelum depēdeat ab aliquo tanq̃ a causa agente & efficiente proprio. Arguitur q̄ sic, quia si coelum nō dependeret ab aliquo tanq̃ ab efficiente & agēte: tunc sequeretur, q̄ forma fieret per se: sed hoc est impossibile, vt patet. 7. Met. quia forma nō fit nisi per accidens. consequentia probatur. quia motus coeli fit ab aliquo efficiente, vt omnes dicunt: quia inseparatis est idem secundum agens & finem, vt dicit Commēt. Duodecimo Meta. & cum motus coeli sit forma, & si coelum non sit ab aliquo efficiente, tunc motus coeli fieret p se: quod est contra Aristo. primo Physicorum vbi dicit, q̄ tantum compositum fit.

Te. c. 26. Tex. c. 64 Tex. c. 20

OPPOSITVM arguitur. si coelum dependere ab aliquo tanquam a proprio efficiente, tunc coelum eēt generabile & corruptibile: sed hoc est impossibile, vt patet primo huius. quia est oñsum, q̄ coelum est ingenerabile & incorruptibile. consequentia probatur. efficere nihil aliud est q̃ generare aliquid de potentia ad actum. ergo, si dependet ab aliquo sicut ab efficiente, tunc generatur, nam, si aliquid dependet a causa efficiente simpliciter, tūc generatur simpliciter: & sic substantiæ generantur, vel si dependet ab aliquo effectiue secundum quid, tunc generatur secundum quid, vt accidens.

CONCLVSIO.

Coelum dependere ab aliquo efficiente mediate, uel immediate est impossibile.

Sciendum est, q̄ vna est opinio, vt recitat Commē. Duodecimo Metaph. q̄ vnum agēs agit omnia corpora: quia producit actiones entium omniū in vno instanti, & illud agens causat omnia immediate. vnde isti negabunt ignem & aquam &c. concurrere ad generationem, vt aquam humidam, & ignem siccum, et illud agēs facit immediate hominem, & omnia entia non mediantibus aliis omnino, & omnes actiones entium: vnde non oportet ignem calefacere, nec aquam humectare. vnde etiam subdit Commen. q., si aliquis mouet baculum manu non proiiciens vel mouens est causa manus, sed illa actio a primo agēte est sine omni medio. & hoc facit omnia ex nihilo, & natura nihil facit, nec ens naturale habet aliquam actionem: & hoc modo coelum est factum & depēdet ab hoc principio effectiue, & de nouo est factū. Sed Commentator contra istam opinionem inuehitur in Duodecimo Meta. in illo cap. Sunt quidā qui dicūt &c. & dicit Comment. si esset tale agens, tunc entia non haberent proprias operationes, nec quidditates proprias, sed hoc est impossibile. consequentiā non probat: sed potest declarari, quia postq̃ illud agens, cuius eēnt omnes actiones entium immediate, tunc non essent propriæ actiones aliis entibus: quia actio est illius propria, a quo immediate procedit, & per consequens entia non haberēt ꝓprias quidditates: quia operationes non dignoscuntur nisi penes quidditates proprias: & tunc subdit Commē. verba plus blasphemiæ. Ista opinio remota est a naturalibus & à natura, quia naturalibus principiis repugnat, & illi, qui recitant eam, nō habent cerebrum habile ad bonum, sed magis ad malum. Alia est opinio: & dicunt isti, q. sit secundum opinionem & intentionem Aristo. & Commē. q̄ coelum dependet ab efficiente, ut a motore primo, & dicunt, quod licet coelum non sit generabile de nouo, tamen dependet ab aliquo agente æterno: & hoc probant rationibus & auctoritatibus. Prima ratio est: quia, si coelum non dependet ab aliquo efficiente, tunc non esset primum efficiens: sed hoc est impossibile. In quolibet enim genere causæ est deuenire ad primam causam omnium illius generis, vt dicitur. 1. Met. consequentia probatur: qa postquam coelum non esset ab aliquo efficiente, non esset primum efficiens: quia primum efficiens debet omnia efficere. Item cum sit vna causa efficiens in omni genere causæ efficientis, vel efficit immediate motum coeli, vel substātiam coeli: & hoc patet per diuisionem sufficientē. sed non potest immediate producere motum coeli: quia, cum substantia producit accidens, oportet q̄ habeat in se consimile accidēs, mediante quo producat illud, ut ignis immediate producit caliditatē formaliter, ergo habet eā formaliter in se, sed primum efficiens non efficit motum coeli mediāte accidente, quod sit in ipso, quia omnino est intransmutabile, & substantia sine omni accidente, vt dicunt omnes, ergo immediate non efficit motum coeli per accidens in eo existens. ergo relinquitur q̄ substantiā coeli efficiat immediate. Item, si substantiæ coeli repugnat effici a causa efficiente, vel hoc est inquantum substantia, vel inquantum æterna, per diuisionem sufficientem: sed non repugnat ei inquantum æterna, quia tunc repugnaret omni æterno, vt est motus coeli, quod est falsum. nec inquantum substantia, quia tunc omni substantiæ repugnaret, quod est falsum, quia multæ substantiæ efficiuntur, vt illæ, quæ sunt in sphæra actiuorum & passiuorū.

1. opinio. Com. 18. Est vnum vt agens oia immediate. Impugnatio.

2. opinio. Coelū dependet ab efficiente. 1. ratio. 2. ratio. 3. ratio.

Item, illud, quod derelictum propriæ naturæ esset nō ens, videtur dependere ab aliquo efficiente: sed coelū est hm̄oi. ideo quæcunq; substātia præter primam, si derelinquitur propriæ naturæ, tunc redigeretur in nihil: quia si moueretur primum principium per impossibile, tūc omnia in nihil redigerentur. Item, quod dependet ab aliquo in esse dependet ab ipso tanq̃ ab efficiente, & nō solum quo ad operationem: quia finis est gratia cuius operatur, & non gratia cuius est. sed coelum non solum depēdet a primo principio quo ad operationem, sed etiā quo ad esse, quia ab ipso deriuatum est omnibus esse, his quidem clarius, his vero obscurius, vt patet primo huius. & primum principium est cā esse omnium, vt patet. 1. Met. Item, quod dependet ab aliquo ꝓpter aliquid, dependet ab ipso effectiue, quia quod dependet ab aliquo propter aliquid vr̄ esse ab agente: quia esse ab aliquo propter aliquid, vel sunt idē, vel sunt diuersa, sed nō sunt vnum, quia tunc omne quod eēt ab aliquo esset ꝓpter aliquid: sed hoc est falsum, quia animal est a spermate, & nō propter semen. & ergo sunt diuersa, quia eē propter aliquid dicit circumstantiam causæ finalis, sed ab aliquo dicit circunstantiā causæ efficientis: sed coelum dependet a primo principio. quia ab hoc principio dependet coelum & tota natura: & etiam propter ipsum est: quia Deus est totaliter optimū in natura, & deterius. i. minus bonū est propter melius. s. magis bonū vt dr̄. 7. Polti. Auctoritates etiā sunt ad istam partem confirmandā, quia Arist. dicit primo huius, q̄ Deus & natura nihil faciunt frustra. ergo Deus non solum est finis coelestium, sed etiā faciens. Itē dicit in. 8. Phy. æternorum nihil prohibet esse alteram causam. Et confirmatur auctoritatibus Com. 1. in de Substātia Orbis, q̄ coelum non tantum indiget virtute mouente ipsum in loco, sed etiam indiget virtute largiente sibi ꝑmanentiam æternam in substantia, sed hoc nō esset nisi depēderet ab aliquo effectiue. Item ibidem dicit, q̄ hæc est

4. ratio. 5. ratio. 6. ratio. Auctoritates. Te. c. 32. Tex. c. 51.

differentia inter indigentia virtute actiua in simplici cor-
pore, vel composito: quia corpus simplex, siue sit æter-
num, siue generabile, & compositum indifferenter indi-
get virtute actiua. Item dicit, ꝙ mouens totum est agẽs
totum: sed primum principium est totum mouens coelũ:
Com. 36 ergo est agens totum coelum. Item, dicit in Duodeci-
mo Metaphy. In separatis idem est efficiens & finis: sed
coelum dependet a motore primo, tanquam a fine. ergo
etiam ab ipso tanquam ab efficiente. Item dicit ibidem.
Intelligentiæ abstractæ sunt duobus modis diuersis prin
cipia. secundum agens, vel secundum finem. ergo intelli-
gentia prima, cum sit principium coelorum & finis & ef-
ficiens. Item dicit in de Substantia Orbis, finis significat
agens significationes necessaria, sicut motũ significat mo-
uens: sed coelum habet primum motorem & intelligen-
tiam pro fine: igitur & habebit causam efficientem. Sed
Impugna-tio. contra istam opinionem sunt diffinitiones. Primo coe-
lum nõ videtur dependere ab efficiente, quia dicit Com-
men. Quarto huius, res æternæ, non habent causas agen
Cõ. pilo. tes: quia de quatuor causis tantum habent finem & for-
mam, sed coelum est res æterna. Item dicit Commen.
Com. 44 Duodecimo Metaphy. ꝙ motus inter modernos in pro-
ducendo entia non est verus in abstractis, quia non sunt
agentia vera, quia ab agente vero non procedit nisi ab-
strahere, idest producere illud quod est in potentia ad a-
ctum: sed in coelo non est potentia ad esse, cum non ha-
habeat materiam partem sui. Et confirmatur: quia agens
verum non aggregat inter diuersa, sed educit illud quod
Tex. c. 9 est in potentia ad actum, vt dicit Commentator ibidem:
Te. c. 2. sed coelum non est in potentia ad esse, vt dictum est.

Item, hoc est contra Aristo. ubicunque loquitur de ef-
Text. c. 2 ficiente, quia describit ipsum p principiũ vnde motus, vt
Text. c. 53 patet. Secundo Physicorum & Quinto Metaphy. Item
ratio, q. dependet ab aliquo effectiue hoc est per motum
vel per mutationẽ. vnde species visibilis immutat visum:
Te. cõ. 121. sed coelum non dependet ab aliquo efficiente per motũ:
Te. cõ. 16. quia est æternum, vt patet primo huius, & Octauo Phy.
nec dependet ab aliquo per mutationem, quia mutatio
requirit mutabile, sed quod mutatur est indifferens ad il-
lud & ad oppositum illius ad quod mutatur. ergo, si ali-
quid est quod mutatur ad esse coeli ab efficiente, tunc in-
differenter se habet ad non esse quantum est de se: sed illud
quod potest nõ esse impossibile est perpetuari. ex primo
huius. Item efficiens aliquo modo est prius tẽpore suo
effectu, vt patet Duodecimo Metaph. & ideo sequitur ꝙ
motor præcedat motum, vel secundum totum vel secun
dum partem. Dices, ꝙ secundum partem propter motũ
coeli: quia motor non præcedit totum motum, quia est
æternus: sed tamen motor secundum tempus præcedit
partem motus, vt istam reuolutionem particularem vel
illam &c. sed hoc non est, quia coelum non est post tem-
pore, quia æternum est quod non potest non esse in ali-
quo tempore.

PEr hoc ad rationes prioris viæ. Ad primam. si coe-
Rñsiones. lum non dependet &c. negatur. quia non oportet,
ꝙ si aliquid no sit causa efficiens omnium, ꝙ non sit
primum efficiens: quia materia prima est causa materialis
Rõnes secũ prima, non tamen est causa omnium: quia tantum mate-
dæ opionis rialium: sic in ordine efficientium, non oportet primum
efficiens esse causam omnium, sed tantum effectorum, sed
coelum non est effectum. vnde hoc deberent probare, ꝙ
coelum sit effectum, sed hoc non fecerunt. Ad secun-
Ad secũdũ. dum. cum sit vna causa &c. dicendum ꝙ immediate pro-
ducit motum coeli, & non substantiam, quia est æternũ:
& hoc non dependet ab aliquo efficiente nisi secundum
similitudinem, vt a fine & conseruante ipsum. & cum dici
tur, cum substantia producit accidens &c. dicendum, ꝙ
non oportet ꝙ sit formaliter in virtute actiua: sed sufficit
virtualiter. vnde non oportet ꝙ motor habeat motũ for
maliter, sed tantum virtualiter. vnde Commentator in de
Substantia Orbis dicit, ꝙ non oportet ꝙ motor moueа-
tur, & tunc diceretur, ꝙ quædam accidentia habent con

trarium & quædam non habent cõtrarium. & q. de sub-
E stantia non potest facere accidens immediate in alio con-
trarium nisi habeat illud accidens, sicut dictũ fuit de igne.
sed tamen aliud accidens, quod non habet contrarium,
potest facere, ut motum coeli, qui non habet contrarium.
vnde, sicut non fit impossibile, sic non agit impossibile,
sed illud quod facit motum est possibile fieri per illud qd'
virtute est in substantia. Ad tertium, cum dicitur. si sub- Ad tertium
stantiæ coeli &c. dicendum ꝙ per istam rationem proba-
retur ꝙ primo principio repugnat effici. si primo repu-
gnat effici vel hoc esset inquantum substantia, vel inquan
tum non æternum, sed neutro modo repugnat Deo effi-
ci, & deducatur vt prius. sed contra arguere non est solue
re. Ideo dicendum ꝙ sibi non repugnat inquantũ sub- Te. cõ. 94.
stantia abstracte, vel inquantum æternum absolute, sed
inquantum simplex est substantia & immaterialis, & nõ
habet cõtrarium, quia generatio & corruptio est ex quo
dam subiecto permanente & materia, primo huius. sed
coelum non habet materiam, nec formam in materia, qa
tunc esset ociosa, cum non separaretur a materia. vnde ve
F rum agens non aggregat nisi illud quod est in potentia
ad esse perducendo ad actum. Ad quartum: cum dici Ad quartũ
tur. illud quod derelictum &c. per istam etiam probaret
ꝙ deus ipse dependet ab aliquo, quia illud quod non est
quando alia entia non sunt dependet ab alio: sed, si alia
omnia entia non sunt, nec Deus est, quia alia entia habẽt
necessitatem a Deo, & sine illa necessitate non est Deus.

Vnde dicendum ꝙ non sequitur, sed dependet in ge-
nere causæ finalis. vnde non dependet a primo in esse tan
tum, sed etiam tanquam a fine. & ex hoc non sequitur ꝙ
dependeat effectiue a Deo vero, sed tanquam a fine. ipso
non existente non essent alia: quia non sunt tanquam fi-
ne primo, quod est finis conseruans omnia. Ad quin- Ad quintũ
tum: cum dicitur. ꝙ dependet ab aliquo &c. negatur: qa
nihil dependet ab efficiente nisi per motum. Et cum dicit.
finis non est causa esse &c. dicendum ꝙ finis est causa esse:
quia finis non solum est causa in fieri, sed etiam in esse, vt
dicit Aristo. 7. Politi. in omnibus entibus siue sint a natu-
G ra: siue ab arte deterius est propter melius: sed esse coeli est
minus mobile quam sit Deus. ergo non solum pendet a
Deo quo ad operationem, sed etiam quo ad esse. Ad Ad sextũ.
sextum. q. dependet ab aliquo propter aliquid &c. nega
tur. vnde bene verum est ꝙ depẽdet ab aliquo de nouo,
& habet potentiam ad esse, sed quod nõ dependet ab ali-
quo de nouo, & non habet potentiam ad esse non opor-
tet. Et cum probant, vel sunt idem, vel diuersa &c. s. depẽ
dere ab alio, & esse propter aliud dicendum ꝙ hæc vni-
uersaliter non sunt idem: quia in aliquibus non sunt idem
hæc. quia alia dependet a semine, non tamen est propter
semen: sed in his quæ non habent potentiam ad esse idem
sunt: sed coelum non habet potentiam ad esse, nec mate-
riam partem sui. ergo realiter idem sunt sub aliquo esse,
& propter aliud, sicut etiam intelligens & intellectum nõ
est idem in omnibus, vt in lapide est aliquid quia lapis
non est intelligens: sed in Deo sunt idem &c. & ideo sic
coelum dependere a Deo, & esse propter Deum idẽ sunt.
& tamen differunt fm uoces. Ad auctoritates dicendũ. Ad auctoritates.
H Propter oẽs simul expediendas est considerare in coelo
motum, & subiectum. s. coelum. modo, corpora coelestia
indigent virtute actiua, quæ est finalis cã substantiæ coeli.
Vnde non solum ad motum coelum dependet a primo,
vt aliqui dicunt. vnde qñ dicitur: ꝙ mouens &c. intelligit
ꝙ est causa motus & causa finalis substantiæ quæ non cõ
seruat ipsum inesse. non ꝙ velit q. sit causa efficiens distin
cta a fine, quia tunc cõtradiceret sibi: quia dicit, ꝙ de qua
tuor causis coelum habet duas, formam & finem, vt di-
cit. 4. Met. vnde dicit, ꝙ in substantiis incorporalibus mo
tus apud modernos ꝙ procedat a primo per motũ &c.
non est: sed ab efficiente procedunt fm similitudinẽ, ut a
causa cõseruante. Ad rationem primam in oppositũ, cũ A rationem primam in princ. q.
dicitur. si & cætera. dicendum, q. formã generari per se in-
telligitur dupliciter. Vno modo seorsum & diuisim exi
stens.

stens, & hoc est impossibile, quia non existit per se. Alio modo ꝙ per se generetur. i. per sui naturam, in alio tamẽ: A & hoc bene verum est, immo necessarium est. & hoc di- Tex.c.26 cit Arist. in. 7. Meta. ideo &c. Tex.c.21

At vero & augmentabile omne augetur a connaturali adueniente & resoluto in materiã.

Huic autem nõ est ex quo factũ est.

QVÆSTIO XVI.

An cœlum sit augmentabile uel diminuibile.

Consequẽter quæritur, Vtrum cœlum sit augibile & diminuibile. Arguitur ꝙ sit diminuibile, qa illud, quod est diuisibile, est diminuibile, quia per diuisionem remouetur aliqd ab illo, quod diuidi- Tex.c.36 tur: & hoc diminuitur: vt patet primo Phy. sed cœlum est diuisibile, quia est quantum: & quantitas est diuisibilis in ea quæ insunt, quorum quodlibet est hoc aliquid, vt Tex.c.18 patet. 5. Meta. cap. de quanto. Item, arguitur ꝙ sit augi- B bile. illud, cuius quantitati potest fieri additio, hoc est augibile, quia augmentatio est additio quãtitatis quantitati præexistẽti, vt patet primo de Generatione. sed cœlo potest fieri additio: quia omni linea data est accipere maiorẽ: & illa propositio est geometrica, quæ dicit hoc esse verum, vt dicit Com. 2. phy. Itẽ, quod dependet ab agen- Tex.c.38 te virtutis infinitæ potest augeri ab illo agente. aliter agẽs non esset infinitæ virtutis & omnipotens, sed cœlum dependet a Deo, qui est virtutis infinitæ, & omnipotens secundum omnes leges.

Tex.c.38 OPPOSITVM dicit Arist. in litera. s. ꝙ cœlum est in augibile & indiminuibile & insenescibile.

CONCLVSIO.

Cœlum non est augmentabile secundum ueram ac propriam augmenti naturam, nec diminuibile.

Augmẽtũ supponit generationẽ, uel eam includit. Dicendum ad quæstionem, ꝙ cœlum non est augibile secundum verum augmentum & proprium. Quia illud, quod augmentatur ex aliquo sm̃ ve- C ram augmentationem, est generabile ex aliqua, quia qd' augetur, augetur ab aliquo connaturali adueniente & re- Tex.c.39 soluto in materiam. vt si panis augmentat aliquid, tunc oportet ꝙ amittat formam panis, & resoluatur in materiam & transmutetur in substantiam aucti, vt patet pri- Augmentũ fit trib' modis. mo de Generatione. sed non dicitur aliquid connaturale adueniens nisi possit recipere formam aliti: sed cœlum nõ habet aliquid ex quo generetur, & non habet connaturale adueniens quod recipiat formã eius cui aduenit. Notandum ꝙ triplex est augmentatio, vnde augmẽtatio est additio quantitatis ad quantitatem. & hæc fit tribus modis. vnde vno modo fit per accumulationem, vt lapis additur lapidi, & iste modus est large acceptus: & vulgus dicit numerum auctum, cum lapis additur. secundo modo fit per rarefactionem, vt ex aqua fit aer maioris quantitatis, & sic fit additio quantitatis, non ꝙ deforis veniat, sicut lapis aduenit muro, sed ex materiam eius intrinseca additio fit: quia materia extenditur, quia quod est in ma- D teria in potentia ad maiorem quantitatem reducitur ad actum, vt dicitur. 4. Physi. Tertio modo est augmentum verum in viuentibus, quod fit per ingressum nutrimenti ab extrinseco connaturali, & corrumpitur a sua forma, & resoluitur in materiam, & recipit formam eius, cui aduenit. vt quando panis nutrit, tũc amittit formam panis, & recipit formam aucti. Modo, Aristote. probat cœlum Nullũ sequẽ impossibile si catolice sentientes augmẽtũ in cœlo ponamus. in augibile tertio modo: sed de duobus primis omittit. Et causa est: quia magis videtur ꝙ cœlũ augeatur tertio modo, vt vera augmentatione ꝗ̃ alus, cum sit animatum, & ideo dimisit alios modos augmentationis, qui conueniũt inanimatis. Et si aliquis vult probationem, ꝙ cœlum nõ augeatur & primo & secundo modo, potest probari sic. si illud, quod magis videtur inesse, non inest, nec illud quod minus: sed cœlum magis videtur augeri tertio modo, si augetur, quam aliis modis, & non augetur illo mo- A do, vt dictum est: quare nec aliis modis. Item secundo, si Te c.20 materia cœli posset extendi, vt materia aquæ tunc esset corruptibile, sed hoc est falsum ex primo huius. consequẽtia patet. quia quod extenditur, potest tantum extendi ꝙ materia eius non potest saluari sub forma eius in illo: vt patet in aqua, quæ fit ignis, vel aer, quando nimis extenditur: quia est dare maximam & minimam aquam, ex primo Physicorum, & patet per Commentatorem sex- Tex.c.38 to Physicorum. Item, si cœlum extenderetur, magis in æstate extenderetur: quia tunc est maior calor quam in hyeme, quia calor habet rarefacere & extẽdere: sed nõ videmus Solẽ esse maioris ꝗtitatis in æstate ꝗ̃ in hyeme.

Rñsiones. Per hoc ad rationes in oppositum. Ad primam. Illud, quod est diuisibile & c. verum est secundum ꝙ huiusmodi. Et cum dicitur, cœlum est diuisibile & c. dicendum ꝙ cœlum potest dupliciter cõsiderari. Vno modo, vt substantia simplex carens contrario, & sic non potest diuidi. Alio modo vt est quantum continuum, & sic B diuidi non repugnat sibi, tamen non diuiditur: quia ad hoc ꝙ aliquid diuidatur non sufficit ꝙ non repugnet, sed etiam ꝙ sit in materia apta diuidi. sed hoc non est in cœlo: quia non inquantum talis est carens contrario non diuiditur, quia sic repugnat ei diuidi. Ad secundum: cum dicitur, illud, cuius quantitati potest &c. verum est, si secundum suam naturam sibi potest fieri additio, illud augetur. Et cum dicitur, cœlo potest fieri & c. dicendum, ꝙ ratione quantitatis non repugnat: quia propositio geometrica, quæ dicit, oi linea & magnitudine data est accipere maiorem, vera est, vt dicit Commen. 3. Physico. & Com. 60. non bene repugnat ratione subiecti proprii inquantum caret contrario, & non habet materiam partem sui. Ad tertium. quod dependet ab agente &c. verum est, si sit virtutis infinitæ in quantitate actionis & passionis. Et cum dicitur, cœlum &c. Aristo. dicit ꝙ cœlum non dependet nec ab agente finito, nec infinito, cum non perducatur inesse per motum. Vel dicendum, ꝙ dependet a virtute infinita in duratione, & illa non potest augere ip- C sum cœlum, & non dependet a virtute vigoris infiniti, quæ sit omnipotens: quia secundum Aristo. talis est im- T.c.79 possibilis, sicut grauitas & leuitas infinita est impossibilis, T.c.41 vt patet Octauo Physicorum & Duodecimo Metaphy. Vel aliter potest dici, ꝙ inquantum est ex parte agentis, sic est possibile ꝙ possit augeri: sed ex parte subiecti non est possibile. vnde, cœlum inquantum tale, finitum est in recipiendo magnitudinem non est possibile recipere maiorem: quamuis possibile sit ex parte Dei, quia Deus etiam potest mouere cœlum in instanti, cum sit omnipotens, tamen cœlum non mouetur in instanti: quia nõ est aptum natum recipere motum in instanti.

Si autem est & inaugmentabile & incorruptibile eiusdem intellectus est suscipere & inalterabile esse. Est quidem. n. alteratio motus scd̃m ꝗle. Tex.c.21

QVAESTIO XVII.

D ***An cœlum sit inalterabile***

Consequenter quæritur, Vtrum cœlum sit alterabile. Et arguitur ꝙ sic. quia illud, quod transmutatur ad qualitatem, alteratur, quia alteratio est transmutatio ad qualitatem, vt patet. 5. Phy. sed cœlum est huiusmodi: quia transmutatur ad lumen, vt patet de Luna qñ est eclypsis, & in oppositionem: sed lumen est qualitas. Item, illud, quod transmutatur de minore virtute ad maiorem est alterabile, qa virtus est qualitas, & nihil transmutatur de minori virtute ad maiorẽ nisi alteretur: sed cœlum est hmõi, quia Sol in æstate est maioris virtutis ꝗ̃ in hyeme, quia magis calefacit. Itẽ illud qd' generat & corrũpit inferiora est alterabile: qa illud debet esse cõtrariũ qd' generat ex aliquo: sed

Tex.c.58. Te.cõ.20

cœlum generat inferiora, vt patet Secundo de Generatione, & corrumpit ea, quia motus Solis in obliquo circulo est cauſa generationis & corruptionis inferiorum.

OPPOSITVM vult Philoſophus in litera. quia dicit, ꝙ eſt inalterabile & incorruptibile &c.

CONCLVSIO.

Cœlum ſimpliciter inalterabile eſt, licet alteretur impropriè, ſeu æquiuoce alterabile ſit.

Dicendum eſt ad quæſtionem, ꝙ cœlum eſt inalterabile ſimpliciter. quia, ſi cœlum eſſet alterabile, tunc eſſet augmentabile & diminuibile: ſed hoc eſt falſum, vt patet ex præcedente quæſtione. quia magis videtur agmentari vero augmento ſi augmentaretur, ſed hoc non eſt, vt probatum eſt. conſequẽtia patet. quia omnis alteratio vera, quæ eſt motus, habet fieri circa primas qualitates tãgibiles, quæ ſunt calidum, frigidum &c. vel ſecundum eas quæ conſequuntur eas, vt durũ, molle &c. vt dicitur Septimo Phyſicorum, ergo oportet ꝙ illud, quod eſt alterabile, ſit calefactibile vel frigefactibile: ſed hoc non poteſt eſſe: quia tunc eſſet corruptibile. Vnde ſi alteratur ſecundum primas qualitates eſt augmentabile, quia per calidum rarefactio, per frigidum cõdenſatio eſt.

Si auctor intelligit de alteratione reali, ꝙ ea conueniat cœlo, ſatis dicit, nã talis altera tio conſiſtit in qualitatibus pertinentibus in ſubiecto ſi mutabilib. ſolũ motu locali, at ꝙ illi acqrit ac dependit qualitates qbus alteraſ, ut lumẽ, aſpectũ, quia propter alteratio intẽtionalis cœlo tribuere debebat, quæ p motũ localẽ ipsi cõuenit. vide Auer. in c.6. 21. & 5. Met. c.21. Rũtonus

Notandum ꝙ demonſtratio, per quam Ariſtote. probat ꝙ cœlum non eſt alterabile non directe dependet ex prima. per quam probat ꝙ non ſit augibile: quia mediũ non accipitur eodem modo, quia in priori demonſtratione accipiſ pro vero augmẽto, ſed in ſecũda pro augmẽto cõiter dicto. ergo non ſunt ꝯnexæ demſones, ſed pñt eſſe ꝯnexæ illæ demſones & ex ſupplemẽto & mediate, qm̃, ſi cœlum non augmentatur vero augmento, nec alia.

Notandum ꝙ licet cœlum non alteretur alteratione proprie dicta, tamen alteratur alteratione æquiuoce dicta, & non alteratione, quæ procedit ex contrarietate & diuerſitate, ſed quæ procedit ex priuatione & receptione luminis.

Per hoc ad rationes. Illud quod tranſmutatur ad qualitates &c. dicendum, ꝙ non ſufficit ꝙ tranſmutetur ad qualitatem, ſed oportet ꝙ tranſmutetur a qualitate in qualitatem, ſicut etiam eſt de ratione motus, qui eſt ad terminum, tamen oportet ꝙ ſit a termino a quo: ſed cœlum, licet tranſmutetur ad lumen, non tamen ex qualitate in qualitatem contrariam, ſed ex priuatione, ꝓcedit. G

Te.cõ.15.

Ad ſecundum, cum dicitur. Illud quod tranſmutaſ &c. aliqui dicunt per interemptionem, ꝙ ad virtutem nõ eſt alteratio. ſiue ſit ſenſitiuæ, ſiue vegetatiuæ, ſiue intellectiuæ, vt patet Septimo Phyſicorum, vnde cœlum non alteratur niſi accipiatur æquiuoce alteratio. Et cum dicitur, cœlum eſt huius &c. conceditur ſecundum partem. & cũ dicitur Sol &c. dico, ꝙ Sol nõ eſt maioris virtutis in æſtate, q̃ in hyeme: quia ita bene calefacit in hyeme ſicut in æſtate. Et ſi dicas. tamen Sol non calefacit nos in hyeme, dicendum, ꝙ hoc non eſt ex parte virtutis intrinſecæ, ſed ex parte inferiorum, quia aliter reſpicit nos: & quia tunc radii refranguntur in æſtate magis ad angulos rectos vel propinquos rectis. ergo magis calefacit, ſed in hyeme non: ſed alibi calefacit vbi radii refranguntur ad angulos rectos vel propinquos. vnde illa diuerſitas non eſt in Sole, ſed ex parte aſpectus ad inferiora: qa Sol ſe habet ſemper eodem modo. H

Cur æſtus maiores ſint in æſtate quam in hyeme.

Ad tertium: cum dicitur. Illud quod generat &c. verum eſt ſi generat vt propinquum, quod eſt habens contrarium: ſi eſt vt remotum generans non oportet. Et cum dicitur. cœlum &c. dicendum, ꝙ cœlum non generat vt propinquum & immediatum generans, quia præter cœlum inferius eſt aliquod generans propinquum. Vel aliter poteſt dici, ꝙ aliquid eſt contrarium alteri dupliciter. Vno modo formaliter, vt ignis contrariatur aquæ ſecundum qualitates actiuas ſaltem. Alio modo virtute. modo. cœlum non oportet ad hoc ꝙ generet inferiora ꝙ habeat contrarium formaliter, ſed ſufficit virtute, vt ꝙ habeat virtutem faciendi contrarium, modo, ſi cœlum generat inferiora, quia mundus iſte eſt contiguus lationibus ſuperioribus, vt omnis virtus eius inde gubernetur &c. vnde ſubdit. extimãdum igitur virtutem ſuperlatorum eſſe principium vnde motus, vt dicitur Primo Meteoro. I

Quia autem non eſt circulationi contraria alia latio, ex multis vtique quis accipiet fidem. Te.cõ.24

QVÆSTIO XVIII.

An motus circularis habeat contrarium.

Conſequenter quæritur circa iſtud capitulum, ꝙ autem non ſit contrarius circulariter &c. vtrum motus circularis habeat cõtrarium. Et arguitur ꝙ ſic, In quolibet genere eſt dare primam contrarietatem, vt patet primo Phy. &. 10. Met. ſed motus localis eſt vnum genus dictum cõmuniter de motu circulari & recto, ergo in illo genere eſt contrarietas: & ideo videtur eſſe contrarietas inter motum rectum & circularem &c. Item ſecundo, & ſupponitur ꝙ ex diuerſitate motus cœli a motibus inferiorum arguatur diuerſitas naturæ cœli a naturis inferiorum. Ex hoc arguiſ. motus cœli eſt diuerſus a motu inferiorum, vel numero, vel ſpecie: ſed non eſt diuerſus numero tantum, quia tunc cõuenirent in ſpecie. ergo ſpecie differunt, ſed diuerſitas ſm ſpeciem eſt contrarietas ſm ſpeciem, vt patet. 10. Met. & confirmatur: quia genus diuiditur per drĩas oppoſitas immediate, vt patet. 7. Met. &. 10. Met. &. 2. Poſter. Et dĩ. vel priuatiue vel relatiue vel contradictorie vel contrarie ꝑ ſufficientẽ diuiſionem: ſed nõ diciſ priuatiue, quia priuatio nõ conſtituit ſpeciem, cum ſit non ens. Nec relatiue, quia oppoſita relatiue non diuerſificant ſpeciem in ſubſtantia, vt dicit Boetius in libro diuiſionum. Silr nec cõtradictorie: quia multominus conſtituit vnum ens, cum vnum contradictoriorum ſit pure non ens. ergo relinquitur ꝙ contrarie. Ex hoc ſic. diuerſitas etiã ſm ſpeciem conſtituit cõtrarietatẽ ex iam dictis, & patet. 10. Met. ſed iſti motus differunt ſm ſpeciem, vt patet ex dictis. Item, motus ab occidente eſt contrarius motui ab oriente, & econuerſo. videntur. n. contrarii motus quemadmodum dextrũ & ſiniſtrum, vt dicit Ariſ. in litera, & quia illæ ſunt diuerſitates loci, & ſi vnum corpus cœleſte moueſ iſtis motibus, tunc motus contrariaſ motui, ſed oẽs orbes, præter primum orbem, mouentur iſtis motibus, vt Aſtronomi dicunt per obſeruationes certas, quia moueſ oppoſitis motibus Sol ab oriente in occidens, & econuerſo, & Ari. idẽ dicit. 8. Phy. &. 2. huius. Et confirmatur, illi motus ſunt contrarii, qui ſunt a contrariis terminis ad contrarios terminos. 5. Phy. ſed qualibet circulatio cœleſtis de die eſt ab oriente in occidens, & de nocte econuerſo. & illi termini ſunt contrarii, vt dictum eſt. Item, hoc patet auctoritate Com̃. 12. Met. in illo cap. Ioãnes autẽ grãmaticus &c. dicit, cœlũ habet contrarium, quia põt quieſcere: ſed ſecus eſt de ſubſtantia æterna. Item, quod depẽdet ab alio põt non eſſe, ſed cœlũ eſt hmõi. ergo cœlũ poteſt non eſſe & quieſcere quãtum eſt de ſe: & motor eius põt nõ moueſ.

Te.cõ.49 Te.cõ.6. Te.cõ.24 Te.cõ.42. Te.cõ.24 Te.cõ.24 Te.cõ.62. Te.cõ.48 Te.cõ.49

OPPOSITVM vult Ariſ. in litera. & dicit, ꝙ motui circulari non eſt alius motus contrarius. Te.c.24.

CONCLVSIO.

Motui circulari nullus eſt motus rectus contrarius, neque circularis aliquo mõ, eſt autẽ aliquid ei contrarium cõiter & imperfecte.

Notandum ꝙ contrarietas tribus modis accipitur. vno mõ extenſo nomine cõiter: vt pro oppone, q̃ eſt inter priuationẽ & habitũ. ſic accipiſ. 1. Phy. ſic duo principia ſiunt contraria, vt forma & priuatio. Alio mõ accipiſ ꝓprie & ſpãliter, & illa eſt duplex. vna eſt pfecta, & illa eſt maxima diſtãtia duarũ formarũ eiuſdẽ gñis

Trib⁹ modis accipit cõtrarietas

in eodem

in eodem subiecto vicissim existētes & successiue & mutuo se expellētes Quarto Meta. vt caliditas & frigiditas, A ita q extrema agant & patiantur. Alia est contrarietas diminuta: & est quæcunq; distantia vel repugnantia duarum formarum eiusdem generis, quæ possunt simul esse in eodem subiecto, siue sint actiuæ, vel passiuæ. Tunc dicendum q motus circularis primo modo contrarietatis habet cōtrarium sm partes, quia illud, quod nō mouetur aliquo motu quo aptum natū est moueri, illud habet contrarium. & priuatum est illo motu quando mouetur vel quando non mouetur, sed cœlum heri non mouebatur hodierna reuolutione, sed hesterna, & tñ aptum natum est moueri illo motu, aliter nō moueretur illo motu hodie, ergo opponitur ei aliquid priuatiue sm partem vt huic circulationi singulari opponitur præcedens circulatio, & ita intellexit Commentator Duodecimo Metaphy. q cœlum potest quiescere, non q a toto motu quiescat, sed ab hac circulatione reuolutione successiua, quæ est alia a præcedente. Secundo est dicendum, q mot' cœli etiam habet contrarium tertio modo accipiendo cōtrarium pro cōtrarietate diminuta & imperfecta, & hoc probant rationes prædictæ, q genus dicitur per has oppositas differentias, & isti motus constituuntur per differentias oppositas, vt moueri a medio, vel ad mediū vel circulariter, & ita habent repugnantiam aliquam adinuicem, & videantur rationes positionis. Tunc dicendum est tertio, q non habet contrarium contrarietate pfecta quæ accipiebatur secundo modo, ratio huius, contraria contrarietate perfecta & completa sunt actiua & corruptiua se, sed isti motus non corrumpunt se, sed plus circularis motus cōseruat motus inferiorum. Vnde iste mūdus cōtinguus est lationibus superioribus, vt tota virtus eius inde guberneť, sed quod gubernat aliud non corrumpit ipsum. Item potest probari rationibus aliter. si motus circularis haberet contrarium vel sibi motus rectus esset contrarius, vel circularis, per sufficientem, diuisionem: sed neuter, ideo &c. nō rectus, nam duplex est rectus, a medio & ad mediū, si ergo circulari motui contrariaretur rectus, tunc duo vni essent cōtraria, similiter nec circularis, quia vel sm totum vel sm partes, per sufficientem diuisionem, non sm partes, quia, si motus circularis habere contrarium sm partes, hoc non potest imaginari nisi tribus modis vel q partes motus circularis sint super eundem semicirculum ab A, in B, et econuerso, vel inter diuersas portiones inter duo puncta vel signa, vel sm diuersos semicirculos, sed primo modo nō potest esse, quia maxima distantia non mensuratur sm circulum, sed sm lineam rectam, quia contrarietas est maxima distantia & super rectam lineam est maxima distantia, & non super circulum. Ex hoc arguitur. Illi motus non sunt contrarii, qui sunt super magnitudinem, per quam non mensuratur maxima distantia, sed maxima distantia non mensuratur super circulum, quia maxima distantia est super extrema diametri: etiam sic infinita essent vni contraria, quia infiniti arcus possunt trahi inter duo puncta, similiter secundo modo non habet contrarium, quia inter duo puncta infiniti circuli & portiones possunt trahi, & sic ēt vni infinita essent contraria, & per consequens vni motui infinita essent contrarii. Similiter tertio dicendum q etiam non habet contrarium sm diuersos semicirculos: quorum vnus est ab A, in B, per C, & ecōuerso, alter a B, in A, per C, quia idem motus est qui est ab eodem pūcto in idem sine interpositione, & isti motus super diuersos semicirculos sunt huiusmodi. Tunc dicēdum est q motui circulari sm totum non est aliquid contrarium, quia si hoc esset tūc essent frustra, vel ambo, vel alter: sed Deus nihil facit frustra, similiter natura, cum dirigatur a superioribus intelligentiis, vt patet in isto primo, consequēs (Te. ch. 32.) probatur, si vni motui toti contrariatur alter, tunc per eadem pūcta, per quæ est alter, erit & alter: aut ergo motores æque fortes sunt, vel vnus & fortior, si æque fortes tunc neuter motus compleretur, sicut si duo homines e contra duos lapides proiicerent æque fortes tāgentes ambo impedirentur, similiter si vnus motus est fortior, tunc impediret alium, ita q nunquam inciperet motus, & tūc natura fecisset frustra mobile. s. cum habitudine ad motum, qui nunquam exiret in actum, & dicit Commētator, si ita esset, q totus communicaretur alteri toti, tunc vnus impediret reliquum, quia super idem cētrum & super eosdem polos fierent. Sed si non super idem centrum & super eosdem polos, tunc diuersi motus possunt esse simul vt planetarum, & dicit, q. Deus induxit eum ad istā expositionem, & dicit Commē. vlterius q motus dupliciter consideratur. Vno modo abstrahendo a naturalib' (Tex. c. 32.) corporibus, & sic non repugnat, quia possum imaginari sic motus ab oriente in occidens & econuerso super idem centrum & eosdem polos, sed secūdo modo potest considerari in corpore naturali, & sic non possunt esse simul isti motus, vnde Aristo. negat cōtrarietatem in motibus cœli, quia ex dictis non habet vidisse de contrarietate diminuta, q sic sunt contraria, sed loquitur de contrarieta- B te perfecta & concludit ex hoc cœlum non habere cōtrarium, nec generabile nec corruptibile.

Per hoc ad rationes. In vnoquoq; genere &c. dicit frater Thomas, q verum est contrarietas differentiarū (Resolu.) & nō specierū, vnde rationale & irrationale sunt cōtraria, sed homo & asinus nō, sed hoc non valet, quia differentiæ sunt formaliter principia constitutiua speciei & principia formaliter contraria, & quæ constituuntur ab eis sunt contraria. Sed posses dicere, q species non sunt primo contraria, quia includunt materiam, quæ non habet contrarium, sed differentia includit materiam. Non valet, quia differentia dicit totum aggregatum ex materia & forma, vt dicunt: nec potest vnum habere contrarium & aliud non, propter intellectionem vtranq;, quoniam intellectus hoc non potest facere. Vnde aliter dicendum, q est verum, si est vnum genus vniuocum. Et cum dicitur, motus localis &c. dicendum q nō est genus vniuocum de Porphyrio, sed est genus analogum, quia dicitur motus localis de his sm diuersas rationes, & ordi- C ne prioris & posterioris, modo, quādo diciť, q in quolibet genere &c. itelligitur de genere vniuoco, sed in aliis non, vt ens est analogum ad. 10. prædicamenta, & tamen non est in ipso prima contrarietas. Aliter dicitur & cōceditur maior. Et cum dicitur, motus &c. verum est: & ideo in eo est cōtrarietas, cuius diminutio prouenit ex carentia actionis & passionis, vt dictum est. Ad secundū cum dicitur, motus cœli &c. dicendum q non solum differunt numero vel specie, quæ sunt vnius generis vniuoci, vt Porphyrius accipit genus, sed differunt specie. i. per se, quia quæcunq; differunt specie differunt per se & non econuerso, quia. 10. prædicamenta differunt per se & nō specie, quia non sunt species tñ ens diuiditur in ea immediate, vnde motus isti differunt per se non vt species eiusdem generis vniuoci. Vel aliter dicendum q differunt sm speciem, & per consequens contrarietate diminuta.

Ad confirmationem, diuersitas &c. dicendum q verū est, & ideo volo q differant specie, non quæ sint vnius generis vniuoci. Sed dices species refertur ad genus, dicē- D dum q verū est quod species de qua genus prædicatur in eo q quid, sed de qua genus non prædicatur in qd, nō refertur ad genus vniuocum. Ad tertium motus ab occidente &c. dicendum q verum est, si sicut super idem cētrum & super eosdem polos, sed si super diuersos polos, non oportet, & hoc etiam vult Arist. q sint super diuersos polos, non sicut voluit Alpetragius: qui voluit destruere astrologiam Pto. Vnde non sunt super eosdē polos, quia polus zodiaci distat a polo mūdi. 23. gradibus.

Ad confirmationem, illus motus &c. verum est si accipitur, vt contrarii termini. s. oriens & occidēs, quia non distant sm distantiam maximam, & contrarietas est maxima distantia, sed inter oriens & occidens in circulo nō est maxima distantia, quia infiniti circuli possunt eē, sed non distant nisi sm extrema diametri, & sic non habent

contrarietatem. Ad dictum Commentatoris dicendū ꝙ intelligit ꝙ cœlum potest quiescere large ſm partes accepta quiete vt pro oppositione inter priuationem & habitum non contrarietate perfecta: vt dictum est in positione. Ex hoc Aristo. voluit concludere cœlum non habere contrarium nec esse generabile, nec corruptibile, vt satis patet.

Tex.c.33. *Sed quoniam manifestum de his, & de reliquis intendendum est. Et primo, vtrum & corpus infinitum quemadmodum plurimi Antiquorum philosophum putauerunt: aut hoc vnum est aliquod impossibilium.*

QVÆSTIO XIX.

An Infinitum si esset haberet rationem principii.

Consequēter quæritur circa capitulum de infinitate ipsius vniuersi, vtrum infinitum si esset, haberet rationem principii, & vt abbreuief, q̄ō est intelligenda de infinito ſm magnitudinem, quia de infinito vigoris & durationis non arguitur ad præsens, & arguitur ꝙ non habeat rationem principii, illud, extra quod nihil est, nō habet rationem principii: quia principium est extra principiata, quia principium est cuiusdam aut quorundam primo Physic. sed infinitum, si esset, nihil esset extra ipsum: quia infinitum totum occupat. Tex.c.28

OPPOSITVM Aristo. in litera, ꝙ infinitum si esset ꝙ haberet rationem principii, quia dicit infinitum si eēt haberet principii virtutem, & maxime virtutem quāti. Ex hoc sic, quod habet virtutem principii est principiū sed infinitum si esset haberet virtutem principii &c. Tex.c.33.

CONCLVSIO.

Infinitum ut quantitatem terminis carentem, seu priuationem dicit, principij rationem nō haberet, si esset quatenus uero subiectam quātitati substantiam dicit, si quidem esset, principij rationem haberet.

Conclusio ista est falsa & sua pbatio ac Discursus, tres errores includit: pmam motus cœli motus q est accidēs cū est obrm inferiorū. Sctr priuatio cōputatur iter naturalia principia neq enī verum ē si est substātia, ꝙ est principium, quia ageret ī nō tpe, neque principiatū, quia esset finitū, sic igit diceret rectius ꝙ si infinitū est substantia nec hīet principii vel principiati rōnē & loquitur Philoso

NOtandum, ꝙ infinitum ſm magnitudinem tripliciter consideratur, vno modo ſm magnitudinem carentem terminis, alio modo consideratur ſm infinitatem, quæ dicit priuationem magnitudinis terminorum, qua formaliter infinitum est infinitum, tertio modo consideratur quo ad substantiam subiectam magnitudini infiniti, modo primo modo infinitum non habet rationem principii, quia nullum accidens solum habet rationem principii, quia accidens dependet a substantia, quia substantia est causa accidentium in ea, vt patet septimo Meta. & accidentia non sunt entia nisi quia entis, sed infinitum primo modo est accidens, quia magnitudo est quantitas, quæ est accidens, vt patet in Prædicamentis. Similiter infinitum secundo mō non habet rōnē principii: quia nulla priuatio simpliciter est principium: H quia nullum non ens est principium, sed priuatio est non ens, quia est in subiecto apto nato ad habendum habitū, sed infinitum est priuatio terminorum magnitudinis & finitatis, & hic non est immediate. Tertio dicendum, ꝙ, si infinitum consideratur tertio modo, sic si esset, haberet rationem principii: cuius ratio est, substantia subiecta infinitæ magnitudinis vel esset principium, vel principiatum per sufficientem diuisionem: si talis substantia non est principiata & causata, quia si huiusmodi substantiā infinitæ magnitudinis subiecta esset causata, vel hæc esset a principio intrinseco, vel extrinseco, per sufficientem diuisionem principii, vt patet Quinto Metaphysi. sed præcipue per Cōmentatorem, sed si talis substantia esset, non esset a principio intrinseco, quia illa est materia vel for-

B ma, vt patet septimo Physico. & quinto Meta. sed talis substantia non habet formam, quia forma terminat materiam, & ita esset finita & infinita: quod est cōtradictio. Similiter non potest esse materia, quia materia non est sine forma, quia idē rediret quod prius. Similiter ista substantia non habet principium extrinsecum, vt agēs, quia vel esset vt ab agente de nouo, vel ab æterno, non de nouo, quia quicquid de nouo fit est magnitudinis finitæ, & in principio habet quantitatē diminutam, nec est ab æterno, quia substantia simplex & æterna non dependet ab agente ſm Arist. sed ista substantia si esset, esset simplex quia non haberet materiam neq; formam, nec dependet a fine, quia finis substantiæ est mouens, sed ista substantia si esset ipsa esset immobilis, quia non haberet locū in quo moueretur, quia totū occupat, ergo relinquif, ꝙ sit principium, & hoc sentit Aristo. ꝙ infinitum haberet principii virtutem, & maxime virtutē quanti, & hoc vult, non quod abstracte sit principium, sed si esset infinitum, & hoc etiam videntur dicere omnes antiqui, qui dixerunt F infinitum attribuerunt ei rationem principii, & oīa continere, & esse quid diuinum, vt patet tertio Physicorum.

phus secundū antiquorū sententiam.

Responsio.

AD rationem illud extra quod &c. dicendum ꝙ verum est quod nihil habet extra se vt essentialiter nec accidentaliter secundum subiectum & locum Et cum dicitur, infinitum &c. dicēdum ꝙ licet infinitum sic nihil habeat extra se secundum subiectum, tamen essentialiter vt quātitates quorum esset principium & causa, vt iā visum est in positione, ideo non valet.

QVAESTIO XX.

An Corpus Circulare seu sphæricum, si infinitum esset, haberet centrum.

COnsequēter quæritur, Vtrum, si corpus sphæricum esset infinitum, haberet centrum, arguif ꝙ non, quia, si infinitum esset sphæricum, tunc non haberet circunferentiam vltimam, quia infinitum non habet vltimum, quia aliter esset finitū & in- G finitum, sed circunferentia est vltimum, sed quod non habet circunferentiam non habet centrum, quia cētrum est a quo oēs lineæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales.

OPPOSITVM vult Arist. quia, si sphæra esset infinita, tunc duæ lineæ ducerentur a centro in infinitum & hoc non esset nisi haberet centrum. Te.cō.35.

CONCLVSIO.

Corpus sphæricum eo q. sphæricum est, centrum habet, quo infinitum non habet centrum.

DIcendum, ꝙ corpus sphæricum dupliciter consideratur, vno modo inquantum sphæricum, & sic habet cētrum: et ideo dictum est, quia sphæra est, quæ habet punctum, a cuius medio omnes lineæ ductæ sunt æquales, sed hoc punctum est centrum, vt patet ex Geometria, secundo modo consideratur inquantum infinitum, sic non habet centrum, quia si centrum haberet, tunc esset vltimum & extremum, quia medium dicitur in comparatione ad extremum, sed centrum est mediū, vt dicit Commenta. sed vltimum repugnat infinito.

Solutio ista in se vera est sed non ad propositū, quærit enim si corp⁹ sphęricū esset infinitum haberet cētrum.

Sciendum, quod aliqui dicunt, si aliquis cōcedit sphæricum infinitum, tunc concedit contradictoria, quia habet centrum & non habet, inquantum sphæricum habet, sed inquantum infinitum non habet centrum. Illud non valet, quia contradictoria est secundum idem, vt patet in Elencho. & Quarto Metaphysi. sed illud est respectu diuersorum, vt patet, vnde, si fuisset contradictoria magnum inconueniens aliter expressisset, & cito euasisset, sed hoc non fecit, sed aliter improbauit hoc.

Te cō.1 & 9.

AD argumenta patet primum concludit ꝙ non haberet centrum inquantum infinitum, sed secundū quod haberet centrum inquantum sphæricum, vt prius dictum fuit &c.

Responsio.

QVAESTIO XXI.

An impossibile factum esse sit impossibile fieri.

Consequẽter quæratur circa illud capitulũ quod autẽ non est corpus, Vtrum id, q̃d impossibile est factum esse, impossibile sit fieri, & arguitur ꝙ non, quãdo aliqua se habẽt sicut prius & posterius, si posterius est impossibile, nõ oportet ꝙ prius sit impossibile, sicut animal & homo habent se ꝙ vnũ est post: vt homo, cui impossibile est ad esse homi nẽ, vt asino: qa huic etiã, animal, qa prædicatũ esse & etiã de necessitate in est asino, sed factũ esse & fieri sunt huiusmodi, qa factũ esse est posterius fieri, qa fieri præcedit fa-
Te. cõ. 3. Tex. cõ. 4. ctũ sicut motus terminũ. Item, continuũ potest esse diuisibile in infinitum, & tñ nunquam est diuisum in infinitum &c. maior patet quinto Physico. & primo Cœ. quia est diuisibile in semper diuisibilia, minor patet, continuũ actu non est diuisum in infinitum, quia tũc infinita essent
Te. cõ. 56 & 57. in actu, quod est contra Arist. tertio Physi. ergo, factum esse potest esse impossibile & fieri possibile & diuidi est fieri diuisum esse, quia tunc cessaret a motu, quia quãdo aliquid est motum ad terminũ ad quem, tunc cessat motus, ergo non oportet si factum esse sit impossibile, quod fieri sit. Item, possibile est aliquem moueri ꝙ sit intellectus, sicut patet de illis, qui volebant turrim construere, vt ascenderent in cœlum, quia cœlum construxit, vt cœlum ascendere posset, & Aristot. recitat in lib. suo de mundo in quadam epistola, quam scribit ad Alexãdrũ, ꝙ aliqui putauerunt se adipisci locum cœlestem & proficisci, sed hoc est quod aliquis sit in cœlo & tangat superius ſm naturam. Item possibile est aliquẽ moueri ad habẽdum omnes scientias, sed nullus homo inuenitur qui habeat omnes scientias, & impossibile est, ergo factum esse impossibile, & fieri potest esse possibile.

Te. c. 58. OPPOSITVM vult Arist. in litera vbi dicit impossibile factum, & possibile est fieri secundum substantiam & vbi & quantitatem, vt patet, & hoc idem vult Com. & alii expositores.

CONCLVSIO.

Quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri.

Te. cõ. 2. Te. cõ. 22. Notandum vt patet secundo Physic. & septimo Meta. aliqua fiunt a diuersis principiis, vt a natura, aliqua ab arte, & similiter aliqua ab imaginatione, & hoc dupliciter, vel recta & ordinata, vel inordinata & erronea, modo, quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri ſm naturam, similiter ſm artem & ſm imaginationem ordinatam, & quarto si est imaginatio inordinata aliquid potest fieri, quod impossibile est factum esse. Ratio primi. Cum aliqua sic se habent vt finis, & vt ordinata in finẽ, si finis est impossibilis, & ordinata in finem & econuerso, quia si ordinata in finẽ essent possibilia & finis impossibilis, tũc esset frustra, quia frustra est quod ordinatur in finem, in quem non potest
Te. c. 62. secundo phy. & si ordinata in finem possibilia sunt, & finis, sed ista sunt huiusmodi, quia factum esse habet se vt finis, & si ordinatur in factum esse, quia si est minus perfectum est bonum factum esse est magis bonũ, modo, in naturalibus & artificialibus minus bona sunt gratia melioris boni septimo Poli. similiter quies in termino a quo
Tex. c. 52. & 54. est consummatio & perfectio motus, vt calidum esse calefactionis, vt patet quinto Physi. ergo, si factum esse est impossibile, & fieri est iposs ibile, & ecõuerso, & si vnum est possibile, & aliud, modo, Arist. non probauit nisi per cõtradictionem, quia hoc accipit pro pricipio, ad quod declarandum sufficit modicula declaratio, vt inductio.
Tex. c. 4. Te. cõ. 5. Te. cõ. 12. & 79. Præterea. Quando duo essentialiter sunt vnum, si vnum est impossibile & reliquum, sed fieri & factum esse sunt vnum essentialiter, quia motus est idem essentialiter causa termini ad quem, vt patet tertio Physico. & quinto.

Ratio secundi patet, quia ars imitatur naturam in quantum potest & sequitur opus eius, vt patet secundo
A Physi. & quarto Meteororũ. sed iam declaratum est de natura huius, quia, si factum esse est impossibile fieri, ergo etiam in arte, hoc similiter patet in imaginatione recta, quia si impossibile est fieri & impossibile est factum esse, si nõ, da oppositum, impossibile est factum esse, tũc id impossibile nunquam perficitur, & vilis est intellectus qui incipit quod non potest perficere, vt dicit Commen. Com. 39. primo Physi. &c. Si autem est erronea imaginatio, tunc non oportet, quia talis imaginatio potest incipere, quod non põt perficere, sicut illi qui putãt se proficisci ad locũ cœlestem. Notandum in expediendo breuiter in tota specie si impossibile est factum esse & fieri, quia in indiuiduo non oportet, quia potest esse quod factum esse nõ potest perfici, tamen fieri est possibile, et quando dicitur, nihil est ociosum in natura, verum est in specie, non tamẽ oportet in indiuiduo.

Rõsiones. Ad rationes, quãdo aliqua se habent sicut &c. ratio
B rẽtatiua est potest maior negari, quia homo & risibile sunt prius & posterius ſm naturam, & cũ dicitur quicquid impossibile est risibili, quod est posterius, impossibile est homini, nõ est verum. Vel aliter dicendum ad maiorem per interemptionem. Et cum probatur per alias, dicendum ꝙ si alicui impossibile est homo ſm naturam totam & impossibile est alias similiter, vt cœlo. Et cum dicitur de asino, dicẽdum ꝙ hoc totum est ex parte formæ & nõ ex pte materiæ, q̃re &c. Ad sec'm cum dicit, continuum potest esse diuisibile &c. dicendũ, ꝙ sicut diuisibile est, ita & diuisum: quia est in potẽtia ad diuisum esse, cui est permixta potentia, sed nõ est diuisibile, ꝙ sit in potentia ad actum perfectũ: modo cõtinuum est diuisum primo modo, secũdo nõ, vt patet tertio physicorum. Ad tertiũ, cum dicitur, possibile est cœlũ mo- Te. c. 57.
ueri &c. verũ est, impossibile est cœlum esse motum quo ad totum motum. sed quo ad priores circulationes bene est motũ: quia adueniente vna cessabit alia. Ad quartum possibile est aliquam &c. dico ꝙ talis imaginatio est inordinata. Vel dicendum aliter ꝙ tale nõ est possi
C bile ſm naturam mouentis & motus, sed secundum existimationem & opinionem mouentis tantum: sed ex natura motus & status non est ꝙ ordinatur nisi sit possibile compleri Vel aliter potest dici, ꝙ possibile est aliquẽ hominem habere omnes scientias & aliquis habuit, vt Aristo. secundum ꝙ de eo dicitur, sed pauci inueniuntur tales. ideo non valet.

Infinitum autem principii habet virtutem, & quanti maximam. Itaq, nihil inconueniens, neq; irrationabile mirabilem esse differentiam, ex eo q, sumitur q, est aliquod corpus infinitum, propter quod de ipso dicendum a principio resumentibus. Te. cõ. 36.

QVÆSTIO XXII.

An sit Aliquod corpus infinitum simpliciter.

D Consequẽter quæritur. Vtrum possibile sit corpus esse infinitũ simpliciter. Et arguitur ꝙ sic: quia quãtacunq; magnitudine data possibile est accipere maiore, vt dicit Com Com. 75. & 72. mẽ. tertio Physico. quia ista propositio est vera, sed hoc nõ posset esse si omne corpus esset finitum: quia infinito non est dare maius semper, ergo corpus simpliciter est infinitum.

OPPOSITVM vult Arist. in litera, q demõstrat multipl̃r impossibile esse corpus infinitæ magnitudinis.

CONCLVSIO.

Corpus aliquod esse infinitæ magnitudinis simpliciter est impossibile.

Dicendum ad quæstionem, ꝙ impossibile est esse corpus infinitæ magnitudinis simpliciter. i. extensum sine terminis, quia si hoc esset, tunc esset mo-

Tex.c.32. & c.48. Tex.c.5. Tex.c.35. bile motu recto vel circulari, nam sexto Physicorum, patet ꝙ omne corpus est mobile, & omnis motus est rect⁹ vel circularis, vt patet primo huius, sed corpus infinitum non potest moueri aliquo modo, nō circulariter, & hoc probat ratione Aristo. in litera, quia si esset corpus motum circulariter infinitum, tunc infinita esset distantia inter duas lineas exeuntes a centro, quia quanto magis lineæ elongantur a centro plus distant, & quia in infinitū elongantur: ergo infinita est distantia, & si infinita est distātia linearum, non potest pertransiri a mobili, qa vna linea nunquam veniet ad situm alterius, si mobiles sunt: ergo non potest moueri perficiendo motum ab vno pūcto ad aliud, sed hoc est falsum, quia videmus oppositū.

Nec etiam mouetur motu recto, quia si moueretur motu recto vel hoc esset a medio, vel ad medium, & si corp⁹ esset infinitum, tunc grauitas & leuitas esset infinita, sed Tex.c.45. hoc est impossibile, quod probat Aristo. in litera, quia si aliquod corpus habet grauitatem infinitam, sequeretur ꝙ moueretur & non moueretur, quæ sunt contradictoria, falsitas consequentis probatur: quia si grauitas esset infinita, nō posset corpus moueri, quia vel moueretur in tempore, vel in instanti: sed non potest moueri in non tēpore, quia hoc est contra naturam motus & præcipue localis, qui est continuus, & huius prius & posterius durationis non potest moueri in tempore determinato, quia cuiuslibet tēporis est proportio ad aliud tempus, sicut cuiuslibet finiti est proportio ad aliud finitum, si ergo moueret infinita grauitas, & illud tempus in quo mouet grauitas infinita habet proportionē ad aliud tempus in quo mouetur velocius vel tardius, non est nisi fm proportionem virtutis ad virtutem, sed grauitas infinita non habet proportionem ad grauitatem finitam, quia finiti ad infinitū nulla est proportio. Similiter oportet ꝙ moueatur id cuius est grauitas infinita, quia grauitas est principium motus, ergo simul mouetur corpus & non mouetur, qđ est impossibile, ergo id ex quo sequitur, sed hoc est, quia ponitur grauitas infinita. Eodem modo est de leuitate infinita, consequentia patet, quia postquam corpus graue est infinitum, oportet ꝙ grauitas sit infinita, quia in maiori magnitudine est maior virtus, ergo in infinita magnitudine est infinita virtus. Similiter mixtum non potest esse infinitum, quia quantitas mixti non est nisi fm quantitatem simplicium. Sed est dubium contra primam rationem, quia accipit falsum. s. ꝙ distantia duarum linearum, quæ procedunt a centro, sit infinita: quia, si hoc eēt tunc pars esset æqualis toti, quod est contra dignitatem, quia omne totum est maius sua parte, consequētia patet quia distantia duarum linearum a centro est pars respectu distantiæ trium linearum, & si distantia inter duas lineas est infinita, & illa est pars alterius distantiæ, vt trium linearum, ergo est pars æqualis toti, quia nihil est maius dare infinito, & pars infinita est sicut totum, ergo supponit falsum. Dicendum, si esset corpus infinitum sphæricum, oporteret ꝙ distantia duarum linearum simpliciter esset infinita, quia quanto lineæ plus a cētro elongantur, tanto maior est ibi distantia, quia in infinitum elongant. ideo est infinita distantia & distantia est infinita, si lineæ sunt infinitæ, quia distantia est idem cum terminis linearum, & lineæ illæ sunt infinitæ. Ad formam rationis, cum dicitur, si hoc esset &c. dicendum, ꝙ impossibile sequitur, ꝙ ponitur impossibile. s. ꝙ sphæricum sit infinitū quia implicat illud impossibile, ꝙ inter duas lineas distantia sit infinita, & sic æqualis distātia trium linearum quæ habēt se vt totum, & sicut pars est æqualis toti, quia vno impossibili dato multa sequuntur. Secundo dubiū est contra secundam rationem. s. ꝙ grauitas sit infinita, quia per istam rationem probatur ꝙ Deus non sit infiniti vigoris, quia, si Deus esset infiniti vigoris intēsiue, tūc corpus cœleste moueretur & non moueretur, quia si mouet vel in tempore, vel in non tempore: sed nō potest moue re in non tempore, qm̄ hoc est contra naturam motus, & non est intelligibile. Si dicas ꝙ mouetur in tempore, hoc

B non videtur; quia aliqua virtus finita moueret in maiori tempore, & tunc esset proportio temporis ad tempus in quo finita virtus moueret & infinita, & hoc non potest esse, quia proportio temporis ad tempus, & motus in velocitate ad motum non est nisi fm proportionem virtutis ad virtutem, sed infiniti ad infinitum non est proportio, ergo nō mouetur corpus, & similiter mouetur, quia virtus est principium motus &c. dicendum, ꝙ fm intentionem Aristo. ista ratio concludit de motione vigoris infiniti sicut de grauitate, vnde Arist. non concedit motorē primum esse vigoris infiniti intense, sed infinitæ durationis, & in hoc excludit alios motores in hoc ꝙ est cā perpetuitatis & durationis infinitæ. Tamen fm fidem & veritatem & reuerenter assentiendo sanctis sacræ fidei doctoribus, dicamus ꝙ primus motor simpliciter sit infiniti vigoris intensiue, & illud est verum, quia ex nihilo omnia producit, ꝙ arguit infinitatem vigoris. Ad rationem, quæ est contra illud, dicēdum ꝙ mouet in instanti temporis quantum est ex parte sui, sed si mouet in temF pore, hoc non est ex parte sui, sed ex parte mobilis, quod non potest recipere motum in istāti, sed bene posset mouere sic. Sed dices, omni virtuti actiuæ correspondet virtus passiua, dicendum ꝙ non oportet ꝙ vniuersali virtuti correspondeat passiua virtus sed sufficit ꝙ particularibus, vt aliis virtutibus a prima &c.

AD rationem primam, quacunq; &c. dicēdū ꝙ magnitudini nō repugnat inquātū magnitudo, sed repugnat ex parte alterius, vt substātiæ cœlesti subiectæ magnitudini, quæ determinat sibi talē magnitudinē determinatam ad motū, vnde Commē. dicit, ꝙ ꝓpositio geometrica, quæ dicit, ꝙ omni linea data est accipere maiorē est vera, quia lineæ nō repugnat primo & principaliter inquantum linea, sed propositio est falsa naturaliter, quia naturalis considerat lineam determinatam ad maximum & ad minimum, vnde intellectus est falsus dicens, ꝙ quacunq; linea data & in quacunq; natura est accipere maiorem, sic falsum est, ex quo patet, ꝙ ꝓpositio de eisdem terminis potest esse vera & falsa diuersimode G considerata. ideo &c. Ri\sponsio. Com 78.

Considerandum autem iterum quid horum dicitur bene, & quid non bene. Alteram quidem igitur esse rationem eam quæ sine materia, & eam quæ in materia formæ bene quidem dicitur, & sit hoc verum, sed nihilominus, neq; vna necessitas propter hoc plures esse mundos neq; contingit factos esse plures: siquidem iste ex tota est materia, quemadmodum est. Tex.c.93.

QVÆSTIO XXIII.

An Cœlum sit Compositum ex Materia & Forma.

COnsequenter potest quæri, Vtrum cœlū sit cōpositū ex materia & forma. Arguitur ꝙ sic, in omni eo quod mouet necesse est intelligere materiam, secundo Metaphysi. sed cœlum mouetur, vt patet primo huius, ideo &c. Tex.c.16 & c.22. Tex.c.8. 9. Com. 20.

H OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in primo huius, qui vult, ꝙ cœlum non habet subiectū ex quo fiat, & hoc idem vult Commenta.

CONCLVSIO.

Si qua in cœlo est materia, ea non est in potentia ad aliquā formam sed est materia quæ est in potentia ad locum.

SCiendum ꝙ de ista quæstione duæ sunt opiniones expositorum latinorū. Vna est opinio fratris Thomæ, vult enim ꝙ cœlum sit compositū ex materia & forma, & hoc probat. Omne quod est ens actu, vel est actus, vel est habens actū, sed cœlum est ens actu, quia mouetur motu locali, & illo motu nihil mouetur nisi ens Opinio .S. Thomæ.

actu, aut ergo est actus vel habens actũ, sed non est actus per se subsistens: quia tunc esset intelligentia, & intelligens & intellectum, ergo est habens actum, & per cõsequens habens materiam. Tunc addit ille, ꝙ quamuis cœlum habeat materiam subiectam formæ, non tamen est eiusdem rationis cum materia inferiorum: quia materia inferiorum est subiecta priuationi, & habet priuationem annexam: sed materia cœli non habet priuationem annexã quia priuatio est absentia formæ in subiecto apto nato, sed materia cœli non est apta ad aliam, quia forma cœli replet & satiat totalem potentiam materiæ, & non permittit appetitum ad aliam formam, vnde habet virtutẽ vniuersalem forma cœli respectu omnium inferiorum, ergo replet totam, vnde materia cœli & materia inferiorum differũt secundum habitudines ad formas, quia materia cœli habet habitudinem ad formam totalẽ: sed materia inferiorum habet habitudinem ad formam particularem. Ex hoc arguitur sic, illæ materiæ non sunt eiusdem naturæ, & rationis, quarum vna habet habitudinẽ ad formam totalem, & alia ad formam particularem, q̃a vna perficitur forma totali, & forma eius replet totã potẽtiam eius: sed alia perficitur forma particulari, & forma eius non replet totalem potentiam, sed materia cœli & materia inferiorum se habent huiusmodi, & hoc patet ex dictis. Quod autem forma cœli sit vniuersalis virtutis patet, quia formæ omnium sunt in terminis, vt patet secũdo de Generatione, vnde materiæ non differunt per cõpositionem, ita ꝙ materia habeat compositionem in natura eius per diuersas habitudines, vt dictum est.

Improbã. Sed ista opinio non valet: quia, si cœlum haberet materiam, quæ est in potentia, de se, sequeretur, ꝙ cœlum sit generabile & corruptibile secundũ naturam, sed hoc est falsum vt isti dicunt: q̃a nõ corrũpitur ſm naturam, licet a virtute superiori, vt a Deo, qui potest cœlum annihilare, consequentia patet, quia quod habet materiam, quæ est in potentia ad esse & ad non esse, est generabile & corruptibile. Et confirmatur, materia prima est primum subiectum, ex quo aliquid fit primo cum insit & in quod si resoluitur vltimum abibit, ergo omne quod habet materiam est factum, quia materia est ex qua fit primo &c. Vel secundum actum vel secũdum aptitudinem. Sed dices ꝙ ista materia non est eiusdem rationis cum materia inferiorum. Tunc quæro aut ista materia est primum subiectum, aut non: si non est primum subiectum, tunc non est materia prima, sed si est subiectum primum, tunc ipsa est ex qua fit aliquid primo cum insit &c.

Opinio Egidii. Cœlo inest materia q̃ inferioribus inest, nõ tñ priuationẽ aliquã habens. Alia est opinio fratris Egidii qui dicit, ꝙ cœlum habet materiam, quæ est in potentia ad esse substantiale, & ista materia est eiusdem rationis cum materia inferiorum inquantum est de se: & in hoc differt a priori opinione, & hoc probat ex tribus, primo ex quantitate sic. Si id quod magis videtur inesse non inest, nec id quod minus: sed magis videtur ꝙ forma præcedens dimensiones in materia extendatur & sit quanta q̃ forma immaterialis: sed forma præcedens dimensiones in materia si esset aliqua quæ præcedit non esset extensa & quanta: & hoc habetur per Commẽtator. in primo tractatu suo loquentem contra Auicen. qui dixit aliquam formam præcedere dimẽsiones in materia, vnde dicit, si præcederet forma dimensiones in materia: non esset extensa & esset indiuisibilis nec quanta, si sic est, quia forma immaterialis est extensa & quanta: sed si est aliquid extensum oportet habere formam materialem. Secunda ratio sumitur ex parte densitatis & raritatis: quia illud, cuius partes differunt penes rarum & densum & rarius & densius videntur habere materiam, &

Tex.c6.6 &.37. hoc patet Secundo de Generatione, vbi Aristo. loquitur contra Empe. ꝙ si elementa sunt comparabilia secundũ rarum & densum, oportet ꝙ habeant materiam communem, cuius oppositum dixit Empe sed partes cœli differunt secundum rarum & densum, quia stella est dẽsior pars sui orbis, quia illa pars quæ plus habet de materia est densior, sed quæ minus de materia habet, est rarior.

Tertia ratio sumitur ex sensibilitate & indiuiduatione

A quia illud, quod est sensibile & indiuiduatur, habet materiam: quia nihil est sensibile nisi quod habet materiam: & hæc est resolutio secundum eum. Similiter non potest esse indiuiduatum, ꝙ ratio eius sit alia a ratione speciei nisi per materiam: quia in quibus non est materia non est aliquod indiuiduatum & distinctum a specie: quia intelligentia indiuiduum non differunt a specie: sed cœlum est sensibile, vt patet ad sensum: & etiam indiuiduatum est: quia secundum Aristo. quia dicit cœlum dicit formam tantum, sed qui dicit hoc cœlum dicit formam in materia: & dicit ꝙ ista sit intẽtio Aristo. in primo huius, & dicit, ꝙ cœlum inquantum est ex parte formæ potest habere plura supposita, sed ex parte materiæ non: quia tota materia eius occupatur per formam eius: & dicit, ꝙ ista materia non potest esse alterius naturæ a materia inferiorum, & hoc probat: quia puræ potentiæ non possunt distingui adinuicem, quia omnis distinctio fit per actum, septimo Metaphysicæ: sed duæ materiæ sunt duæ puræ Te.c.92. Te.c.41.

B potentiæ, ergo non possunt distingui secũdum naturam & per se. Item secundo, quæ equaliter recedunt a primo sunt eiusdem rationis: quia quæ sunt in æquali distãtia ab illo, quod est perfectio substantialiter, æqualis sunt perfectionis & entitatis: sed duæ materiæ æqualiter recedunt a primo principio: quia, si vna materia esset propinquior Deo, tunc esset magis in actu, & tunc non esset materia prima. Et addit, ꝙ licet materia sit in cœlo, & sit eiusdem rationis, tamen non habet annexam priuationem, quia non est subiecta formæ habenti contrarium: quia contraria nata sunt sibi succedere in eodem subiecto, sed forma cœli non habet contrariũ, nec motus eius nec secundum totum, nec secũdum partes, vt dictum est in primo huius: ergo cœlum non est generabile nec corruptibile: quia materia eius non est causa generationis & corruptionis, quia sine priuatione: nam Cõmenta. dicit primo huius, ꝙ priuatio in materia est causa desiderii alterius formæ & generationis & corruptionis. Ista opinio est contra Aristo. & Auer. & veritatem: quia si cœlum haberet materiam, tunc esset generabile & corruptibile ſm naturam: sed hoc est falsum secundum istos: quia concedunt ꝙ nõ est generabile & corruptibile ſm naturam & consequentia patet: quia materia est primũ subiectum cum insit, ex quo fit aliquid &c. ſm actum vel aptitudinem: aliter non esset subiectum primum. Sed ꝙ addit Egidius, ꝙ materia cœli est eiusdem rationis cum materia inferiorum: & tamen nõ habet priuationem annexam hoc tollit Cõmenta. primo huius, vbi ponit talẽ consequentiã. Si forma esset in materia, quæ non haberet contrarium, tunc natura egisset ociosum: sed hoc est falsum, quia in natura nihil est ociosum perpetue, licet ad tempus aliq̃d posit esse ociosum, cõsequẽtiam declarat: quia in subiecta materiæ non est nisi potentia ad hoc ꝙ aliquid fiat ex ea quia materia est primum subiectum, ex quo fit aliquid &c. sed si forma in materia careret contrario, tunc ex materia non posset fieri aliquid, & non haberet potentiam vt aliquid fieret ex ea. quia potẽtia ad formam non est in materia nisi prior forma posit separari ab ea, quia simul non recipit diuersas formas: quia generatio vnius est corruptio alterius, vnde si forma in materia non haberet contrarium: tunc potentia materiæ esset frustra perpetue. Sed forte dices ꝙ materia cœli habet potentiam, & forma cœli non habet cõtrarium: quia ex materia cœli nunquam fit aliquid aliud, hoc remouet Cõmenta. quia potẽtia materiæ ordinatur ad generationem materie & corruptionem, sicut acumen gladii ad incidere. Vnde, sicut materia ista haberet potentiam, & tamen nihil generaretur ex materia, tunc potentia esset frustra æternaliter, quia nunquam attingeret finem: sed hoc est ociosum, quod natum est includere aliquem finẽ quem nunquam includit, secundo Physicorum. Vnde queratur ab istis, si cœlum sit compositum ex materia & forma, vtrum forma sit anima vel non, si non, hoc est irratio

Te.c6.20. &.2.te.c6.24.aliq ad 32. Te.c6.20. Impte.6. C D Com.20. Com.20. Com.62.

nabile: quia tunc forma cœli esset minus mobilis quam formæ inferiorum animalium: quod est falsum, consequentia patet, quia forma quæ non est anima est minus digna quam quæ est anima. Si dicatur, ꝙ est anima, vel est anima vegetatiua, vel sensitiua, vel intellectiua, non est vegetatiua, quia non augetur neq; diminuitur, vt patet primo huius. nec est anima sensitiua, quia non habet organa sensitiua, nec motiua, quia illa non est sine sensiti-

Te. cõ. 21. Te. cõ. 11. Tex. c 4.

ua & vegetatiua. nec est intellectiua: quia Philosophus dicit secundo & tertio de anima ꝙ nullam materiam est perficiens dans ei esse, quia non est extensa, quia nõ sunt plures animæ, nisi fingamus alias animas præter has.

Decisio. q.

Demum est dicẽdum ad quæstionem, ꝙ per materiam possumus intelligere duo, primo modo, materiam, quæ est subiectiua & in potentia ad formas substãtiales. Alio modo per materiam possumus intelligere subiectum, quod est in potentia vnde, & a quo & ad terminos transmutationis localis, vt dicitur. Duodecimo Metaphysic.

Tex. c. 10. Te. cõ. 8.

Tunc dicendum, ꝙ, si accipiatur materia primo modo, quæ est in potẽtia ad esse, de qua dicitur septimo Metaphy. ꝙ materia prima nec est quid, nec quale, nec quantum &c. nec priuationes, sed est in potẽtia omnia hic, tũc cœlum non est compositum ex materia & formâ, & rationes huius tactæ sunt prius & reseruantur, nisi ꝙ addebatur de intellectu, ꝙ non est forma perficiens materiam. hoc est verum sm viam Aristo. Tamen debemus tenere firmiter, ꝙ intellectus det esse formaliter materiæ. Secundo dicendum, ꝙ si accipitur materia secundo modo,

Comen. 4.

dicendum, ꝙ cœlum est materia. i. subiectum simplex per se subsistens, & hoc patet per Commen. octauo quando. illud habet materiam vnde & quo, quod mouetur localiter debet habere potentiam ad terminos localis motus, quia sicut transmutatio in substantia facit scire terminos transmutationis, sic trãsmutatio per locum facit scire terminos loci & locum, sed cœlum localiter mouetur, vt patet ad sensum, ergo est materia. i. subiectũ simplex in actu non per formam inhærentem, quæ debet esse subiectum.

Dubiões 1 ca. cõ. 5.

ideo &c. Sed difficultates sunt circa istam quæstionem prima est quam mouet Commen. secundo cap. primi. & dicit, ꝙ fortior locus, qui fecit errare omnes accipientes cœlum esse compositum ex materia & forma, dicunt, ꝙ diuersitas motus ad motum non arguit diuersitatem mobilium, nisi ex diuersitate formarum mobilium, vt mot9. ignis diuersus a motu terræ arguit diuersitatem naturæ ignis a natura terræ, nisi per diuersitatem formarum, sed diuersitas motus cæli a motu inferiorum arguit diuersitatem corporis cœlestis a natura inferiorũ, ergo hoc erit per diuersitatem formæ cœlestis ad formas inferiorũ, & per consequens erit cõpositum ex materia & forma, quæ arguit diuersitatem naturæ eius, ita ꝙ habet formam perficientem & materiam perfectam.

Secũdũ dubiũ Coml. 95.

Aliud dubium est quod recitat Commẽ. in Primo in alio loco, ꝙ in corpore cœlesti vel est idem sensata res. & intellecta, vel alia est. Si est alia, tunc est composita ex materia & forma perficiente materiam. Si idem, tunc est inconueniens, quia res sensata non est res intellecta, sicut intellectus nõ est idem cum sensu, quia sm ꝙ res est sensibilis, non est intelligibilis, quia est abstracta a sensu.

Tertia dubitatio.

Item tertium dubium est quæcunq; constituunt vnum in numero, necesse est vnũ esse materiam & aliud formam perficientem materiam, sed forma & formatũ in corpore cœlesti constituunt vnũ in numero, vt dicit Commen. in principio Secũdi. iõ etc.

Cõmen 3. quarta dubitatio. Cõml. 113. & 28. Cõml. 49.

Item Quarto, multitudo indiuiduorum in eadem specie non est sine materia, vt dicit Cõmen. in septimo Metaph. sed in corpore cœlesti sunt multa idiuidua sub vna specie, vt dicit Commen. secundo huius, quia orbes corporum cœlestium non cõueniunt in genere, sed differũt sed coniuncta sunt in specie, ergo sunt plura indiuidua, & per consequens habent materiam. Item Commen. dicit in de Substantia Orbis, ꝙ forma corporis cœlestis nõ recipitur mediantibus dimensionibus, sed dimensiones corporum cœlestium recipiuntur mediante forma eius.

Ex hoc arguitur, illud videtur esse in corpore cœlesti in-

B

hærenter, mediante quo cœlum recipit dimensiones, quia dimensiones videntur esse in corpore cœlesti secundum esse & inhærenter, ergo etiam illud secundum esse & inhærenter est in cœlo mediante quo recipit dimensiones, vt albedo recipitur in corpore mediante superficie, ergo. superficies inhærenter est in corpore, sed cœlum recipit dimensiones mediante forma eius, vt patet in auctoritate præallegata. Alia est ratio fratris Thomæ, & aliæ rationes sunt Egidii, & sunt tactæ prius, & omnes dubitationes prætactæ sunt, quæ possunt haberi ex verbis Commen. contra põnem suam.

Solutiones. Cõmen. 5.

Ad primum dubium dicendum, cum dicitur, diuersitas motuum &c. Commenta. dubitat hic & dicit, ꝙ post diceretur, tũc ex verbis suis. potest accipi solutio ista, cum dicitur, diuersitas &c. dicendum, ꝙ non est verum, quia non oportet ꝙ diuersitas motuum arguat diuersitatem mobilium propter diuersitatem formarum inhærentium: sed hoc tm̃ habet veritatem in generabilibus & corruptibilibus, vnde ratio accipit falsum, quia in corporibus potest accipi ꝙ diuersitas

F

mobilium propter diuersitatem formarum abstractarũ ab inferioribus, quia formæ abstractæ in corporibus cœlestibus ꝙ illud quod mouetur ab eis non sit graue neq; leue, sic requirit, ꝙ sint sphæricæ figuræ, vnde sicut motus ignis diuersus est a motu terræ, & arguit aliam naturam per diuersitatem formarum inhærentium sic diuersitas motus cœlestis ab inferiorum motibus arguit diuersitatem naturarũ non per formam inhærentem, sed per abstractam.

Ad secũdũ. Coml. 95.

Ad secundum cum dicitur, in corpore cœlesti aut est idem &c. Comment. respondet per quædam verba obscura dicens, dicamus in soluendo ꝙ natura in corpore cœlesti, quæ est neque grauis neque leuis, nec est natura per se existẽs, sed est materia corporis cœlestis existens ibi, vnde, sicut materia prima non cognoscitur nisi per comparationem ad formam, sic illa natura non intelligitur nisi in habitudine ad aliud, inquantum est subiectum operationis intellectus. Sed tu dices, forte non est corpus cœleste existens in actu, hoc est contra eum, qui

G

ponit subiectum simplex per se existens. Dicendum, ꝙ sic intelligit ꝙ corpus cœleste non est per se existens in actu. i. solitarie sine aliis, vt tertius modus per se de quo di-

Te. cõ. 24.

citur Primo Posteriorum, & quinto Metaphysi. quia nõ existit sine quantitate & lumine, sicut motores orbium per se existunt in actu. i. solitarie sine quantitate & lumine, quia ista non sunt inhærenter in corporibus cælestibus. Etiam per hoc ad formam, in corporibus &c. dicendum ꝙ non sunt eadem res intellecta & sensata. Et cum dicitur, dicendum ꝙ non sequitur: quia bene sequitur, ꝙ corpus cœleste non existit in actu per se. i. solitarie, vt lumine & quantitate, vnde lumen, figura, motus sentiunt, sed natura eius non sentitur, vnde Commentator imaginatur ꝙ corpus cœleste circunscripto motore est substantia simplicissima, quia non dicit compositionem in substantia, sed tamen per se non est, quia habet alias res sibi inhærentes, quia cœlum est subiectum simplex habẽs potentiam ad vnde & quo vnde sicut transmutatio in substantia scire fecit materiam, quæ est in potentia ad diuer-

H

sas formas, sic trãsmutatio sm locum scire fecit materiam quæ est in potentia ad diuersa vbi.

Ad tertiũ.

Ad tertium. quæcũque constituunt &c. dicendum, ꝙ substantias constituere vnum in numero potest intelligi dupliciter, vno mõ sm substantiam & esse indiuisum, & quæ sic constituunt vnum inuenitur ibi vnum, vt est materia, & aliud est sicut forma. Sed alio modo constituere vnum numero est quo ad effecti constitutionem & operationis immediate dependentis ab hoc, & sic nõ oportet: modo, istæ substãtiæ in cœlo constituunt vnum effectum, vt motum vnũ: qui immediate depẽdet a motore & mobili: & sic etiam dicitur ꝙ anima intellectiua & corpus constituunt vnũ in numero quantum ad actum intelligendi, qui diuersus est in hominibus, vt mouetur a diuersis phãtasmatibus.

Et notandum ꝙ licet in corporibus cælestibus consti-

182

tuatur idem numero per formam & formatum, tamē nō ita perfecte constituitur sicut forma & formatum in motoribus cœlestibus, quia ibi forma & formatum sicut intelligens & intellectum constituunt idē numero & vnū, quia forma & formatum sunt vnum fm substātiā, quia intellectio non dependet a substantia: quia nihil addit super substantias intelligentis, quia per extrinsecum nō intelligit, sed per substantiam eius, & ita intelligens & intellectum sunt idem fm substantiam in numero, sed forma & formatum non constituunt vnum fm substātiā, quia tm̄ fm vnitatem operationis, quia ibi effectus vt motus cœli superaddit aliquid super substantiam cœli. Ad quartum dicendum, ꝙ multitudo indiuiduorum in substantiis generabilibus & corruptibilibus arguit materiā, quia materia & diuisio quantitatis in partes materiæ, in quas agit generās est causa multitudinis indiuiduorum, sed in substantiis in materialibus non arguit compositionem ex materia & forma, quia non est ex materia, nec diuisio materiæ in partes in quas agat generans, & ideo aliter est ibi multitudo indiuiduorum q̄ per diuisionē materiæ, sed per aliquod magis quod ordinatur ad diuersos motus, & ꝙ multitudo indiuiduorum fit in generabilibꝰ & corruptibilibus per diuisionem materiæ, hoc habetur

Com. 1. & 28. satis per Commentatorem septimo Metaphy. Ad quintum cum dicitur, illud mediante quo &c. dicendū ꝙ corpus cœleste recipere dimensiones mediante forma, intelligitur dupliciter, vno modo mediante forma tanquā dispositione & subiecto, quia medium & extrema idē sunt ex secundo Posteriorum, & sic cœlum non recipit dimēsiones mediāte forma, vt dispositione & subiecto, vt corpus recipit albedinem mediante superficie, vt dispositione subiecti, & sic corpus cœleste non recipit dimensiōes mediante forma, vt intelligentia, sed alio modo recipit, vt mediante fine, & hoc est propter finem recipit dimensiones, vt cœlum possit moueri, quia nihil mouetur nisi quantum & extensum.

Rñsio ad rōnes s. Thomæ.

PEr hoc ad rationes expositorū. Ad primam, omne quod est ens actu &c. Commenta. soluit si voluit Thomas resp. icere, vnde conceditur. Et cum dicitur, omne quod est ens actu &c. dicendū ꝙ duplex est actus p̱ se existēs, vno modo ꝙ sit actus p̱ se existens sine quocunq; alio, vt intelligentia, & ibi est idem intelligens & intellectum, & hoc modo per se est solitarium, modo, cœlum non est actus per se existens. i. solitarie, vt sine quātitate & lumine & corporeitate, quia secundum hoc indiuiduatur corpus cœleste. Alio modo aliquid per se existens est actus per negationem materiæ, quæ est in potentia ad esse & non esse, & formam substantialem, & sic cœlum per se existens est actus, & illud non oportet esse intelligens & intellectum, sed quod primo modo est actus per se existens sine quocunq; alio, vt intelligentia, sed secundo modo non. Vnde deceptus est per æquiuocationem, quia actus per se existens æquiuocatur, & ipse fuit deceptus per æquiuocationem, & fallaciam consequentis, quia vbicunque est idem intelligens & intellectum, est actus per se existens & non econuerso.

Ad rōnes Aegidii.

Tunc ad rationes Egidii, magis videtur &c. dicendum ꝙ duplex est forma immaterialis, vna, quæ nec est in potentia ad esse, nec ad vnde & quo, sicut intelligentia, & de illa habet veritatem, ꝙ est idiuisibilis omnino per se, & per accidens & non est extensa. Alia est forma immaterialis, quæ tm̄ est in potētia ad vnde & quo & ad huiusmodi terminos transmutationis, & de tali forma immateriali non habet veritatem, quia oportet illam formam extendi cum moueatur, & nihil mouetur nisi quantum & extensum, & sic cœlum est forma immaterialis quanta & extensa, & ordinatur per motorem eius sic ad motum. Vel aliter dicendum, ꝙ, si illud quod magis videtur inesse conceditur. Et cum dicitur, ꝙ magis &c. dicendum ꝙ formam præcedere dimensiones in materia potest intelligi dupliciter, vno modo tempore, & sic est verum ꝙ forma præcedens dimensiones in materia tempore esset indiuisibilis: & concludit contra Auice. qui hoc voluit, ꝙ forma

A in corpore cœlesti præcedet tempore dimensiones, & tūc esset indiuisibilis, sicut punctum. Alio modo intelligitur formam præcedere natura dimensiones, sic non habet veritatem ꝙ sit indiuisibilis talis forma: quia, si hoc intenderet Commentato. tunc contradiceret sibimet, quia ponit, ꝙ cœlum præcedit natura dimensiones, cum dicat ipsum esse subiectum dimensionum, & tamen est extensum, ergo male primo modo. Ad aliam rationem con Te. c8. 6. & 37.
siderandum, ꝙ superficialiter iste homo processit, quia, si ista ratio valeret, non solum probaret ꝙ cœlum esset compositum ex materia & forma, sed etiam ꝙ esset generabile & corruptibile, quod est contra ipsum, quia secundum naturam ponit ipsum esse ingenerabile & incorruptibile, vnde Arist. in Secundo de Generatione dixit, ꝙ elementa sunt comparabilia: quia habent materiam cōmunem & vnam, & ꝙ sunt generabilia & corruptibilia, cuius oppositum dixit Empe. vnde dicendum est ad formam rationis. Illa quæ differunt &c. verum est si raritas

B & densitas dicuntur vniuoce hic & ibi, ita ꝙ sint contraria in eodem subiecto sibi succedentes hic & ibi, tunc verum est: sed, si se habent modo opposito, tunc non oportet. Et cum dicitur, corpora cœlestia differunt secundum magis densum & minus, quia Commentato. dicit secundo huius, ꝙ stella est densior pars sui orbis. Vnde dicit, Cōm. 42.
ꝙ, si virtute diuina ex stella fieret orbis, tunc ex pugillo stellæ fierent decem pugilli orbis hic, si ex aqua fit aer, tunc ex vno pugillo aquæ fierent decem pugilli aeris, qa densius est, ita, si ex stella, quæ est densior pars fieret totus orbis, tunc ex vno pugillo stellæ fierent decem pugilli orbis. Dicendum ad hoc secundum ꝙ Commenta. 2. cap. 41.
respondet ꝙ raritas & densitas in corporibus cœlestibus & hæc non vniuoce dicuntur sed æquiuoce, quia raritas & densitas in inferioribus sunt contraria & succedūt sibiinuicem in eodem subiecto, quia illa pars, quæ iam est densa, postea erit rara, ergo in generabilibus & corruptibilibus arguit materiam vnam & comunē, sed in corporibus cœlestibus non arguit materiam vnam & subie

C ctum compositum ex materia & forma. Vnde notandum quid sit dictum rarum æquiuoce in cœlo & in inferioribus, & est, quia dicitur hic & ibi secundum diuersas rationes, quia in inferioribus densum est, quod plus habet de materia & minus de forma. i. formam ignobiliorē vt terra respectu omnium est densior, & aqua respectu duorum vt aeris & ignis, & formam ignobiliorem habet his, similiter aer respectu ignis. Et econuerso de raro, quod minus habet de materia & magis de forma idest nobiliorem formam, vt ignis respectu omnium elementorum est rarior. Sed densum in cœlo dicitur per aliam rationem, quod positum inter visum nostrum, & illud, quod est supra ipsum, impedit & prohibet visionē: qm̄ non recipit speciē visibilis vsq; ad visum, vt patet in qualibet parte orbis non stellata quod est perspicuum & aliquid supra ipsum videtur, & non quod est supra stellam. Rarū, quid æque d. in cœlo & in iferiorib

Ad aliud cum dicitur, illud quod est sensibile &c. conceditur si est sensibile a tactu, tūc est verum, quia recipit qualitates tangibiles contrarii. s. calidi & frigidi &c. & p̱

D consequens est generabile & corruptibile, sed, si est sensibile per visum, tunc non oportet ꝙ sit compositū ex materia & forma, quæ est in potentia ad formam substantialem, sed sufficit ꝙ sit subiectum simplex quantum, qd̄ est materia in potentia vnde & quo. Et cum dicitur, omne quod est indiuiduatum &c. conceditur quantum ad propositum. Et cum dicitur, cœlum est indiuiduatum, dicendum, ꝙ hoc nō est ad propositum, quia, ꝙ Aristot. dixit ibi dixit per modum disputationis, & non per modum determinationis, ergo nō voluit præcise dicere, hoc ꝙ cœlū differt ab hoc cœlo, quia cœlū dicit formā, hoc cœlum dicit formam in materia. Vel dicendum, ꝙ Arist. primo cap. Te. c8. 92.
accepit cœlum non vt hic loquimur de cœlo, sed pro toto vniuerso corporeo, & sic habet formā & materiam, sed cœlum est indiuiduum per aliquid, vt per quantita-

tem superadditam, & non per materiam & formam.

Sexto Met. cap. 12. AD argumentum principale respōdet Commenta. q in omni re mota &c. dicit q hoc debet intelligi in omni re mota motu generatiōis et corruptionis, q2 ibi oportet esse materiā perfectā p formā, quæ est subiectum terminorum transmutationis secundum esse, & non esse, sed si aliquid mouetur motu locali, non oportet q habeat materiam, quæ perficiatur per formam, sed sufficit q sit subiectum simplex existens in actu, & non solum habet potentiam vnde & quo: & sic est subiectum motus localis tantum.

Tex. c. 76. *Quia autem neque plures possibile est esse cælos dicimus. Hoc enim dicebamus intēdendū: si quis nō putat vniuersaliter ostensum esse de corporibus q, impossibile est esse extra mundum. s. de quocunq; ipsorum, sed solum in infinite positis dictam esse rationem.*

Tex. cō. 92. *Quod autem non solum vnus est, sed & impossibile fieri plures. Adbuc autem quod sempiternus incorruptibilis existens & ingenitus dicimus primum dubitantes de ipso.*

QVÆSTIO XXIIII.

An sit possibile esse plures mundos.

COnsequenter quæritur, Vtrum sit possibile esse plures mūdos, ex qua qōne apparet q actu nō sunt plures. Et arguit primo q possibile sit plures esse mūdos, q2 agēs virtutis infinitæ habet potētiā, quæ nō terminatur ad vnū effectum, nam agēs virtutis finitæ terminatur ad vnū effectū, vt inferiora entia, ergo multo magis agens virtutis infinitæ non videt terminari ad vnum effectum, sed agens mundi est virtutis infinitæ,
Te. c. 81. 86. 3 vt Deus, qui est potentiæ infinitæ, vt patet octauo Phy.
Tex. cō. 41. & Duodecimo Metaphy. Item, quanto aliquid est nobilius, tanto species est nobilior & virtuosior, quia virtus consequitur speciē & essentiā, sed mundus est spēs nobilior omnibus inferioribus, ergo spēs eius est virtuosior: & hoc non esset nisi essent plures mundi sub vna specie.

Tex. cō. 34 Et confirmatur, perfectum debet posse sibi simile generare, vt patet secūdo de a a, naturalissimum enim operum est quæcunq; perfecta & non orbata generare tale quale ipsum est, ergo possibile est mundū si est perfectus habere plura supposita vel esset minus virtuosus. Item melius est esse plura optima quā plura minus bona, sed mūdus est optimū respectu cuiuslibet entis particularis, ergo plures esse mundos melius est q̄ plura a. alia vel plātas quæ sunt plura, & hæ sunt rationes Thomæ. Item quarto, si repugnaret sibi pluralitas, vel hoc esset ex parte agentis vel materiæ vel formæ, sed nō repugnat sibi ex parte agentis, quia est infiniti vigoris, nec ex parte materiæ, quia indifferēs vnitati & pluralitati, nec ex parte formæ, quia innata est habere in pluribus, cum sit subiectū
Com. 32. Tex. cō. 92. vniuersalitatis, vt Commen. dicit hic & vniuersale natū est esse in pluribus. Item quinto arguitur ratione Ari. quæ forma est omnium vt dicit Commen. omne corpus naturale est compositum ex materia & forma, quia forma & materia sunt principia naturalis entis: sed cœlū est ens naturale cum sit mobile, tunc virtus argumētationis huius est. Omne compositū ex materia & forma vel habet vel contingit habere plura supposita indiuidua, quia forma nata est esse in pluribus, vt dicit Cōmen. sed mūd' est compositus ex materia & forma, vt probatū est pri'.

76. vsque ad 96. OPPOSITVM huius patet auctoritate Ari. & Com. & probatur per rationem fratris Thomæ. Si deus faceret plures mūdos vel essent similes, vel dissimiles, per sufficientem diuisionem: sed neutro modo, quia, si essent similes, tunc vnus esset frustra, quia in vno essent perfe-
E ctiones omnes alterius, sed Deus & natura nihil faciunt frustra. Nec possunt esse dissimiles, quia tunc vnus non comprehenderet omnem naturam corporis sensibilis, q2 da q omnem naturam sensibilis comprehenderet, tūc esset similis præcedenti, & qua ratione vnus non comprehenderet omnem naturam rei sensibilis, nec ambo, & sic essent imperfecti & ex eis fieret vnus perfectus, & sic rediret propositum.

CONCLVSIO.

Mundos Plures esse est impossibile.

DIcendum, q s'm Arist. impossibile est esse plures mūdos, & rationes eius sunt. Si essent plures mundi, tunc terra alterius mundi moueretur ad mediū illius mundi, sed hoc est impossibile, quia quod aptū natum est moueri ad aliquid naturaliter, oportet q moueatur naturaliter per locum quo peruenit ad illum locū naturalem, sed terra alterius mūdi non posset peruenire huc
F nisi moueretur per circunferentiam eius, & illa circunferentia est sursum, & sic naturaliter moueretur sursum, q'd falsum est: cōsequentia patet, terra alterius mundi est eiusdem speciei cum terra istius mundi, & differunt numero, & illorum quæ differunt numero & sunt eiusdem speciei est vnus motus & locus in se, vt dicit Cōmen. hic. Sed cauillatio est hic vna in litera, videtur q possibile sit aliū esse mundum, & tñ terra illius mundi nō mouetur ad medium istius, quoniam non sunt eiusdem speciei. Cōtra hoc obiicit Arist. q eadem ratione corpora illius mundi non essent eiusdem speciei, & tunc illi mundi non essent eiusdem speciei, cum constituantur ex diuersis partibus in specie. Sed hoc est contra illos, qui dicunt plures esse mundos, quia dicunt omnes esse eiusdē speciei, & q hoc sequatur probo, quia terra est species specialissima, & si plures essent eius species & similiter hominis & asini & aliorum, & dicit Commen. qui assueti sunt audire oppositum non possunt recipere tales propositiones, quia di-
G cunt omnia esse possibilia. Item, alia cauillatio, q terra alterius mundi non moueretur ad medium istius mundi quia nimis distat sicut ferrum in quacunq; distantia non attrahitur a magnete. Arist. remouet cauillationem & dicit, q maior distantia & minor non diuersificant naturā, nec motum localem, qui sequitur naturam, quia diuersificatur quantitas, quia naturalis motus in fine penes locum velocior est q̄ in principio, & dicit Commē. q res naturalis non diuersificatur s'm accidens, vel quātitatem: sed talis distantia est quantitas, sed per se & per suas formas diuersificatur. Et cum dicitur q ferrum nō attrahitur, dicendum q ex se ferrum nō mouetur ad magnetem, & a principio intrinseco nisi transmutetur aliqualiter a virtute magnetis, ergo non mouetur nisi vbi potest alterari a virtute magnetis: sed ista grauia per se & a principio intrinseco mouentur ad suum locum, & ita vult Commentator, q grauia naturaliter mouentur a principio intrinseco c lectiuo & non tantum per passiuum. Ergo terra alterius mundi & istius sunt eiusdem speciei: ergo debet naturaliter moueri ad medium istius mundi, & hoc nō potest
H esse nisi transeat circunferentiam, quæ est sursum, & sic naturaliter mouetur sursum. Item secūdo, si esset alius mundus tunc in separatis a materia essent plura supposita, sed hoc est falsum, & supponatur ad præsens, quia fiet quæstio de hoc, consequentia patet, quia, postquam esset alius mundus, tunc esset alius motus circularis, vt supremæ sphæræ, quia motor in alio mūdo faceret alium motum in numero & ille motus causaret in inferioribus generabilia & corruptibilia, sicut hic & illa entia generata differunt in numero, ergo motus differunt numero, sicut corpora cœlestia & vltima sphæra ergo essent a motoribus diuersis in numero: sed illi motus sunt separati a materia, quia motor, qui mouet perpetuo motu, est separatus a materia, quia nulla virtus in magnitudine pōt mouere motu perpetuo, sed istud non præiudicat potentiæ

diuinæ:

Margin notes (right column): Cōm. 78. & 50. — Tex. c. 80. — Cōm. 9. — Tex. cō. 81. — Cōm. 81.

diuinæ, quia ſemper in ea ſeruatur libertas infinita & potentia infinita faciendi plures mundos, quia licet non poſſet conuinci a ſenſibilibus, a quibus accipitur ratio Ariſt. tamen credẽdum eſt hoc firmiter ſacris doctoribus fidei reuerenter aſſentiendo.

R.Moner. PEr hoc ad rationes. Ad primam cum dicitur, agens virtutis &c. verum eſt non terminatur ad vnũ effectum imperſectum, ſed bene terminatur ad vnum actum perfectum. Et cum dicitur agens &c. conceditur: & cum dicitur. ergo non &c. dicendum ꝙ non terminatur ad vnum effectum diminutum, ſed bene terminatur ad vnum effectum perfectum. vnde ſi plures eſſent mundi, tunc eſſent imperfecti vel vnus eſſet fruſtra vt probatum eſt. Ad ſecundum, quanto &c. dicendum ꝙ eſt maioris virtutis facere vnum perfectum ꝙ̃ facere plura imperfecta, quia inferiora imperfecta ſunt reſpectu mundi. vnde pluralitas ſuppoſitorum arguit diminutionẽ & imperfectionem. vnde nobilis eſſe nobilius multo ignobili. Ad tertium dicendum ꝙ iſta ratio eſt onerosa: quia per eam probaretur plures eſſe deos, quia Deus eſt optimum. vnde dicendum ꝙ verum eſt poſſibile, ſed plures eſſe mundos nõ eſt poſſibile: quoniã pluralitas & diuerſitas eſt imperfectum. vnde plura optima nõ poſſunt eſſe, quia tunc aliquid deficeret vni. Sed poſſet argui aliter & melius. quod eſt melius, eſt magis poſſibile ꝙ̃ quod eſt vilius, quia licet non ſit ſimpliciter nobilius, tamen aliquo eſt nobilior vt homo licet nõ ſit ſimpliciter nobilius omnibus, tamen alicui eſt melius: ſed mundus eſt melius ꝙ̃ inferiora concedatur maior: & conceditur ꝙ mundus ſit melior inferioribus. Et cum dicitur. ergo plures. dicendum ꝙ nõ: quia plures eſſe mundos non eſſe melius, quia non eſt bonum & comparatiuus præſupponit poſitiuũ. vnde non eſt bonum plures eſſe mundos: quia arguit diminutionem. Ad quartum dicendum ꝙ ex parte materiæ repugnat, inquantũ materia occupatur tota forma cœli, qui ſi materia hominis tota eſſet ſub forma hominis non eſſet niſi vnus homo. Ad quintum conceditur totus proceſſus: & cum dicitur. Commen. dicit ꝙ mundus eſt compoſitus, quia forma eius eſt natura neutra. neque grauis, neq; leuis vt cœlũ, ſed materia eſt ſphæra elementorum. Tunc quando dicitur in omni compoſito ex ma-

Tex.c. 93 & 94. teria &c. Ariſt. reſpondet ꝙ verũ eſt niſi materia tota ſit ſub forma, tunc nõ eſt poſſibile plures eſſe mũdos & poſuit plura exempla de ſimilitate &c. Sed ad hoc arguitur. ſi mundus eſt vnus vel eſt vnus numero vel genere vel ſpecie. dicendũ ꝙ nõ eſt vnus numero, quia non eſt continuus. nec ſpecie quæ eſt ſub genere: quia tunc haberet aliam ſpeciem oppoſitam ſibi, ſed ergo analogie idest attributionis ſicut ordinata in finem. vt patet 4. Metaph.

Com cn. 2 per Commen. vnde omnia in mundo ad vltimam ſphæram attribuuntur ſicut ad finem.

Tex.c. 98. *Siue enim ſint ſpecies, quemadmodum dicunt quidam neceſſe hoc accidere: ſiue etiam ſeparatim nullum talium nihil minus. In omnibus enim ſic uidemus quorumcunq; ſubſtantia in materia eſt plura ex infinita entia, quæ eiuſdẽ ſpeciei. Itaque aut ſunt plures cœli, aut contingit eſſe plures.*

QVÆSTIO. XXV.

An in ſeparatis a Materia ſub una ſpecie Plura indiuidua ſint.

COnſequenter quæritur. Verũ in ſeparatis a materia poſſint eſſe plura indiuidua ſub vna ſpecie. Et arguitur ꝙ ſic. ſicut ſe habet agens materiale ad effectus materiales, ſic agẽs immateriale ad effectus immateriales, ꝓ cõuenientẽ ſimilitudinẽ, ſi agens materiale poteſt agere plura indiuidua eiuſdẽ ſpeciei. ergo agens immateriale põt agere plures effe-

A ctus immateriales eiuſdẽ ſpeciei nam homo poteſt agere plures hoies. Itẽ agens perfectioris virtutis poteſt producere plures effectus ꝙ̃ agẽs imperfectioris virtutis, ſed Deus eſt agens perfectioris virtutis actiuæ ꝙ̃ iſta inferiora, & iſta agentia inferiora generãt plura indiuidua eiuſdẽ ſpeciei. Et confirmatur, quia agẽs infinitæ virtutis põt producere plura indiuidua eiuſdẽ ſpeciei, quia aliter non eſſet infinitæ virtutis, & omnipotẽs nõ poſſet plures effectus immateriales facere: ſed Deus eſt agẽs infinitæ virtutis & omnipotẽs. ergo poteſt producere plura indiuidua eiuſdẽ ſpeciei in ſeparatis a materia. Itẽ ſpecies ꝑfectior debet habere plura indiuidua ſub ſe ꝙ̃ imperfectior: ſicut homo eſt perfectior ſpecies alijs. ergo plura indiuidua habet in materia ſub ſe, ſed ſpecies immaterialis perfectior eſt rebus materialibus. quare &c. Confirmatur maior per Com. 2. Phyſicorum Quoniam natura magis debet eſſe ſollicita circa perfecta ꝙ̃ circa imperfecta: ſed hoc non eſſet niſi daret eis indiuidua plura eiuſdem ſpeciei. Item quarto in quocunq; differt quidditas ab habente quidditatem debet habere plura indiuidua. vt homo, hic homo

B & lapis, & hic lapis ergo plura indiuidua ſunt ibi. ſed in abſtractis a materia, vt in intelligentijs differt quidditas ab habente quidditatem, vt intelligentia ab hac intelligentia. Item quinto quælibet ſpecies debet habere plura indiuidua per diffinitionem ſpeciei, quam poſuit Porus. ſpecies eſt quæ prædicatur de p. & c. Et cõfirmatur ſpecies eſt vniuerſale, & vniuerſale diffinitum eſt eſſe in pluribus vt dicit Com. hic: ſed intelligẽtiæ ſunt ſpecies ſubſtantiæ, quia ſubſtantia eſſe genus generaliſſimũ ad ſubſtãtias corporeas & incorporeas. Item ſexto ſicut eſt de mobilibus: ſic eſt de motoribus: quia dicit Com. 2. huius, ꝙ motores cœleſtium conueniunt ſimili conuenientia ſicut mobilium & differunt ſimili differentia, ſicut mobilia, ſed mobilia vt orbes cœleſtes plures ſunt eiuſdem ſpeciei & differunt numero, vt dicitur Commen. 2. huius. ergo etiam plures motores ſunt eiuſdem ſpeciei & differũt numero & illi motores ſunt abſtracti a materia. 1. cap. 9 2. Cõm. 6 Cõm. 5 9

OPPOSITVM arguitur auctoritate Ariſ. impliciter. quia videtur probare ꝙ non, ſit alius mũdus, qa tũc

C eſſet alius motor primus differẽs numero a motore primo alterius mũdi, & cõuenirent in ſpecie, & hoc deducit Com. quoniam ſi eſſet alius mundus, tunc eſſet alius motus primus & aliud mobile primũ. et etiam eſſet alius motor primus, qui ageret illum motũ primũ, & quia mundi cõueniunt in ſpecie tunc mobilia prima ſimiliter & motus, & per cõſequẽs primi motores cõuenirẽt in ſpecie & differrẽt numero, et iſti motores ſunt abſtracti a materia, & hoc idẽ dicit expoſitor: et põt formari ratio. Illa, q̃ poſſunt ꝑpetuari eadẽ numero non debent plurificari, quia plurificatio indiuiduorũ eſt ꝓpter perpetuitatẽ, cũ idẽ in numero non poſſunt perpetue ꝑmanere, tamẽ manet in ſpecie: ſed in abſtractis a materia idiuiduũ in numero ſemper poteſt permanere, qa non habet materiã. & abſciſio a materia ſm Commentatorem eſt cauſa perpetuitatis. Tex. c. 90 Com. 9 2 & 2 Meta. 49

CONCLVSIO.

In abſolutis a materia non eſt niſi unum indiuiduum ſub una ſpecie.

D NOtandũ ꝙ oẽs Philoſophi cõueniunt in hoc ꝙ in abſtractis a materia nõ ſunt plura indiuidua vno ſub ſpecie. Et ſciendũ ꝙ oĩa indiuidua eiuſdẽ ſpẽi alio modo differũt ꝙ̃ ſpecies diuerſæ: qa indiuidua eiuſdẽ ſpẽi nõ hñt diſtinctionẽ nõ ꝑ ſe qa ſpẽs ꝑ ſe habẽt differentiã ꝑ quã ꝑ ſe diſtinguunt. Nã ſi indiuidua per ſe diſtinguerent, tũc haberent & nõ haberẽt eandẽ naturam, qđ eſt maxima cõtradictio. Deducit ſequela, ac contradictio. quorũ. n. eſt per ſe diſtinctio nõ eſt eadẽ natura, quæ aũt ſunt ſub ſpecie cõmunicant in natura, ſicut indiuidua & ſic inquantũ per ſe diſtinguunt, nõ habent eandẽ naturã, & vt indiuidua habent eandem naturã: qđ eſt contradictio: quia dicit. 2. Poſter. ꝙ in eadẽ ſpecie poſſunt eſſe plures differentiæ ꝑ accidẽs nõ ꝑ ſe. modo, ſi diſtinguun

tur per se hõc est per naturam, quod est impossibile, q̃a conueniunt in vna natura, ita ꝙ in istis substantijs materialibus diuersitas indiuiduorum non est nisi ex diuersi-

Cõmẽ 28. tate accidentium. vnde dicit Commen. 7. Metaphy. ꝙ diuersitates indiuiduorum eiusdem materiæ sunt ex parti materiæ, in quas agit agens. vnde ex hoc arguitur. In quibus non sunt partes materiæ in quas agens agit non sunt plura indiuidua sub vna specie, quia multitudo partium materiæ est causa indiuiduorum, quia in substantijs abstractis a materia non sunt partes materiæ in quas agens agat, quia sunt immateriales. ideo &c. Item in illis non sunt plura indiuidua sub vna specie vbi nõ sunt plura accidentia, quia indiuidua sub vna specie differunt per accidentia in eis vel per quidditates. si per accidentia, tunc habetur propositum, vbi non sunt plura accidentia ibi non sunt plura indiuidua. sed si per quidditates differunt, tũc sunt idem specie, & non idem specie, quia quæ differunt per quidditates differunt specie, & hæc est contradictio. sed in substantijs materialibus non sunt accidentia, quia licet accidentia sint in materialibus non tamẽ sunt in immaterialibus, vt dicit Cõmen. Duodecimo Meta. & aliq resoluunt secundum ꝙ non sunt accidentia in immaterialibus: quia in quocunq; non sunt prima accidentia ibi nõ sunt secunda accidentia: quia remoto primo non stat secundum: sed prima accidentia sunt dimensiones: quoniã præcedunt qualitatem & relationem &c. sed in substãtijs immaterialibus non sunt dimẽsiones quoniam motores orbium cœlestium sunt virtutes sine magnitudine, vt pa-

Supple ꝓ Auic. ipsi rationem, ꝙ materia sit qualitate & quãtitate quo modo affecta. Similiter in secunda ratione loquaris de accidenti sbus materia ad formã dispositionibus.

Tex. c. 26 tet 8. Physic. quia mouent motu perpetuo, sed nulla virtus in magnitudine potest mouere motu perpetuo. Sed illa ratio patitur difficultatem, quia intellectus humanus non habet prima accidentia, vt dimensiones, quia est vir-

Tex. c. 4. tutis immaterialis, vt patet tertio de Anima: & tamẽ habet accidentia vt intelligere ex phantasmatibus. Dicendum vno modo, ꝙ intellectus habet accidentia, quia est forma corporis substantialis dans esse inhærenter, & ideo gratia huius inhærentiæ habet accidentia, sed alio modo, quæ non habent esse inhærenter in corpore vt sunt intelligentiæ. Vel aliter dicendum ꝙ non est simile quia intellectus non habet esse inexistenter & inhærenter corpori, tamen eius operatio dependet ab aliquo ꝙ habet accidentia, quia intelligere non est sine phãtasmatibus. Ex hoc melius potest formari ratio. In quo non sunt prima accidentia nec operatio dependens ab aliquo in corpore non habet accidentia aliqua: sed hoc est in intelligentijs. ergo non habent accidentia, quia non habent prima accidentia, materiæ, vt dimensiones, nec operatio ipsarum dependet a virtute sensitiua, quia intelligere ipsarum non est cum phantasiari, vt in nobis. quare &c. cum ergo diuersitas indiuiduorum non possit esse nisi per accidentia & illa non sunt in substantijs abstractis. ideo ibi non sunt plura indiuidua sub vna specie. Notandum, ꝙ quamuis isto modo dicat Philosophus, tamen debemus aliter dicere secundum fidem & veritatem sanctis doctoribus reuerenter assentiendo, ꝙ Deus potest plura indiuidua sub vna specie facere & sunt plura sub vna specie. sed Aristote. hoc non vidit, quoniam non potuit hoc demonstrare ex sensatis.

Rñsiones. Per hoc ad rationes sm fidem & veritatem determinemus in quocunq; &c. verum est indiuidua materialia: sed possunt plura esse immaterialia &c. dicẽdũ ꝙ bene concluditur ꝙ non sunt ibi plura indiuidua materialia, sed immaterialia plura. Ad secundũ. in quocũq; nõ sunt &c. maior est vera quantũ ad illud. Et cum dicit. sed in substantijs &c. dicendũ ꝙ ibi sunt accidentia aliqua vt species concreatæ per quas intelligunt vel huiusmodi

Ad primũ quæ a nobis sunt ignota. Per hoc diceretur ad rationes primas sm viã Aristo. cũ dicitur, sicut se habet agẽs &c. dicendũ ꝙ est simile quantũ ad dependentiam, quia sicut effectus materialis dependet ab agente materiali, sic effectus immaterialis ab agente immateriali, sed est dissimile, quia effectus materialis agentis diuersificatur propter di-

E uersitatem partium materiæ, in quas agens agit, sed effectus immaterialis non est multiplicabilis per partes materiæ, quia non habent materiã &c. Ad secundũ agẽs perfectioris &c. verũ est si esset factibile in natura sua, q̃a facere impossibile non est factibile in natura sua. Et cum dicitur ista inferiora &c. dicendum, ꝙ bene plura indiuidua in materiali substantia sub vna specie est factibile, sed in immaterialibus non sunt plura indiuidua sub vna specie factibilia, quia non pertinent ad perfectionẽ rei. Et ad confirmationem agens infinitæ &c. verum est si sunt factibilia, sed si non sunt factibilia non oportet. Et cũ dicis, Deus &c dicendum ꝙ ista indiuidua plura sub vna specie sunt factibilia in substantijs materialibus, sed in substantijs immaterialibus non sunt factibilia, quia non habent partes materiæ in quas agens agat. Vel aliter dicendum sm Aristo. ꝙ verum est, si est infinitum in vigore in quantitate actionis & passionis intensiue, sed, si est infinitum in duratione non oportet, sed sic est hic, q̃a virtus in Deo, vt dicit Aristo. non est infinita in vigore, sed

F in duratione tantũ. Et cũ dicitur, quomodo differt tũc primus motor ab alijs. dicet Aristote. ꝙ primus motor istã durationem habet a se, & non dependet ab aliquo; sed alia perpetua habent durationem infinitam dependentẽ a Deo. vnde Deus est causa perpetuitatis durationis aliorum, quare non dependet ab alio primo. Ad tertium species perfectior &c. dicendum ꝙ verum est si sit generabilis. & non permanens vnum in numero. Et cum dicitur, species immaterialis &c. dicẽdum ꝙ hoc est propter hoc, quia homo vnus in numero non potest perpetue permanere, sed hoc non est propter perfectionem naturæ ipsius. Et ad confirmationem, natura magis est sollicita &c. dicendũ ꝙ verum est in dando cuilibet quæ conueniunt sibi, sed nõ dat quæ non conueniunt sibi. modo in immaterialibus substantijs nõ conuenit multitudo indiuiduorum: quia arguit plus imperfectionem q̃ perfectionem. Ad quartũ. in quocunq; quidditas differt &c. verũ est si differunt realiter. Et cum dicitur. in abstractis

G &c. dicendum ꝙ ibi non differt realiter quidditas ab habẽte quidditatem sed solum vocaliter, quia solũ differũt secundum nostrum modum concipiendi. Ad quintum. quælibet species &c. dicẽdum, ꝙ verum est, sed in diuersis diuersimode prædicatẽ species de pluribus, quia quædam species plura indiuidua habet actu & aptitudine, vt species naturales, quædam aũt aptitudine & nõ actu, vt Sol & Luna, & quædam nõ habent plura indiuidua nec actu nec aptitudine, sed quia nõ repugnat eis vt naturæ non repugnat multitudo. Vel aliter dicendum ꝙ verum est, si est species generis prædicabilis, & continetur sub genere vniuoce. sed si est species idest quidditas distincta per se non oportet. Et cum dicitur substantia &c. negatur: quia intelligentiæ non sunt species prædicabiles & sub genere vero & logico, quia species prædicabilis est composita realiter ex genere & differentia quæ differentia habet aliam differentiam sibi contrariam. & sic species sunt contrariæ, quia quod constituitur contrarium: & sic species sunt in eodem subiecto successiue, sed hoc

H repugnat intelligentijs, sed intelligentiæ bene habent species idest quidditates distinctas p se, & nõ sequitẽ, ꝙ, si aliquæ sint quidditates distinctæ, ꝙ sint veræ spẽs quia. x. prædicamenta sunt q̃dditates veræ distinctæ, & tamen nõ sunt spẽs distinctæ, sed tamen bene sequeretẽ. si spẽs veræ sunt, tunc sunt q̃dditates distinctæ. Et dices, quõ ergo sunt intelligentiæ in p̄dicamento. dicendũ ꝙ sunt in p̄dicamẽto substantiæ per reductionẽ, sicut principiũ, vt etiã de materia & forma reducuntẽ. Ad aliud sic est de mobilibus &c. conceditur per conuenientiã & differentiã, vt dicit Commen. Et cum dicitur, ꝙ Commen. dicit. q. corpora &c. dicendum q. corpora cœlestia eiusdem speciei esse intelligitur dupliciter. Vno modo positiue, quia in vna specie prædicabili sunt. Alio modo negatiue, quia nõ habent diuersas formas perficientes ea sicut materia prima debet esse vna numero priuatiue per priuationem

omnium

omnium formarum sed positiue nõ est vna in numero. (A) modo corpora cœlestia secundo modo dicunt esse idem specie seu eiusdem speciei, quia non habent formas distinguentes ea vnde diuersæ quidditates per se sunt, sed non sunt species distinctæ.

Tex.c.99 *Simul autem manifestum, ꝙ neq; locus, neque vacuum, neque tempus est extra cœlum.*

QVÆSTIO XXVI.

An extra cœlum sit Vacuum.

CONsequenter quæritur circa illud capitulũ. Itaque sic se habent, Vtrum extra cælum sit vacuum. Et arguitur ꝙ sic. Illud est extra cælum, quod virtus imaginatiua imaginatˀ extra cœlũ, quia imaginatio est virtus passiua. & mouetur a re imaginata, vt quælibet virtus elemẽti, sed virtus imaginatiua extra cœlũ imaginatur vacuũ. Et confirmatˀ, quod mouet virtutẽ passiuã ad suum actum, hoc debet esse ens, quia non ens (B) nõ mouet virtutẽ passiuam, quia æstimabitur aliqua species semper mouens tertio Physi. sed vacuũ mouet virtutem imaginatiuã ad actũ imaginandi: quoniã vel mouetˀ a se ad imaginandũ, vel a vacuo. non a se: quia virtus passiua nõ reducit se ad actum 5. Meta. ergo a vacuo. & per consequens est extra cælũ. (Tex.c 37. Tex. c6.5 Tex.c6.6 & 63.) Itẽ secundo. nã dicitˀ quarto Physi. ꝙ vacuum est locus non repletus corpore tamen aptus recipere corpus, quia conuenientior est illa descriptio vacui, quia in hoc omnes conuenerunt, ꝙ aliquid dixerunt de vacuo: sed extra coelũ est locus, quia extra differentiam loci. & non est repletus corpore, quia ibi non sunt corpora, vt dicit Arist. in litera, sed tamen aptum natum est recipere corpus, vt patet 4. Physi. (Tex. c6.6 & 63.) Item tertio ponatur ꝙ homo sit in vltima sphæra, vel ille potest extendere manum vel nõ. si nõ potest, tunc est aliquid ꝓhibens ibi, quod est corpus: quod est inconueniens. ergo potest extendere manum. ergo prius fuit locus nõ repletus corpore, & hoc est vacuum.

Tex.c.32. OPPOSITVM vult Arist. in litera. extra coelũ non est vacuum, nec locus, nec tempus. (C)

CONCLVSIO.

Extra cœlum nullum est Vacuum, nec Motus neque tempus.

NOtandum, ꝙ extra cœlum nõ potest esse corpus naturale, quia, si hoc esset, vel esset ibi secundũ naturam, vel præter naturam per sufficientem diuisionem. sed non est ibi secundum naturam, quia vel esset corpus simplex, vel mixtum. non simplex, quia vel esset graue, vel leue, vel neutrum: sed non potest esse neutrum vt coelum quod nec est graue, nec leue, quia tunc cælum esset extra coelum. vel sic coelum posset mouere extra locum suum: quod falsum est. nec potest ibi esse graue vel leue, quia ista habent alia loca secundum naturam, quia graue circa medium, leue vero in circunferentia ergo extra coelum non sunt secundum naturam, quia vnius corporis simplicis vnus est locus simplex secundum naturã, vt patet in litera. Nec potest ibi esse corpus mixtũ, quia (D) in quocunq; mixta sunt & simplicia, quia simplicia saluantur in mixto aut omnia aut vnum eorum. Nec potest ibi esse corpus naturale præter naturam. quia vbi aliquid est præter naturam, in illo loco est aliquod corpus secundum naturam, sed nullum corpus est ibi secundum naturam, vt probatum est ergo ociosus esset ille locus. quod est cõtra dignitatẽ, quia Deus & natura nihil faciũt frustra & ociose. (Tex.c.73.) Tunc dicendũ est, ꝙ extra coelũ non est vacuum, quia vbi est vacuum, ibi est locus non repletus corpore, quia illa est conuenientior descriptio vacui quarto Phy. sed extra coelũ nõ est locus, quia in omni loco potest esse corpus vel secundũ naturã vel præter naturam, sed extra coelum non est corpus nec secundũ naturã, nec ꝑter naturã, vt iam probatũ est, ex hoc sequitˀ, ꝙ nõ est motus extra coelũ quia vbi est motus, ibi est mobile, sed extra cælum non potest esse mobile, vt declaratum est. nec potest ibi esse tẽpus, quia tempus vel est motus vel aliquid motus 4. Physi. sed extra coelum non est motus, vt iam declaratum est. (Tex.c 97. & 95.) Sed quid est ibi dicendum ꝙ ibi sunt inalterabilia entia & incorruptibilia optimam & sufficientissimam vitam ducentia.

Rñsiones. PEr hoc ad rationes. Ad primam. Illud quod imaginatur &c. Arist. soluit consimile argumentum in 3. Phy. per qđ probatur esse infinitũ: quia imaginatio potest imaginari infinitum, dixit, ꝙ non est credendũ imaginationi, quia aliquis potest se imaginari in duplo maiorẽ q̃; sit, & etiam extra ciuitatẽ potest se aliquis imaginari, vt dicit Commen. (Tex.c.75 Cõm.75) vnde res non sequitur imaginationẽ, & tunc ad rationẽ, cum dicitur, ꝙ mouet &c. dicendũ ꝙ verum est, si vera est imaginatio, sed si est falsa, non oportet. Et cum dicitur, vacuum &c. dicendum, ꝙ imaginatio est falsa. ideo non oportet ꝙ sit ens, Et cum dicitˀ virtus passiua &c. dicendũ, ꝙ pure non ens nec mouet ad actum corporalem, nec ad incorporalem. & ideo (B) vacuum non mouet, quia sicut non ens non intelligitur nec per se nec per speciem a se causatam, sic non ens non imaginatur nec per se nec per propriam speciem, sed per habitum aliquem imaginatur, vnde vacuum non mouet imaginatiuam virtutem nec per se nec per propriam speciem sed mouetˀ a pleno. Et si dicas, ꝙ ens mouet se ad intelligendum & imaginandum et non aliud. dicendum, quod ens primo mouet intellectum ad intelligendum se vel speciem eius, sed ex consequenti non ens. sic imaginatum primo mouetur a pleno, & per consequens nõ imaginatur non ens vt vacuum. Ad secundum. vacuum est locus &c. verum est. Et cum dicitur. & est extra coelum &c. dicendum quod extra coelum non est locus. & cum probatur, quod extra & intra dicunt differentiam loci. dicendum, quod extra dupliciter consideratur. Vno modo positiue quod circunscriptiue siue contentiue est extra coelũ. Alio modo negatiue accipitur, quod extra coelum nihil est aliud nec circunscriptiue nec inclusiue. modo (C) extra primo modo dicit differentiam loci & est aliquid ibi, sed secundo modo non: quia negatiue intelligitur ꝙ nihil est contentum a loco, sicut etiam materia prima dicitur vna numero, quia non habet multitudinem (Tex c6.) formarum nec includit aliquam, vt patet Duodecimo Metaphy. Ad tertium ponatur ꝙ homo &c. aliqui dicunt ꝙ positio est impossibilis ergo non est mirum ꝙ sequatur impossibile: quia vno impossibili dato multa sequuntur, & hoc non est graue videre, quia impossibile est esse hominem in vltima sphæra. alijs non placet ista solutio: quia impossibile illud non est ex parte illius quod quæritur, sed ex parte alterius. vnde illud impossibile nõ prouenit ex impossibili positionis, quia tantum prouenit ex parte coeli, sed nos quærimus de illo quod est extra coelum vt vacuum. vnde, si totum vniuersum esset aereum, tũc positio esset possibilis, quia homo posset ibi esse in aere vbi est vltima sphæra. Vnde aliter respõdetur ꝙ si homo esset in vltima sphæra &c. non posset manum extendere &c. ꝙ aliquid esset prohibens. dicendum (D) ꝙ non: sed prouenit ex natura particularis corporis, quia de natura cuiuslibet corporis naturalis est ꝙ contineatur sub circũferentia extrema, q̃a aliter vniuersum non esset totum, quia aliter aliquid esset extra ipsum, & sic esset totum & non totum, & sic etiam quod esset extra ipsum corpus esset pars vniuersi totius inquantum natum est contineri ab ipso & non esset pars inquantum esset extra ipsum: & illa sunt contradictoria, ideo non potest ibi esse corpus aliquod.

Tex c.100 *Propter quod quidem neque in loco quæ ibi apta nata sunt, neq; tempus ipsa facit senescere. Neque etiam nullius, neque vna transmutatio eorum quæ super eam: quæ maxime extra ordinatam lationẽ.*

QVÆSTIO XXVII.

An æternitas sit eadem, uel distinguatur a tempore.

Consequenter quæritur, Vtrum æternitas sit eadem cum tempore. Et arguitur ꝙ sic. Illud quod est mẽsura successiuorum est tempus, nihil enim est tempus nisi mensura successiuorum & econuerso: & æternitas est mensura successiuorum: quia tempus est æternum & motus.

Tex c.100 OPPOSITVM arguitur. si æternitas esset idem cum tẽpore, tunc q̃libet pars temporis esset æternitas, sed hoc est falsum, quia quælibet pars temporis non est æterna, nec infinita, sed finita. consequentia patet: quia quælibet pars temporis est tempus, vt dies est tempus, vt

Te. c6.39 patet Quarto Phy. & per consequens, si tunc esset æternitas, tunc quælibet pars temporis esset æternitas.

CONCLVSIO.

Aeternitas, quæ substantiis tribuitur, non est idem cum tẽpore: uerum æternitas tempori tributa, licet non omnino a tempore distincta sit, quia illi eadem realiter existens, ab illo rõne nihilominus sepatur.

SCiendum, ꝙ Boetius quinto libro diffinit æternitatem, ꝙ æternitas est interminabilis vitæ totaque simul perfecta possessio. Ista diffinitio dissonat a verbis Philosophi. vbi loquitur de æternitate, in hoc ꝙ dicit, Interminabilis vitæ: quia multa sunt æterna, quæ non hñt vitam: vt materia prima, & cœlum circunscripto motor̃. vnde notandum, ꝙ æternitas dupliciter accipitur. Vno modo inquãtum attribuitur tempori vel motui, quia dicimus tempus esse æternum vel motum. Alio modo inquantum attribuitur substantiis, vt primæ materiæ, cœlo, motoribus orbium, omnia enim huiusmodi secũdum Philosophum sunt æterna. Tunc dicendum ad quæstionem, ꝙ capiendo æternitatem primo modo, ꝙ omnino non est idem cum tempore. Secundo dicendum ꝙ etiam omnino non differt a tempore. Tertio dicendum ꝙ realiter est idem cum tempore & differt ratione. Ratio primi dicta est prius, quia si æternitas esset idem cum tempore omnino, tunc quælibet pars temporis esset æternitas, sed hoc est falsum, quia quælibet pars temporis non est semper, & æterna, cum æternum denominationem accipiat a semper esse, & consequentia patet ex dictis. Ratio secundi est, quia duratio successiua non potest esse omnino alia a tempore, sed æternitas, quæ attribuitur motui & tempori, est duratio successiua, quoniam motus vel tempus durat successiue in infinitum: quia quando aliqua realiter durant duratione successiua & differunt ratione, illa sunt idem realiter, sed tẽpus & æternitas vtrũq; est duratio successiua, sed differunt in ratione, quia duratio illa inquantum caret principio & fine, tunc est æternitas, sed inquantum habet prius & post, tunc dicitur tempus. vnde vnum & idem potest diuersificari a se diuersis rationibus. Tertio dicendum, ꝙ æternitas, quæ attribuitur substantiis, non est idem cum tempore, quia illa non sunt idem, quorum vnum est in subiecto, in quo nõ est aliud, sed tempus & æternitas sunt huiusmodi, quia æternitas est in substãtia, vt in motore, sed tempus est in motu vel in mobili. Sed quæritur, vtrum illa æternitas sit substantia vel accidens, & videtur, ꝙ neutrum potest esse. non potest esse accidens, quia in Deo nullum cadit accidens. nec potest esse substantia, quæ substãtia Deus est, quia nulla mensura est substantia, sed æternitas est mensura substantiarum, sicut tempus est mensura motuum. ergo relinquitur, ꝙ æternitas est nihil. Ad hoc dicũt aliq, ꝙ æternitas, qua substãtia est æterna, nec est subƀa, nec est accidẽs, sed quia ponunt tertiũ ens, quod nec est substãtia nec accidẽs. vnde dicunt cũ ens diuidat̃ in substantiam & accidens, nõ est verũ de ente toto, sed tantum verũ est de ente reali. vñ ens rationis nõ est vere substãtia nec accñs. vnde dicunt, ꝙ nec est subiectiue in re, nec in anima, sed

E est in intellectu obiectiue, sed ꝑspectiue, ut intelligens rosam, illa rosa intellecta nec est in anima, nec in re, quia hoc est singulare, ꝙ respondet rosæ, quia sic non esset vniuersale, sed obiectiue in intellectu vt dicunt. Ista opinio est contra Arist. in multis locis, vbi diuidit ens in substantiã & accidens, quia omne quod est, vel inhæret alteri, vel non. si inhæret alteri, tunc est accidens. si autem non inhæret alteri, sic est substantia. ergo diuisio Aristote. est sufficiens. Vnde dicendum est aliter, ꝙ æternitas quantum ad rem significatam est substantia, sed secundum rationem non est substantia. vnde illud, quod intelligit intellectus, vt intelligit, est substantia & æternitas: sed quo ad rationem qua significatur, non est substantia, vt inquantũ ipsum intelligit carere principio & termino. vnde conceptus æternitatis a carentia principii & finis. Tunc quæritur de carentia, vtrum sit aliquid vel nihil. si est aliquid, tunc est substantia vel accidens. non potest esse substantia per idem quod prius &c. contra dicta. nec accidens, quia tunc in abstractis a materia est accidens. Nota, ꝙ, cum in

F telligimus intelligentiam, tunc eadem res, quæ est substantia quo ad rem significatam est æternitas, sed differt ratione, quia inquantum caret principio & fine, tunc non est substantia, quia dicit græcismus, æternum vere sine principio sine fine. Ad rationem cum dicitur. vel est aliquid &c dicendum ꝙ est aliquod ens, vt negatio terminorum durationis. vnde negatio dicitur etiam ens quarto Meta. Et cum dicitur, vel est substantia vel accidẽs &c. dicendum ꝙ est accidens. Et cum dicitur, ergo in separatis substantiis est accidens. dicendum ꝙ ibi bene est accidens negatiuum, & per negationem, sed accidens positiuum non potest esse in eis. Tex.c.2

Rãsones. AD rationem in oppositum, cum dicitur, illud qđ est mensura &c. conceditur ꝙ idem est realiter cũ tempore sed differt ratione, quoniã inquantum caret termino dicitur æternum, sed inquantum habet prius & posterius dicitur tempus.

G *Extra cœlum autem ostensum est quia neque est neque contingit fieri corpus. Manifestum igitur quia neque locus, neque vacuũ, neq; tps est exterius.* Tex.c.100

QVÆSTIO XXVIII.

An Entia extra cœlum sint intransmutabilia.

Consequenter quæritur, Vtrũ entia extra cœlum, quæ Aristo. ibi dicit, sint intransmutabilia, & arguitur ꝙ sic. Illud quod est in loco est transmutabile. quia locatum mobile est secundum locum, vt patet Quarto Physi. sed (Tex.c6.32) ista entia extra cœlum sunt in loco, quoniam extra & intra dicunt loci circunstantiã, sicut prius & posterius sunt differentiæ ordinis. Item, illud, quod nunc agit & prius non agebat nec postea aget est transmutabile, quia quod agit effectum quem prius non agebat nec aget postea est trãsmutabile, sed intelligentia agit effectum, quem prius

H non agebat, nec aget postea, vt reuolutionem hodiernã, quæ corrumpitur vel reuertitur. Item, quod prius habuit virtutem quam postea non habet, vel quod fuit virtus prius & postea non erit est transmutabile, sed intelligentia habet aliquam virtutem quam prius non habuit, nec postea habet, vt antequam egisset reuolutionem istã habuit virtutem ad faciendum eam, aliter non egisset eã: sed postquam iam egit eam, non habet virtutem iterum ad eam, quia tunc idem in numero rediret, quod est falsum. mõ ꝙ aliquid sit virtus, q̃ postea non erit nõ est nisi transmutatio. Item quod simplr̃ nõ est liberatũ a potẽtia est trãsmutabile, quia potentia est principiũ trãsmutationis saltẽ receptiuũ: sed multæ intelligẽtiæ nõ sunt liberatæ a potentia, quia Coñ. dicit tertio de Anima, ꝙ nulla simplr̃ est liberata a potentia, nisi illa, quæ nihil intelligit (Com.5)

extra. vnde subdit, ꝙ natura intellectus possibilis est in omni intelligentia. Item, quod recipit est transmutabile, quia recipere non est sine transmutatione. sed intelligẽtiæ recipiunt, quia intelligunt, sed intelligere est recipere

Tex.c.8 1 & pati, vt patet Tertio de Anima.

Tex.c.100 OPPOSITVM vult Aristo. in litera secundum ꝙ illa entia quæ sunt extra cœlum sunt inalterabilia & intransmutabilia sufficientissimam vitam & optimam habentia in toto æterno.

CONCLVSIO.

Corporum cœlestium motores, ac cœlestes spiritus intransmutabiles sunt.

Tex.c.79. in finem. SCiendum sicut dicit Aristo. Octauo Physicorum ꝙ nulla virtus in magnitudine finita mouet per tempus infinitum, quia in virtutibus, quæ sunt in magnitudine, virtus partis est minor ꝗ̃ virtus totius, sed quodlibet finitum habet partes æquales finitas, quia nullum finitũ diuiditur in partes æqualiter infinitas, quia consumitur per partes illas, vt patet primo & tertio Physico. sed bene diuiditur in infinitum secundum partes inæquales. modo accipiamus partem in illa parte minori est minor virtus ꝗ̃ in toto. similiter in alia parte, & sic habet infinitas partes. modo, sicut virtus, quæ mouet infinita magnitudine habet partes finitas, sic tempus quod est mensura motus. Ex hoc arguitur. Illud, quod habet partes finitas, est finitum, sed virtus in magnitudine est huiusmodi: & per consequens tempus procedens ab illa virtute est finitum. Secundo sciendum, ꝙ motus primus est infinitus, vt patet Octauo Physico. a principio per longũ processum, & ibi demonstratur ex sensibilibus. Per hoc dicendum ad quæstionem ꝙ motores corporum cœlestiũ sunt intransmutabiles, quia ꝙ non est corpus nec virtus in corpore non est transmutabile, quia nihil mouetur nisi corpus, vt patet Sexto Phy. sed motores corporum cœlestium nec sunt corpus, nec virtutes in corpore, quia tũc non mouerentur motu æterno. Contra hoc instatur. Intellectus humanus non est corpus nec virtus in corpore: & tamen transmutatur ab intelligibili. Dicendum ꝙ intellectus non mouet motu perpetuo nec est simile de intellectu & intelligentia, quia intelligere nouum est: quia contingit intelligere sicut sentire, sed motus cœli, quem facit intelligentia non est nouus. ergo intelligentiæ sunt intransmutabiles. Et hoc apparet principaliter de primo principio: quia, si moueretur ab aliquo, vel hoc esset in peius, vel in melius: sed non potest in peius mutari, quia nihil potest esse prauum in eo: nec in melius, quia tunc aliquid esset melius eo: quod est falsum, quia optimum eorum, quæ in natura est Deus.

Tex.c.38 37. & 48. (margin)

Rationes. Et hoc ad rationes. Ad primam. Illud quod est &c. verum est si est in loco positiue & circũscriptiue, sed si negatiue, tũc non oportet. Et cũ dicitur, sed ista &c. dicẽdum ꝙ positiue non sunt in loco, sed negatiue solũ. Et cum dicitur, intra & extra &c. verum est si intra & extra accipitur positiue & circunscriptiue, sed si solum negatiue, tunc nõ oportet, & sic intelligẽtiæ nõ sunt in loco negatiue, quia nõ circunscribuntur a loco. Ad secundum. illud quod nũc agit &c. potest negari: quia intelligentia potest agere effectum tantum, quem prius nõ agebat, vt illuminat aliquid quod prius nõ illuminabat propter impediẽs: nõ tamen oportet ꝙ sit trãsmutabilis. vnde, si primus motor efficit aliquid quod prius non fecit, hoc nõ est ex parte sui, sed mobilis, quod est defectuosum, sed si efficeret aliquid quod prius nõ fecit, ꝙ hoc esset ex parte sui, tunc esset transmutabilis. Aliter dicitur, ꝙ verum est si agat illud tanq̃ immediatum effectũ, sed si mediate, tunc nõ oportet. Et cum dicitur. quod facit &c. dicendum ꝙ nõ immediate facit reuolutionem hanc, quia semper alia reuolutio præcessit. vnde si non præcessisset alia reuolutio, tũc esset trãsmutabile vel per se vel per accidens. Ad tertium. illud, quod nunc habet &c. dicendum, ꝙ non potest esse sine trãsmutatione vel diuisibili:

A quia ad primam qualitatis speciem non fit alteratio, tamẽ sequitur alterationem. Et cum dicitur, ꝙ intelligẽtia &c. dicẽdum, ꝙ sicut prius habuit virtutem, ita nunc habet eam. sed ꝙ nõ agit secũdum illam idem in numero quod prius hoc nõ est ex parte sui, sed ex parte mobilis, quia quod corruptum est nõ redit idem numero: quia quorũ substãtia deperit nõ redeũt eadem in numero secũdo de Generatione. Sed dices ꝙ potẽtiæ actiuæ debet correspõdere potẽtia passiua. dicẽdum, ꝙ verum est in præterito vel in futuro, sed nõ vult ꝙ vniuersaliter correspondeat sibi potẽtia passiua & semper. Vnde postquam circulatio est finita, tũc illi virtuti correspõdet potẽtia passiua in præterito, sed nõ oportet ꝙ potẽtia passiua eadem in numero in futuro, sed sufficit in se. & si dicitur ꝙ si aliquid nõ habuit prius virtutem & modo habet oportet trãsmutari, quia aliter nõ esset virtuosum. dicẽdum ꝙ verum est si illa virtus est respectu effectus immediati, sed si respectu alicuius mediati non oportet tũc. modo circulatio nõ est immediatus effectus intelligẽtiæ, quia alia

B præcessit, quia cœlum nõ incipit moueri dum quiescit, vt patet. Ad quartum. quod simpliciter &c. dicẽdum quod nõ est liberatum a potẽtia remota actiui hoc est transmutabile, sed quod nõ est liberatũ a potẽtia propinqua non oportet ꝙ sit trãsmutabile, quia ad habitum nõ est motus. ex Quinto Physico. Et cum dicitur. intelligẽtia &c. dicẽdum ꝙ intelligẽtia nõ liberata a potẽtia propinqua nec cõiuncta actui bene habet se ad modum potẽtiæ passiuæ. i. minus nobilis, quia intelligẽtia inferior est ignobilior ꝗ̃ superior. & sic solum primum est liberatum: quia est optimum & diuinissimum: sed intelligẽtia semper est in actu intelligẽdi & semper mouet. Aliter dicitur. ꝙ verum est si habet potẽtiam passiuam, quæ est receptiua trãsmutationis. Et cum dicitur. intelligẽtiæ &c. dicẽdum, ꝙ intelligẽtia habet potẽtiam secũdum similitudinem, quia habet diminutionem & perfectionis carẽtiam quæ est in primo principio vel quãdo Commẽt. dicit ꝙ natura intellectus possibilis &c. dicẽdum ꝙ est intelligẽdum ꝙ na-

C turæ intellectus possibilis &c. per diminutionem quam habet respectu perfectionis in primo. ergo non est vera potẽtia. Ad quintum. quod recipit &c. dicẽdum ꝙ verum est si recipit vera receptione. Et cum dicitur. intelligẽtiæ &c. dicẽdum, ꝙ intelligere humanum est pati: sed intelligere intelligẽtiarum nõ est pati, quia nõ recipiũt & intelligũt de nouo, sed secũdum assimilationem est pati in eis inquãtum vna intelligẽtia est inferior alia, tũc dicitur in potẽtia respectu illius, quia est imperfectior.

5. Phy. 9. & 19 (margin)

His autem determinatis, dicamus post hoc vtrum ingenitus aut genitus, & vtrum incorruptibilis aut corruptibilis pertranseuntes prius aliorũ suppõnes. Tex.c.1

QVÆSTIO. XXIX.

An mundus sit genitus.

D

COnsequẽter quæritur circa capitulũ de creatione ipsius mũdi. Vtrum mũdus sit generatus. & arguitur ꝙ sic. Illud, quod dependet ab aliquo tanquam ab agẽte est generatum: quia sic depẽdẽs ab alio est actum, sed actũ est genitum: & mũdus depẽdet ab aliquo vt ab agẽte, per Comẽta. in de Substãtia Orbis. ibi dicit indifferẽter omne corpus indiget virtute agẽte, siue sit simplex, siue compositum, siue genitum, siue ingenitum. vnde dicit, nulla est differẽtia inter indigẽtiam virtutis actiuæ inter omnia corpora, siue sint genita siue ingenita siue simplicia siue composita. Item, omne corpus corruptibile est genitũ, quia corruptibile & genitũ cõuertunt, sicut ingenitũ & incorruptibile, ex Primo hui⁹, sed mũd⁹ est corruptibilis:

quia est compositus ex contrariis, vt igne, & aqua &c.
quæ contrariantur, saltem secundum qualitates, & corru
Te.c8.51. ptio est inter contraria, vt patet primo de Generatione.
Item mundus aut est genitus, aut semper fuit, per suffi-
cientem diuisionem, sed ꝙ mundus non fuit semper pro
batur tripliciter: quia si semper fuit, tunc sunt infinita per-
Te.c8.19. transita, sed hoc est impossibile, vt patet. 6. Phy. non con
tingit infinita pertransiri, nec esse pertransita. cõsequentia
patet, quia infinitæ reuolutiones circulares p̃cesserunt, sed
semper sunt, & illæ iã sunt pertransitæ. Itẽ infinitũ esse
Te.c8.39. maius infinito falsum est, ex. 3. Physi. quia infinitũ non est
usq; 22 n. & deficiente positiuo deficit cõparatiuus. cõsequẽtia pa-
tet: reuolutiones Lunæ plures sunt q̃ Solis, qa Luna p̃fi-
cit reuolutionem suam in mense veniendo ab vno pun-
cto in idem: sed sol in anno tantum perficit reuolutionẽ
suam, modo plures sunt menses q̃ anni, & reuolutiones
solis sunt finitæ & minus, quia duodecies infinites plus.
Item, si semper fuit mundus tunc infinitum est in actu,
Te.c8.36. sed hoc est impossibile, vt patet. 3. Phy. quia infiniti homi
nes p̃cesserunt, si mundus semper fuit, & quilibet homo
habet suum intellectum, cũ intellectus sit forma substan-
tialis corporis, & intellectus est incorruptibilis, vt patet. 2.
Te.c8.21. de Anima. separatur. n. hoc ab hoc tanq̃ perpetuũ a cor-
ruptibili, & infiniti ergo sic sunt in actu intellectus: quia
remanserunt infiniti intellectus hominum.
Te.c.101. OPPOSITVM vult Arist. in litera ꝙ mũdus nõ
est genitus nec corruptibilis: & idem dicit Commẽtator.

CONCLVSIO.

Totum mundum ingenitum secundum totum necesse est esse, tametsi secundum sui partes generatur ac corrumpitur: neque huic obstat ipsum a deo per simplicẽ productionem seu creationem fuisse factum: quod fide firmatur.

Tex. c.35 AD quæstionem dicit Aristo. ꝙ mundus non est ge
nitus s̃m totum, cuius ratio est, quia, si mundus eẽt
genitus s̃m totum, tunc corpora cœlestia essent ge-
Te.c8.27. nita, sed hoc est falsum, vt patet primo hui⁹: quia qcquid
est genitum generatur a contrariis, sed cœlum non habet
contrarium, vt probauit prius. consequẽtia probatur, qa
postq̃ totus mundus corporeus esset genitus, & cœlum
quod est pars mundi, immo est gloriosior pars inquãtũ
plus distat a situ inferiorum: ergo & toto genito & pars
generatur. Item, si mundus esset genitus, vel hoc esset
ex aliquo, vel ex nihilo, per sufficientem diuisionem, sed
nõ potest esse genitus ex nihilo, quia in hoc omnes cõue-
niunt, qui de natura loquũtur, ex nihilo nihil fieri, quia
oportet aliquid subiici ei quod fit. vnde etiam quod fit
oportet p̃existere saltim in potentia, primo Phy. & .7. Me
Tex.c.7 taphy. nec etiam potest esse genitus ex aliquo, quia si mũ
Te.c.34 dus esset totus genitus nihil esset ante eum: quoniam tũc
aliquid esset præter mundum, quod falsum est. similiter
probatur ꝙ non est corruptibilis eodem modo s̃m totũ.
& dico s̃m totum, quia aliquæ partes generantur & cor
rumpuntur, & vt indiuidua, quæ sunt in sphæra actiuo-
rum & passiuorum, & habent materiam, quæ est princi
pium generationis & corruptionis. unde mundus nõ re-
cipit esse in aliquo principio temporis, quod prius non
fuit. Item, si mundus esset, tunc principium generans to
tum mundum præcessit vel natura vel duratione succes-
siua. natura, vt causa præcedit effectum. duratione secun-
dum prius & posterius, per sufficientem diuisionem: sed
primum generans mundum non præcessit duratione
successiua, quia tunc tempus præcessisset, quia nõ est alia
duratio successiua q̃ tempus, sed sic non præcessit, quia
tempus non est sine motu, & motus non est sine mobili:
& ista sunt de toto vniuerso corporeo. Nec etiam natura
præcessit, quia ad hoc q. effectus sit nouus non sufficit ꝙ
causa sit prior natura, quia, si Socr. esset ab æterno, tunc
etiam risibile esset ab æterno, & non esset de nouo causa-
tum ab homine: & tamen natura prior esset risibili, sed
non obstantibus omnibus his, mundus de nouo est pro-
E ductus, cum prius omnino non esset. non tamen genera-
tione vniuoca & passione, vel per aliquam transmutatio
nem, sed per creationem, quæ est generatio æquiuoca &
simplex emanatio, & hoc ipsi ignorauerunt, qui ex sen-
sibilibus fidem receperunt de omnibus. vnde non potest
demonstrari, quia super naturam est, & est fides & veri-
tas, & debemus credere firmiter, q. Deus omnia ex nihilo
creauit Sacris fidei doctoribus assentiendo. Tunc respõ
dendum ad rationes secundum fidem ꝙ non est motus
vniuocus nec generatio ad productionem mundi, sed est
productus sine motu, vt per creationem & simplicem
emanationem a Summo Creatore, qui est actionis exce-
ptæ. vnde, cum dicitur, si hoc esset. tunc corpora cœle-
stia &c. Dicendum, ꝙ nõ sunt genita generatione vniuo
ca, quæ est motus, sed per creationem ex nihilo. i. post ni-
hil. non ꝙ nihil ingrediatur substantiam entium. Et cum
dicitur in secundo argumento ex nihilo nihil fit. verum
est per se, sed per accidẽs bene causatur aliquid ex nihilo.
Et si dicatur esse per accidens reducatur ad per se. dicen-
F dum ꝙ verum est in particulari factione quæ est per mo-
tum, sed in vniuersali non bene quæ est creatio. Vnde ali
quid fit ex nihilo, ita ꝙ præpositio ex, dicat circunstã-
tiam ordinis. Et cum dicitur, ꝙ in hoc omnes conue-
niunt &c. Dicendum, ꝙ verum est ꝙ ex nihilo fiat ali-
quid tanquam ab agente particulari, tamen ab vniuersali
agente ex nihilo bene fit aliqud, vt a Deo, qui habet po-
tentiam ad faciendum plus q̃ intellectus noster possit ex
sensibilibus concipere. Et si quæritur quare fecit sic mun-
dum ex nihilo. dicendum est, ꝙ nihil quæris: quia ꝓpter
se fecit, quia Deus est finis omnium. Ad tertium. si mũ
dus &c. conceditur. Et cum dicitur. dicendum ꝙ deus fe-
cit mundum & tamen non præcessit duratione successi-
ua, sed æternitate, quæ est substantia sua. Et cum dicitur
ad nouitatem effectus &c. Dicendum ꝙ hoc non sufficit.
Dicendum ꝙ verum est in aliis agentibus a Deo, sed in
Deo sufficit, qui causat aliquid de nouo & p̃cedit ipsum
sua natura & causalitate naturæ.
G TVnc ad rationes principales responderet Aris. illud Rñsiones.
quod dependet ab alio &c. conceditur. Et cum dici
tur mundus dependet &c. Aristo. negaret q ab agẽ
te esset vt agens distinguitur contra finem, quia æterna
non dependent ab aliquo tanq̃ a vero efficiente, quod di
stinguitur contra finem, vt dicit Commen. Quarto hu-
ius & Duodecimo Metaphy. Ad auctoritatem Com Cõm.3.
menta. dicendum: q ipse accedit virtutem actiuam pro fi- Cõ.44
ne substantiæ, & nõ solum motus cœli est propter aliud,
vt finem, vt conseruans, & hoc vult dicere Commenta.
vnde totum agens est totus finis. vnde, si intelligeret ꝙ
cœlum dependeret ab agente vero, ꝙ distinguitur cõtra
finem, tunc contradiceret sibi, & ideo habent efficiens. i. fi
nem, quia Deus est melior q̃ cœlum, & melius est finis
minus bono. ex Septimo Politicæ. vnde etiam quando
Commenta. dicit. ꝙ finis significat efficiens significatione Comen.2.
necessaria, intelligit ꝙ efficiens non distinguitur contra fi Cap. de
nem, quia est finis substantiæ mobilis. Ad secundum. substãtia
omne corpus corruptibile &c. cõceditur. Et cum dicitur, Orbis.
H mundus &c. dicendum ꝙ non nisi secundum partes, vt
inferiora, quæ sunt generabilia & corruptibilia ex con-
trariis, & corpora cœlestia nõ, quia sunt incorruptibilia.
Ad tertium mundus aut est genitus &c. conceditur. Et
cum dicitur. si ingenitus tunc infinita &c. negatur: quia in
finita non essent pertransita, quia pertransitus est ab ex-
tremo ad extremum, sed non est extrema reuolutio,
quia non est vltima, quia post quamlibet reuolutionem
est alia. ergo non est pertransitum infinitum. Ad se-
cundam confirmationem. Infinitum esset melius &c. di-
cendum q̃ reuolutiones Solis & Lunæ dupliciter com-
parari possunt. Vno modo ad determinatum tempus,
vt. 100. Annos, & sic plures sunt reuolutiones Lu-
næ q̃ Solis. Alio modo possunt comparari ad totũ tem
pus, sic nõ sunt plures reuolutiones Lunæ q̃ Solis, quia

vtræque

vtraeq; sunt infinitæ, & infinito nõ est maius, sicut in maiori luna non sunt plura puncta q̃ in minori. Ad tertiã confirmationem si sic tunc infinitum &c. negaret Aristo. Et cum dicitur. ꝙ intellectus sunt plures. diceret Aristo. ꝙ vnus intellectus est in omnibus in numero, qui est substantia immaterialis. vbi non inueniuntur plura indiuidua vno: quoniam omnes intelligunt per vnum intellectum motum a diuersis phantasmatibus & cogitationibus.

Tex.c. 10. *Dicitur autem ingenitum vno quidem modo: si sit aliquid nunc prius nõ ens sine generatione & trãsmutatione: quemadmodum quidem tangi & moueri dicunt.*

QVÆSTIO XXX.

An sine generatione posit esse aliquid, postquam non fuit.

Onsequẽter quæritur circa illud capitulũ. primum autem, Vtrum cõtingat sine generatione & transmutatione aliquid esse postq̃ non erat. Et arguitur ꝙ non. quia quod nũc aliter se habet quam prius hoc transmutatur, vt patet Sexto Phy. sed, si (Tex.c. 32 & 5. Phy. 7.) aliquid incipit esse postq̃ non fuit; aliter se habet nunc q̃ prius: quoniam si haberet se ut prius, tunc non haberet se vt prius, & ponitur eẽ, & ita haberet esse & nõ esse. Itẽ, quando aliquid reducitur de potentia ad actum, oportet ꝙ in illo fit transmutatio: quia nihil exit de potentia ad actum nisi per transmutationem: quia sm Aris. vnũ agẽs non congregat inter diuersa, sed illud, quod est in potentia, reducit ad actum, sed actio præsupponit transmutationem, sed si aliquid est quod prius nõ fuit, oportet quidem fuisse in potentia, quia si non, tunc fuisset impossibile. modo nihil est quod impossibile sit fieri. Item, vbicunq; aliquid abiicitur & aliquid acquiritur, ibi est transmutatio, quia sine trãsmutatiõe nihil põt abiici vel acqri, sed cum aliquid est quod prius non fuit ibi non esse abiicitur & esse acquiritur. Item vbi sunt termini transmutationis ibi est transmutatio: sed ens quod incipit esse post non esse habet terminos transmutationis non esse quod est priuatio: & esse quod est forma &c. Item si aliquid incipit esse post non esse sine transmutatione simpliciter. tunc secundum naturam ex nihilo aliquid fit, sed est contra omnes de natura loquẽtes quod ex nihilo nihil fit, sed oportet subiici ei ꝙ fit. consequentia patet. quia æstimaẽ ex nihilo nihil fieri nisi ratione trãsmutationis, quæ oportet habere subiectum, in quo fit: quia aliquid oportet subiici ei quod fit.

Te. c. 111 OPPOSITVM vult Arist. in litera. quia ingenitum vno modo est, quod nunc est, quod prius non esset sine transmutatione, vt tangere & moueri.

CONCLVSIO.

Quod incipit esse, postquam non erat, non semper per transmutationẽ assequitur esse.

Dicendum ꝙ incipere postquam non erat potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ omnino incipiat esse sine transmutatione, ꝙ nec præcedit transmutatio cuius terminus sit per se nec concomitatur ꝙ transmutatur. Alio modo ꝙ incipiat esse sine transmutatione, vt terminus sit per se, tamen concomitatur aliquod ens, quoniam per se est terminus illius. Tunc dicendum ad quæstionem ꝙ primo modo est impossibile sm naturã, & hoc sufficienter probant rationes dictæ & recurratur ibi. Secundo modo dicendum ꝙ põt incipere esse qd' prius non fuit sine transmutatione, quæ per se terminet ad hoc: vt tangere nunc est ꝙ duo tangant se quæ prius non tetigerunt se sine transmutatione, quem terminum per se: sed motus localis terminorum duorum terminaẽ ad vbi, sed bene consequitur. Similiter visio fit a visu, & prius non fuit, tamen motus localis præcessit, & dispo- A sitio: & ille terminatur ad vbi per se & ad hoc consequiẽ immediate & in instãti visio. ratio huius possibile est motum incipere postq̃ non erat, quia omnia non semp mouentur, nec semper quiescunt, sed aliqñ mouentur & aliquando quiescunt, vt patet. 8. Phy. sed motus non est per Tex.c. 14 motum, ꝙ terminet p se motum, quia motus nõ est per Tex.c. 13 se motus, vt subiecti, uel termini. 5. Phy. quia aliter procederetur in infinitum. Notãdum, quamuis motus possit incipere esse põt non esse sine motu per se, cuius per se sit terminus, tamen non põt esse nisi transmutatio pcessit. in mobili vel in alio. vnde licet hic motus nõ sit terminus motus per se, tamen consequitur aliquod ens, quod per se terminat motum, sicut Arist. declarat Octauo Phy. ꝙ post somnum aliquis surgit & prius præcesserunt motus in animali, sicut consumptio humiditatis, sed tamen ille motus non est per se terminus illius, vt dicit Aristote. & Commen. Item si indiuisibile est incipit esse post non Te. c. 17 esse, & tamen illud esse nõ acquiritur per verũ motũ, quia & . 20 B verus motus est partis post partem alicuius perfectionis, Cõm. 4. donec totum perficiatur. dicit Cõmẽ. 3. phy. sed indiuisibile non habet partem post partẽ, quia tunc esset diuisibile, modo sunt aliqua entia indiuisibilia, quæ hñt esse cum prius non haberẽt, vt visio cõpletur in instanti post motũ localẽ & delectatio fit in instanti quãdo appropinquatum est delectabile. 7. Ethi. Similiter illuminatio cum sol mouetur super hemisphærium nostrum, tunc fit in instãti. vnde hic fiunt per transmutationem cũ sint termini per se, sed consequuntur aliquod ens quod per se est termin' huius. Et notandum, ꝙ quãuis motus incipiat eẽ post non esse sine transmutatione cuius sit terminus per se, q̃a per se motus non terminaẽ ad motũ, sed ad aliud vt quãtitatem &c. tñ motus dependet ab aliquo agente per se.

Rationes priores concedendæ sunt vis suis, quia concludunt, ꝙ nõ sunt factæ sine motu prio mõ, vt dictũ est. Tex.c. 116

Necesse quidem igitur potens secundũ excellentiã tan- C *ta, & quæ infra posse, puta si talenta centũ tollere, & duo: & si stadia centum & duo posse ire: virtus autẽ excellẽtię.*

QVAESTIO XXXI.

An potentia seu uirtus per excellentiam determinetur

Onsequenter quæritur, Vtrũ potẽtia rei materialis debeat eẽ determinata per excellentiam. Et arguitur ꝙ non. Illud, per quod determinatur potentia, debet esse tale, ꝙ si potẽtia põt in ipsum, põt, & in alia Et hoc Aris. probat in litera. sed aliq̃ potentia est, quæ etsi possit in excellens & maximum, non põt in minimum, vt si visus potest videre stadium non oportet videre minimum stadii.

OPPOSITVM vult Aris. in litera, ꝙ virtus est Te.c. 116 excellentiæ & determinata ad excellentissimum. & hoc & . 117 idem vult Commen. Te.c. 116

CONCLVSIO.

D **Potentia actiua rei naturalis per excellentiam mensuratur, passiua uero materialis per minimum, spũalis aũt p maximũ determinatæ sunt.**

Notandum ꝙ potentia dicitur dupliciter. Vno mõ est principium operationis. & illa est duplex sm Auer. quædam est actiua. & illa est principiũ transmutandi alterum sm ꝙ in alterum, & passiua potentia est principium transmutandi ab altero vel sm ꝙ ab altero, vt patet. 5. Metaphy. vnde etiam dicit Commenta. in Te. c. 17 Tertio q, potentia actiua mouet illud, cui attribuitur: sed potentia passiua est illud, per quod mouetur illud cui attribuitur. Potentia metaphorice: & secundum similitudinẽ ista inueniẽ in diuinis: quia dicimus ꝙ intelligentia põt eẽ intelligẽtia, & deus põt eẽ deus, & sic nõ accipitur po-

tentia pro actiua vel passiua, sed accipitur pro non repugnantia, vt intelligentia potest esse intelligentia.i.intelligētiæ non repugnat esse intelligentia. Similiter etiam dicimus ꝙ nulla intelligentia liberata est a potentia simpliciter.i. secundum similitudinem.i. secundum perfectionem præter Deum, quoniam omnes aliæ substātiæ a Deo habent aliquid diminutionis & imperfectionis, vt vult Cōmen. Tertio de Anima. (Cōm. 5.) Sciendum, ꝙ tantum cū quæritur, vtrum potentia rei naturalis sit secundum excellentiam loquitur de potentia actiua vel passiua, quæ est principium operationis. Per hoc dicendum est ad quæstionem, ꝙ potentia rei naturalis est excellentiæ, & debet determinari per excellentiam, quia si aliquis determinatur in potentia sua debet hoc esse per excellentiam.i. per maximum, & nō minimum, vt si aliquis potest leuare. 100. libras, ille potest leuare. 10. ergo determinatur per. 100. sic potentia determinatur per excellentiam inquantum pōt. Vnde etiam in antiqua trāslatione dicitur, ꝙ virtus est vltimum potentiæ, vnde potest syllogizare sic per illud determinatur potentia in quod si pōt, pōt etiam in alia, sed si aliquis pōt in excellentissimum ille pōt etiam in minimum. vel qui habet potentiam leuandi. 100. libras etiam habet potentiam leuandi 50. libras. & non econuerso. Et confirmatur. potentia rei debet esse determinata per illud per quod est determinatum & vnum, et non per illud quod est indeterminatum & multa, quia non notificatur aliquid nisi per finitum, quia per infinitū nihil notificatur. sed excellentissimum est determinatum: & vnum vt quod potentiam habet leuandi, 100. libras. hoc est determinatum & vnum: quia non potest in plura q̃ in vnum istud: sed quæ sunt sub eo sunt indeterminata & multa, vt. 70. &. 60. &c. Sciendum, cum quædam sit potentia actiua, quædam passiuam. non æqualiter determinantur per excellentiam eandem, quia potentia actiua determinatur per excellētiam, quæ est in re extrinseca & in obiecto virtutis realis, vt dictū est de potētia leuandi. 100. libras. sed potentia passiua determinatur per excellentiam, quæ est in virtute met: & non in extrinseco, vt potentia visiua per actum excellētem determinatur quæ est respectu minimi visibilis. vnde si potest pati ab illo minimo, & a maximo & non econuerso. Notandum tamen, ꝙ de numero potentiarum passiuarum quædam est organica, vt visiua auditiua, & de ista habet veritatem quod determinatur per excellentiam quæ est in potentia & per actum respectu minimi obiecti quod potest per se existere. Alia est potentia non organica, vt intellectiua & de illa non est ita ꝙ determinat per actiuū minimi intelligibilis, quia non sequitur, quod pōt si intelligere minus potest intelligere maius, sed si maiora pōt intelligere & minore, sicut patet Tertio de Anima. (Tex.c. 7.)

(Rñsiones.) AD rationem in contrarium. illud per quod potentia &c. conceditur. Et cū dicitur. aliqua potentia &c. verum est per minimum quod est intelligere extra tamen per excellentiam quæ est in virtute visiua, quia ille actus est maximus respectu minimi illius rei visibilis, et hoc est excellentissimum in illis. ideo non valet.

(Tex.c. 6)

B *Et vtiq; siquidem impossibile tantum secundum excellentiam dicentibus & plura impossibile: puta non potens mille ire stadia, manifestum quia mille & vnum.*

QVÆSTIO XXXII.

An potentia, vel virtus per minimum, in quod non potest determinata sit.

COnsequenter quæritur vtrum impotentia vel non potentia sit determinata per minimum in quod non potest. Arguitur ꝙ non. quia si esset minimum in quod non posset potentia, tunc cōtinuum esset compositum ex indiuisibilibus, quod est falsum. vt patet Sexto Physicorum. & in libro de lineis indiuisibilibus. (Tex.c. 4.) consequētia probatur, quia, si minimum est in quod non potest, accipiatur in exemplo, quia minimum in quod non pōt potentia quæ leuat. 100. libras. sit primum illud minimum super. 100. vel illud est æquale. 100. vel magis, vel minus non potest esse æquale cū. 100. quia qua ratione virtus illa posset in. 100. & in illud minimum cum sit æquale. nec pōt esse minus, quia quod pōt in maius, pōt etiam in minus. ergo relinquitur ꝙ sit maius: modo tunc illud minimum vel excedit. 100. in indiuisibili, vel in diuisibili. non potest in indiuisibili dici, quia nihil excedit quid esse alterius in aliquo nisi sit compositum ex illo, quod est falsum. quia indiuisibile additum alicui non facit ipsum aliud excedere quantitate, quia indiuisibile nihil auget. ergo in diuisibili excedit illud, tunc id diuidatur, & remota parte ab eo vel potest in residuum vel non. Si pōt in residuum, tunc id non fuit maximum. 100. in quod potuit. Si non potest in ipsum: tunc id non fuit minimū in quod nō potuit, quia illud est minus eo. (Tex.c. 16)

F OPPOSITVM attribuitur Arist. in litera. vnde dicunt expositores, ꝙ sicut potentia naturalis determinatur ad maximum, sic impotentia determinatur ad minimum.

CONCLVSIO.

Naturalis impotentia ad minimum determinata est, sicut naturalis ad maximū.

VNde sciendum ꝙ aliqui dicunt, ꝙ licet sit dare maximum in quod potest potentia naturalis, tamen non est dare minimum in quod nō pōt. vnde etiā Ari. hoc nō dicit in lr̃a, q̃a dicit ꝙ nō pōt in mi⁹ nō pōt in maius, etiā isti dicunt ꝙ non est simile de posse & non posse, quia potentia est res naturalis, & etiam determinata ad maximum, sed impotentia dicit defectum, & ideo, si potentia terminatur ad maximum, non oportet ꝙ impotentia determinetur ad minimum. Sed illud difficile est demonstrare: quia est contra Commen. expresse, (Cōm. 6.) G qui dicit, ꝙ sicut potentia ad maximum determinatur, sic defectus ad minimum: posse est vna dictio.i non posse. vnde licet Aristo. in litera non dicat expresse ꝙ bene dicit ꝙ non potest in minus non potest in maius, sed de diminutione non dicit & expositores volunt, ꝙ Aristo. intelligat minimū. vnde, si aliquis non potest plus leuare q̃. 100. marcas, illa vltima. 100. marcas multa sunt & habent latitudinem. vt. 100. 200. &c. tamē primum est vnū & minimum in quod nō potest. & potest formari ratio. Sicut se habet potentia ad maximum sic impotentia ad minimum. per conuenientem similitudinem: sed potentia est determinata ad maximum. ideo &c. Et confirmatur. res naturales debent esse determinatæ ad maximum & ad minimum: sed impotentia est res naturalis: sicut quies quæ est priuatio motus est res naturalis vel consequitur rem naturalem, similiter impotentia est res naturalis cum sit priuatio rei naturalis, ergo est determinata ad minimum.

B AD rationem dicendum. si ita esset &c. consequētia negatur. (Rñsio.) Et cum dicitur. accipiatur primum minimum &c. dicendum ꝙ est maius. & cum dicitur. vel excedit in diuisibili &c. dicendum ꝙ illud non est indiuisibile vt punctus vel vnitas: quia sic non redderet maiorem quātitatem: quia indiuisibile additum alteri non reddit maiorem quantitatem: vnde est diuisibile secundum quantitatem: quia habet partem extra partem: tamen est diuisibile secundum auferibilitatem. vnde non pōt auferri vna pars quæ diuisim & seorsum existat: quia resolueretur in cōtinens: quia auferibilitas est determinata ad minimum. ergo in illo est minimum quod pōt auferri. licet sit diuisibile s̃m quātitatem & partes in toto. vnde simile est quod dicit Aristo. 8. Physico. in illo cap. Principium autem considerationis. (Tex.c. 23.) dicit ꝙ si multæ guttæ cadunt remouent aliquid de lapide: & id est multum sicut guttæ

multæ

mistæ sunt: tamen quælibet gutta non remouet vnā par
tem prius tempore a lapide ꝙ aliam: sed simul remouen-
tur a lapide: quia non possunt seorsum & diuisim existe-
re, licet, quælibet sit diuisibile vt est in toto: tamen succes
siue est minimum, vnde partes in toto sunt potentia, vn-
de licet in vna massa remoueatur magna pars post aliā:
tamen in illo est deuenire ad minimum quod habet mul
tas partes in toto & quælibet diuisim non requiritur: qa
non potest existere per se, vnde sic est in proposito, ꝙ li-
cet illud in quo excedit id. 100. sit diuisibile secundū par-
tes quidditatiuas in toto: tamen seorsum non est diuisibi-
le ꝙ possit per se quælibet partium existere, ergo rō illā
non concludit. Et sic dictum sit de hoc.

Tex. c. 121 *Impossibile igitur & semper quidē aliquid esse,*
corruptibile autem esse &c.

QVÆSTIO XXXIII.

An aliquod sempiternum corruptibile esse possit.

Te. c. 118 CONsequenter quæritur circa illud capitulum.
Determinatis autem his. Vtrum aliquod sem
piternum possit esse corruptibile. Et arguitur
ꝙ sic, illud, quod habet contrarium, est corru
ptibile, quia corruptio est a contrario & inter
Te. c. 50 & 51. contraria, vt patet primo de Generatione, & primo Phy
sico. sed aliquod sempiternum habet contrarium, vt mo-
Te. c. 81. tus cœli est sempiternus, ex octauo Physic. sed motus
Te. c. 56 cœli habet contrarium, vt Commenta. dicit, quia quie-
17. Me. 41 tem habet contrariam. Item, quod habet materiā hoc
Te. c. 10 est corruptibile, & hoc dico materiam subiectam formæ
substantiali, quæ est in potentia ad esse & ad non esse, qa
potentia materiæ est causa generationis & corruptionis,
sicut abscisio a materia est causa perpetuitatis: sicut dicit
Tex. c. 125 Commen. primo huius, sed aliquod sempiternum habet
materiam subiectam formæ substantiali, & est in poten-
tia ad esse & ad non esse vt species humana & asinina sūt
perpetuæ: & habent materiam quæ potest esse & non es-
se, quoniam aut Socr. vel indiuiduum non corrūperetur
Item, omne genitum est corruptibile, primo huius: qa
genitum & corruptibile conuertuntur, sicut ingenitum
& incorruptibile: sed aliquod sempiternum est genitum:
quia quod dependet ab agēte est genitum & actum: sed
aliquod sempiternum est huiusmodi, vt dicit Commen.
in de Substantia orbis, quia cœlum non solum indigēt
virtute mouente, sed etiam virtute largiente sibi esse &
existentiam: & nulla est differentia inter indigentiam vir
tutis actiuæ in corpore simplici & composito, vel gene-
rabili & ingenerabili &c. & cum cœlum sit perpetuū, &
habet agens, ideo videtur ꝙ sit genitum.
Te. c. 120. & 125. OPPOSITVM credit Aristo. se demonstrare in li-
tera: quia dicit ꝙ omne sempiternum est ingenitum & in
corruptibile & nullum sempiternum est corruptibile: &
hoc idem vult Commen. & expositores.

CONCLVSIO.

Sempiternū aliquod esse genitum, vel corrupti-
bile, est impossibile.

NOtandum ꝙ non est dubium, ꝙ sm Aristot. in
tentionem esset dicendum ꝙ nullum sempiter-
num esset genitum, quia impossibile est sempiter-
Tex. c. 119 num esse corruptibile, & hoc probat Aristote. suppo-
nendo duo principia, quorum vnum est, possibili posito
in esse, nullum sequitur impossibile, licet posset sequi fal-
sum, quod est naturaliter intellectum, aliud supponit ꝙ
impossibile est vnum & idem esse & non esse simul: quia
prima dignitas est, non contingit idem esse & non esse si-
mul. Ex his probatur conclusio, illud est impossibile
corrumpi, quod, si poneretur corrumpi inesse sequeretur
impossibile: sed si semper ens ponitur corrūpi, sequitur
impossibile, quod semper ens corruptum esset, quia per-
petuum dicitur esse semper & non esse, quia genitum est
quod iam est prius non fuit, modo signetur illud in-
stans vel hora in quo sit possibile non esse, & cum sit cor
A ruptibile non est, & tu ponis semper esse, ergo in eodem
instanti est & non est. Et confirmatur, si aliquod sem-
piternum est corruptibile, tunc sequitur, ꝙ potentia ad
esse & non esse non distinguitur in tempore: sed hoc est
inconueniens, quia in omni quod potest esse & non esse
tempus potentiæ ad esse & non esse distinguuntur, sed si
aliquid potest esse & non esse, tunc non distinguuntur,
consequentia patet, quia quod semper est ponitur in tem
pore infinito semper esse & incorruptibile, & quia corru
ptibile & in eodem pōt non esse, quia extra tempus infi-
nitum non est tempus. Sed si dicatur, aliquid est cor-
ruptibile de natura sui & perpetuatur ab alio, de hoc fiet
quæstio specialis. Vtrum illud quod est corruptibile de
sui natura pōt pperuari ab alio quod est extrinsecū sibi.
Et notādum, ꝙ per eandem rōnem potest probari ex
principiis Aristo. sm naturam ꝙ impossibile est ꝙ sem-
per non ens sit generabile, quia antequā ens si esset genera-
bile, tunc idem esset simul & non esset, sed illud est impos
B sibile, quod si ponatur esse sequeretur impossibile, sed si
semper non ens ponitur generabile, tunc idem simul est
& non est, quia si nunquā est semper ponitur non esse &c.
quia ponitur generabile, & illud habet veritatem tam de
substantiali quā de accidentali prædicato quod est semper
non ens esse generabile: quia implicat contradictionem
eandem, vnde semper est eadem, & ex eisdem principiis:
sicut nullum sempiternum est corrūptibile, sic nullū sem-
per non ens potest esse generabile. Et confirmatur, sem
per ens & non ens opponūtur, sicut omnis & nullus, mo
do impossibile & necessarium sunt opposita, ex secundo
peri hermenias, mō si oppositum in opposito & ppositum
in proposito, illa regula non fallit in prædicatis per
se modo, omne semper ens necessarium est esse ex prædi-
ctis, ergo semper nō ens impossibile est, vnde locus, si op
positum in opposito &c. modo si semper nō ens esset ge-
nerabile, tunc non esset impossibile nō esse, ergo semper
non erit & etiam erit. Notandum, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ
semper non ens aliquod dicere generabile potest teneri;
C & semper ens corrumpi potest teneri, etiam cōtradictio
Aristo. quia potest esse aliquid & non esse simul in eodē
instāti temporis, sed non naturæ, sed hoc non valet: qa
si aliquid potest esse & non esse in eodem instanti tempo
ris, tunc instans naturæ, quia oportet illud instans natu-
ræ esse indiuisibile: qm, si esset diuisibile, tunc melius pos-
set esse in illo quā in instanti temporis, quia magis diuisibi-
le est, ergo est indiuisibile, vel est substantia vel accidens;
vel nihil, non potest esse nihil, tunc ex nihilo aliquid esset
& non esset, quod est impossibile. Si substantia indiuisi-
bilis, tunc aliquid habet esse & non esse in intelligentia in
diuisibili: quia intelligētia est substātia indiuisibilis, quod
est impossibile. Si est accidens indiuisibile vel reducitur
ad continuum, vel discretum, si cōtinuum vel est perma-
nens vel successiuum, si permanens tūc est punctum: tūc
aliquid habet esse & non esse in puncto indiuisibili. Si est
successiuum tunc est instans temporis: & tūc redibit idem
qd in eodem instanti temporis habet esse & nō esse: quia
indiuisibile nō est successiuum nisi instans temporis, non
D potest autem dici ꝙ sit indiuisibile accidens quod redu-
citur ad discretum qa tunc esset vnitas, & aliquid in vni-
tate indiuisibili esset & non esset. Sed aliquis posset di-
cere ꝙ illud indiuisibile & instans naturæ non est positi-
uum aliquod naturæ, sed est negatio, tunc oportet dici,
quod sit negatio prioris & posterioris in causa, quia be-
ne dicimus, quod homo & risibile sunt in eodem tempo
re, sed non sunt simul natura: quia vnū est causa alterius,
vt homo est causa risibilis vt sic: quia prius est natura tā-
quam causa, & tamen non est prius tempore, cum ergo
aliquid sit prius & posterius sm naturam, tūc hoc est po-
sitiuum, ergo indiuisibile est sm naturam, & si sit nega-
tio, oportet ꝙ sit negatio prioris & posterioris in causa:
& sic sm carentiam esse prioris & posterioris: tunc in eo-
dem tempore simul contradictoria vera essent: quia tunc

esse & nō esse simul in eodem instanti naturæ sunt ſm carentiā causæ prioris & posterioris, quia neutrū est cā alterius, vt non esse non est cā esse, nec ecōuerso, & sic sunt in eodem instanti. Sed istud nō præiudicat diuinæ potentiæ & fidei: quia veritas est, q Deus pōt aliquid quod nunq̄ erit facere generabile & sempiternum corruptibile: sed hoc est super naturam: quia ex sensibilibus nō pōt demonstrari: quod si demonstrari posset, tunc non haberemus meritum credendo, vñ diuina potentia plus facit q̄ intellectus vnq̄ pōt concipere. Et rationes Ari. valent q idem esse in eodem instanti & non esse &c. Dicendū q sequitur secundum naturam: sed Deus pōt facere hoc est deducere q, nulla erit cōtradictio: sed in hac vita ignoramus quomodo euitaretur illud impossibile.

Responsio. Per hoc ad rōnes responderet Aristo. Ad primā, omne quod habet contrarium &c. conceditur vt sic. Et cum dr̄, sempiternum aliquod &c. dicendum q nō est verum: quia motus cœli ſm totum est sempiternus, & sic nō opponitur sibi quies: quia sic non incœpit, nec desinet: sed ſm partem incœpit & desinet: quia vna reuolutio particulariter succedit alteri, & sic quies opponitur ei: quia quies, quæ nunc est, respectu crastinæ reuolutionis, opponitur crastinæ reuolutioni: sed secus est de substantia, quæ nō habet oppositam quietem: quia vna pars nō succedit alteri: ergo sempiterna substantia nec ſm partem habet quietem contrariam, & ita debet intelligi dictum

11. Me. 41. Commen. Ad secundū, cum dr̄, q habet materiā &c. conceditur. Et cum dr̄, aliquid vt cœlum &c. dicendum, q non habet materiam, quæ sit in potentia ad esse & ad non esse, & cum dr̄ de specie humana &c. dicendum, q habet materiam in indiuiduis in potentia ad esse & non esse, & sic corrumpitur in indiuiduis. Et cum dr̄, species est perpetua, verum est: quia totum non corrumpitur & simul quo ad o.a indiuidua: quia semper manēt, sed indiuiduū corrumpitur: quia non semper manet, sicut species sed corrumpitur ſm partes successiue. Ad tertium: oē genitum &c. cōceditur, cum dr̄, aliquod sempiternū &c. negatur accipiendo genitum qd̄ est & prius nō fuit: quia tunc simul esset ens & non esset, ad probationem, omne qd̄ dependet &c. verum est si dependet ab agente vt distinguitur contra finem, & cum dr̄, cœlum &c. dicēdum q non dependet ab agente vt distinguitur contra finem: sed accipit ibi agens pro fine substantiæ, & dixit hoc, vt distingueret etiam inter motum cœli & substantiam: q non solum motus dependet a virtute mouente, sed etiā substantia cœli dependet a virtute actiua, idest fine conseruante suum esse, & non solum motus, vnde dicit q totum mouens est totum agens quantum ad finem sub-

Commen. 1. Cōm. 4. stantiæ. Vnde non vult dicere, q dependet a virtute actiua tanquam vero agente: quia dicit quarto huius, q cœlum de quatuor causis habet duas, vt formam & finem, quia non habet proprium efficiens & materiā, vnde dicit & in 12. q in corporibus cœlestibus non est consecutio causæ ad causatum proprie, vt efficiens, sed est consecutio prouentus ad finem: quia agens verum apud Aristote. non extrahit nisi illud quod est in potentia ad actum & cetera.

Tex. c. 33 *Corrumpitur igitur quandoq; corruptibile, & si generabile factum est: possibile enim factū esse: & non semper quidē esse.*

QVÆSTIO. XXXIIII.

An quodlibet generabile ex necessitate generetur.

Consequenter quæritur, Vtrum omne generabile ex necessitate generet̃. Arguitur q, nō, qa si omne generabile ex necessitate generetur, tūc oīa futura de necessitate eueniēt quæ sūt futura: sed hoc est falsum

Tex. c. 4. & cōtra Ari. primo Peri herme. & sexto Met. q nō oīa de necessitate eueniūt quæ futura sunt: qa tūc nō oporteret cōciliari & negociari, cōsequētia est manifesta: qa postq̄ omne generabile de necessitate generabitur, tunc omne futurum de necessitate eueniet, quia generabile de necessitate generari nihil aliud est q̄ futurum ex necessitate euenire.

OPPOSITVM arguit̃. sicut se habet corruptibile ad corruptionem, sic generabile ad generationem: sed omne corruptibile ex necessitate corrūpitur, quare &c. maior patet per conuenientem similitudinem, minor patet ex prædictis secundum Aristo. quia nullum sempiternum est corruptibile, & nullum corruptibile est sempiternum, quia negatiua conuertitur: & ex hoc sequitur corruptibile necessario corrumpi. Tex. c. 31

CONCLVSIO.

Quodcunq; generabile licet necessario generetur: oppositum nihilominus catholice asserere non inconuenit.

Dicendum est ad quæstionem ſm principia Aristo. quæ si tenent, tunc videtur ex intentione eius omne generabile ex necessitate generabitur, & hoc siue sit substantia simplex, siue composita, vel accidens reale, vel intentionale: quod apparet per eandem rationem, per quā probauit nullum sempiternum esse corruptibile, quia ratio illa habet eandem virtutem quātum ad vtranq;, id impossibile est corrumpi, quod si poneret̃ corrūpi sequeretur impossibile, quia posito possibili in eē nullum sequitur impossibile, licet possit sequi falsum: sed, si sempiternum esset corruptum, sequeretur impossibile. s. q. idem simul esset & non esset, componēdo simul esse cum esse & non esse: sed hoc est contra primam dignitatem, nō cōtingit idem simul esse & non esse. Quod autem sequeretur patet, quia signa instans, in quo sit corruptum, in illo nō, vt ponis modo, quia tunc semper est in illo eodem instanti non est, & hoc sequitur cōuersa eius, quia nullum corruptibile sempiternum est, ex his sequitur, q omne corruptibile de necessitate corrumpitur, & si ista ratio est demonstratiua, tūc per eandem rationem deducitur: q omne generabile de necessitate generabitur illud est impossibile, quo posito in esse sequitur impossibile, & hæc maior probata est prius, sed, si semper non ens esset, esset generabile, tunc idem simul esset & non esset: sed hoc est impossibile, vt prius probatum est, consequentia patet, quia signa instās, in quo generabitur, & in illo habet esse, quia in illo instanti generabile est in quo generatum est: sed ponitur semper non esse, vnde tūc nullum semper non ens est generabile conuertitur negatiua vniuersalis, nullum generabile est semper non ens, & ex his sequeretur omne generabile de necessitate generabitur. Item, semper ens & semper non ens sunt opposita, sicut impossibile & necessariū. Ex hoc sic, omne semper ens est necessarium esse, ergo omne semper non ens est impossibile, antecedens patet, quia illa conuertuntur, consequētia patet, si oppositum in opposito & propositum in proposito, sed semper ens & semper non ens opponuntur ex vna parte, sicut necessarium & impossibile ex alia parte, modo, quod impossibile est non est generabile, ergo, q nunq̄ est non est generabile, modo conuertitur in istam, nullum generabile semper nō est, & ex his sequitur ista, omne generabile de necessitate habebit esse, & non pōt habere esse nisi per generationē, ergo omne generabile de necessitate generabitur. Tex. c. 32

Argumētū contra conclusionem. Contra hoc arguitur, si omne generabile de necessitate generabitur, tunc tollitur contingens ad vtrumlibet, modo, de ratione contingentis ad vtrumlibet est q possit esse & non esse, & quod potest non esse non est necessarium esse, ergo tollitur contingens ad vtrumlibet.

Secundo. Similiter tollitur libertas arbitrii: quia de ratione arbitrii liberi est q possit velle qd̄ nunq̄ potest velle, & potest facere & potest nūq̄ facere, quia ad hoc q homo habeat libertatem arbitrii requiritur q possit velle, & q id possit nunq̄ velle & posse facere q nunq̄ faciet: sed, si omne generabile de necessitate generetur, tunc actus vo-

luntatis determinatur neceſſario ad eſſe quod nunquam poſſet non eligere vel non facere, & per hoc tollitur pœna malorum & præmium bonorũ, quia ex his, quæ de neceſsitate inſunt, non contingit vituperari, vel puniri, vel præmiare aliquem vel laudare, modo omnes actus humani ex neceſsitate euenient, & hoc eſt contra omnes leges, quæ dicunt, ꝙ aliqui ſunt laudandi & aliqui vituperandi & aliqui puniendi & aliqui præmiandi.

Tertio. Item ponatur ꝙ iſte homo moriatur antequam cogitauit triangulum habere tres, & tamen poſsibile eſt ante mortem ipſum cogitare, tunc quæritur, vtrum ante mortem habuit potentiam vel non. Si habuit potentiam cogitandi, tunc ille actus cogitandi fuit in eo generabilis, & nunquam generabitur: quia mortuus eſt. Si dicis, ꝙ non habuit potentiam cogitandi, hoc falſum eſt: quia potentia cogitatiua ſequitur formam humanam: & ipſe habuit naturam humanã: ergo habuit potentiam cogitandi: & actus cogitandi potuit generari in eo: & tamen nunquam generabitur.

Quarto. Item, ſi ita eſſet tunc nihil eſſet fruſtra: ſed fruſtra eſt quod ordinatum eſt ad acquirendum aliquem finem, quem non acquirit: ſed, ſi omne generabile de neceſsitate generabitur, tunc omne natum attingere aliquem finem de neceſsitate attinget ipſum: & ita hæc eſt difficultas, quia ex vna parte eſt contra primam dignitatem, ex alia parte ſequũtur multa inconuenientia. Siquis vult tenere principia Ariſto. tunc ſicut nullum æternũ eſt corruptibile, ſic nullum ſemper non ens eſt generabile, & per cõſequens nullum generabile eſt ſempiternum, & per conſequens omne generabile de neceſsitate generabitur.

Solutiones. Ad primũ. Ad primum dicendum cum dicitur, ſi ita eſſet &c. dicendum ꝙ non tollitur contingens ad vtrumlibet. Et cũ dicitur de ratione contingentis eſt &c. dicendum ꝙ de ratione contingentis ad vtrumlibet eſt ꝙ in aliquo tempore poſsit eſſe, & in aliquo tempore non poſsit eſſe, & non eſt de ratione eius ꝙ nunquam fit, vel ſi Soc. currat cras ante currere poteſt & in aliquo tempore non currere: & non poteſt nunquam non currere, vnde poſtquam curret nõ poteſt nunquam currere, & hoc ſufficit ad cõtingens.

Ad ſecũdũ. Ad aliud tunc tolleretur liberum arbitrium, dicendum, ꝙ nõ ſequitur, quia liberum arbitrium eſt quod eſt gratia ſui, vt patet in procemio Metaph. ergo liberum, habet illud, quod eſt gratia ſui licet ex neceſsitate agat, vnde hoc non tollit libertatem, ſed ageret gratia alterius. Et cum dicitur ꝙ aliquis poteſt eligere &c. dicendum ꝙ non: quia eligit propter intrinſecum quod poteſt eligere hoc quod non aliud: & hoc eſt de natura ſui, nam Deus habet maiorem libertatem & mouet vniuerſale, & non poteſt non mouere ſecundum Ariſto. quia de neceſsitate mouet, & ſic homo poteſt eligere & non poteſt nunquam id eligere: quia homo eſt gratia ſui ꝙ eligit, & eſt de ratione libertatis quod nõ eligat gratia extrinſeci, & in hoc differt liber a ſeruo: quia liber non vult eligere propter extrinſecum aliud, ſed gratia ſui, ſed ſeruus eligit propter aliud vt propter dominum: & hoc eſt ratione libertatis ꝙ eligat gratia ſui, & non propter aliud & non poteſt hoc nunquam eligere.

Ad tertiũ. Ad tertium cum dicitur, tunc tolleretur punitio &c. dicendum ꝙ non ſequitur: quia Deus honoratur ex neceſsitate naturæ ſuæ, quia eſt bonus, vnde ad hoc ꝙ aliquis laudetur, non oportet ꝙ illud quod poteſt facere poſsit nunquam facere: quia hoc non eſt de ratione honoris & laudis: ſed ſufficit ꝙ in ſe ſit bonum ad hoc ꝙ laudetur, & cum dicitur, quæ ex neceſsitate inſunt &c. dicendum ꝙ verum eſt ſi inſunt ex neceſsitate violentiæ, vt ſi aliquis traheret per crines aliquem, & faciat malũ nõ eſt vituperabilis actus: ſed ex illis quæ inſunt ex neceſsitate naturæ, quod impoſsibile eſt aliter ſe habere cõtingit laudari, ſi ſit bonum in ſe, & ſi ſit malum in natura ſua vituperari, & ſimiliter de pœna & punitione.

Naturalia digna laude quãquã ſint & honorari debẽt & e cõtra mala vituperari, ac puniri.

Ad quartum, cum ponatur ꝙ hic homo &c. tu quæris, an &c. dicendum ꝙ in toto tempore præcedenti non potuit cogitare ex neceſsitate: quia ſi aliquis in tota vita ſua non videt impoſsibile eſt ipſum videre. Et cum dicitur, potentia cogitatiua &c. verum eſt eorum quæ cogitabuntur: A ſed eorum quæ non cogitabuntur impoſsibile eſt: quia potentia non eſt realis reſpectu illorum, quæ non cogitabuntur, vnde eſt figmentum, quia implicat contradictionem, ꝙ nunquam cogitabit quod potentiam habeat cogitare: quia tunc cogitat ſimul & non cogitat.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum, ſi omne generabile &c. dicendum ꝙ nihil eſt fruſtra: quia eſt dignitas in natura perpetuo nihil eſt fruſtra, quia quod poſsibile eſt attingere finem neceſſario attinget eum. Sed diceres; iſte poteſt eſſe Papa ante mortem, ſed non erit dicendum ſi non ſit Papa añ mortem nunquam habuit potentiam, dicẽdum tamen ſecundum fidem & veritatem: quod aliquod eſt generabile & nunquam generabitur & poteſt generari: aliquis poteſt velle quod nunquam poteſt velle, & poteſt facere quod nunquam poteſt facere: & hoc eſt credẽdum, licet Ariſto. non potuerit concipere, quia ex ſenſibilibus non potuit demonſtrare: ſed eſt principium noſtrum, quia eſt ſuper naturam & in potentia dei qui omnia põt: & ex hoc B credẽdo habemus meritum, quia ſecundum Aug. ibi ceſſat meritum vbi ratio humana præbet experimentum, vnde in materia prima eſt aliquid generabile, quod nunquam generabitur.

Rñſiones. AD argumentum cum dr̃, ſicut ſe habet &c. conceditur. Et cum dr̃, quod eſt corruptibile &c. dicendum ꝙ non ſequitur impoſsibile, & cum dicitur ꝙ idem eſſet in eodem &c. dicẽdum ꝙ non eſt in eodem inſtanti temporis. Et cum dr̃, ꝙ hæc eſt prima dignitas, dicendum ꝙ non contingit eſſe & non eſſe nõ eſt prima dignitas, ſed illud ꝙ non eſt idem eſſe non eſſe ſimul: eſt prima dignitas. Sed hæc ſolutio non placet aliis, vnde iſta propoſitio; non contingit idem eſſe & nõ eſſe, eſt cõtingens vel neceſſaria, ſed non poteſt eſſe cõtingens, quia tunc prima eſſet contingens. quod eſt falſum, quia demõſtratio eſt ex neceſſariis primo Poſteriorum, ergo eſt neceſſaria, non contingit idem eſſe & non eſſe ſimul, ergo ſua oppoſita eſt impoſsibilis: contingit idem eſſe & non C eſſe. Vnde dicendum eſt aliter ſecundum aliquos, ꝙ idem contingit ſimul eſſe & non eſſe in eodem inſtanti tẽporis, ſed non naturæ, ſed hoc non valet: quia illa ſunt ſimul natura & non ſolum tempore, quæ ſimul ſunt tempore: & vnum non eſt cauſa alterius, vt patet ex prædictis, & per oppoſitum prius natura eſt quod eſt ſimul in tempore cum alio, & tamen vnum eſt cauſa alterius, vt homo eſt cauſa riſibilis, vt patet ex prædictis; & quinto Metaphyſi. ergo illa dicuntur eſſe ſimul in eodem inſtanti naturæ, quæ ſunt in eodem tempore, & vnum non eſt cauſa alterius, & per oppoſitũ prius natura, vnde ſimul in eodem inſtanti naturæ, dicit priuationem cauſæ. Et dices, vnde habebis hoc, dicendum ex ſecundo de Anima. cap. de tangibili, quia differentia eſt inter tangibilia & alia ſenſibilia, quia tangibile ſimul immutat medium tactum modo, certum eſt, quod non dicit ſimul tantum ſimultatem temporis, ſed etiam ſimultatem naturæ, quia viſibile etiam ſimul tempore immutat medium & viſum, cum in inſtãti fiat, ergo oportet quod ſimul dicat ſimultatem D naturæ, ideſt ſimul natura, ideſt ꝙ neutrum ſit cauſa alterius, vt medium non eſt cauſa immutationis tactus, ergo videtur, ꝙ ſimul in eodem inſtãti dicat priuationem prioris & poſterioris in cauſa, ſed eſſe & non eſſe habent ſe ſic ꝙ vnum quod non habet cauſalitatem ſuper aliud, quia non eſſe non eſt cauſa eſſe, nec econuerſo. Similiter ꝙ eſſe eſt cauſa non eſſe, vt tantum eſſe non eſt cauſa non eſſe, ergo ſi contingit idem eſſe & non eſſe in eodem inſtanti temporis, tunc etiam habet veritatem quod in eodem inſtanti naturæ, ſed qui tenet aliam viam reſpondet ad rationem. Si omne generabile &c. tunc omnia futura &c. dicendum quod duplex eſt neceſsitas. ſ. interciſa & continua, & interciſa eſt duplex, quædã eſt determinata quo ad nos & naturam vt eclypſis Solis. Sed alia eſt determinata quo ad naturam, indeterminata quo ad nos, modo omnia futura non eueniunt ex neceſsitate continua,

Tex.c.6.16. Tex.c.115

sed intercisa necessitate quæ determinata est in natura, nō tamen quo ad nos: & sic non valet.

Te.c.ß.116 *Si autē non consequuntur adinuicē incorruptibile & ingenitū, necesse neq; genitū neq; incorruptibile sempiternū esse.*

QVÆSTIO XXXV.

An ex sui natura corruptibile, ab extrinseco perpetuari valeat.

CONsequēter quæritur, Vtrum aliquod corruptibile de sui natura possit perpetuari ab extrinseco. Et arguit̃ ꝙ sic, agēs omnipotēs potest perpetuare illud quod est de se corruptibile, quia potest omnia facere, aliter non ens omnipotens: sed aliquod est agens omnipotens extrinsecū secundum quod omnes leges dicunt. ideo &c. Item, motus cœli est per se corruptibilis: quia dicit Commenta. duodecimo Metaphysi. ꝙ motus cœli de se possibilis est esse & non esse, sed motus cœli perpetuatur ab alio, vt dicit Commentator ibidem. Item quælibet, species materialis est corruptibilis: quia habet materiam, quæ est principium generationis & corruptionis: etiam quod est idem essentialiter cum corruptibili est corruptibile, sed species est eadem cum indiuiduis, quæ corruptibilia sunt vt homo idem est cum hoc homine, sed species materialis perpetuatur, aliter enim totum vniuersum non esset perfectum, nisi haberet species omnes suas.

Cōm. 41

1.tex.c.121 vsq; in fine — OPPOSITVM vult Cōmē. in isto primo: quia vult quod non sit aliquod corruptibile quod possit perpetuari ab alio: quia quod est corruptibile per se non perpetuatur ab alio, ergo corruptibile non perpetuatur ab alio, & potest formari ratio, nullum perpetuum est corruptibile, sed quod perpetuatur ab alio est perpetuum, ideo &c. maior patet ex dictis: q̃a nullum semper ens est corruptibile: modo, si nullum perpetuum ab alio est corruptibile, tunc nullum corruptibile perpetuatur ab alio: quia vniuersalis negatiua conuertitur.

CONCLVSIO.

Corruptibilium ex se secundum totum, nullum ab aliquo extrinseco perpetuari potest, corruptibilia uero secūdum partium successionē ab alio perpetuari ualent: cui non obstat contrariū Catholice asserere.

Tex.c.121 — VNde dicendum ſm principia Aristote. & Commenta. quod corruptibile dicitur habere potentiam ad nō esse: modo aliquid dicitur habere potentiā ad corruptionem & nō esse dupliciter. Vno modo quod potest totum simul corrūpi, vt hic homo. Alio modo quod non potest simul corrumpi totum, sed vna pars eius successiue post aliam, vt posteriori parte adueniente præcedens corrumpatur. Vlterius notandum, quod aliquid perpetuari ab alio potest intelligi duobus modis. Vno modo secundum idem sui, vt quod remaneat ſm eandem formam in numero. Alio modo nō ſm idem sui, sed secundum aliam & aliam partem sui.

1.te.c.121 in fine — Tunc secundum Aristo. dicendum est ad quæstionē, quod est corruptibile primo modo non perpetuatur ab alio: sed quod est corruptibile secūdo modo bene perpetuatur ab alio. Rō primi est, illud est impossibile non esse quod si poneretur non esse sequeretur impossibile: quia simul esset vel non esset: quia quod perpetuatur ab alio ponitur esse, sed non est quia ponitur non esse.

Item secundo, possibile eē & impossibile esse sunt opposita: modo, possibile esse ex se est impossibile esse ex alio: ergo per oppositum, quod est impossibile ab intrinseco est impossibile ex se, ergo, si aliquod est corruptibile ex se & perpetuaretur ab alio, est corruptibile ab extrinseco.

E Item, si aliquod est corruptibile ex se, & perpetuatur ab alio, tunc potentia illa ad corruptionem in toto tempore est ociosa: sed hoc est falsum: quia licet in natura ad tempus determinatum sit ociosum, nō tamen est ociosum æternaliter: quia tunc illa potentia esset frustra, consequentia patet, quia hic homo habet potentiam ad nō esse & perpetuatur: & sic habet esse æternaliter & nunquam non esse, ergo potentia ad non esse est frustra.

Ratio secundi, quia motus cœli est perpetuus ab extrinseco, & est corruptibilis secundo mō: quia eius partes successiue corrumpuntur, non ꝙ totus simul corrumpatur, quia non est timendum quod cœlum stet: sed secū do modo est corruptibilis, quia habet cōtrarium, vt quietem & perpetuatur ab alio non secundum idem sui: sicut cœlum manet idem secundum sui substantiā. Sed hic est dubium, quia sicut se habet generabile ad semper non ens, sic corruptibile ad semꝑ ens, sed generabile aliquod potest esse semper non ens, ergo corruptibile semper erit ens non ex se sed ab alio, quia omnes leges cōueniunt in Dubium.

F hoc quod omnia eueniunt ex necessitate, quia si sic, tunc non oporteret consiliari & negociari, quod est cōtra bonos mores & omnes leges. Ad istam rationem dictū est prius, cum dicitur, sicut &c. conceditur. Et cum dicitur &c. dicendum quod secundum Aristo. est impossibile, & cum dicit, ergo omnia eueniunt ex necessitate, dicēdum ꝙ duplex est necessitas. Continua secundum ꝙ aliquid in quolibet tempore est vt Deus. Alia intercisa secundum ꝙ aliquid esse habet in determinata parte temporis quo ad nos, & quo ad naturam, vt eclipsis Solis & Lunæ habent esse in determinata parte temporis & non esse in determinata parte, & intellectui humano notum, quia bonus Astronomus bene scit distantiam eius a præsenti nūc, & etiam determinata quo ad naturam, sed alia est necessitas intercisa determinata quo ad naturā & non quo ad nos: cuius distantia non est mensurata & nota a nobis a præsenti nunc, vt ire cras ad ecclesiam: & illa est contingens ad vtrumlibet. Vnde, quando dicitur, ꝙ tunc omnia ex necessitate euenirēt, dicendum, ꝙ non ne- Solutio.

G cessitate continua, nec etiam determinata quo ad nos & quo ad naturam: quia illa distantia a præsenti nunc non est mensurata quo ad nos, sed bene est determinata quo ad naturam, & cum dicitur, quod tunc non oportet consiliari &c. dicendum ꝙ de necessitate, quæ est in futurum & oportet consiliari: quia consilium est de numero omni & ipsa prosilijt super omnes res necessarias, vnde necessitas includit cōsilia: sicut si omnis homo est animal oportet ꝙ Soc. sit animal: quia est homo, vnde bene concluditur ꝙ nō est de necessitate continua nec intercisa, quæ est determinata quo ad nos & naturam, quia non consiliamur de eclipsi Solis & Lunæ: sed oportet cōsiliari quo ad necessaria quo ad nos: indeterminata tamē quo ad naturam, vnde consilia non sunt frustra: quia frustra est qđ ordinatur in finem, quem non attingit: sed illa consilia attingunt finem sicut solem oriri cras non est frustra potentia, quia orietur, vnde consiliatio non ordinatur ad hoc ꝙ nunquam possit esse. Tenendo principia veritatis & fi- Quæ nō cōsiliamur.

H dei, dicēdum, quod aliquod corruptibile de se potest perpetuari ab alio, vt a Deo, & hoc non potest conuinci ex sensatis, ideo Aristo. hoc non potuit capere, quia tantum fidem habuit de illis, quæ possunt conuinci ex sensatis, & similiter Commenta. Ad argumentum in contrariū, cum dicitur, illud est impossibile non esse &c. conceditur. Et cum dicitur &c. dicendum quod non sequitur impossibile: quia Deus potest facere hoc sine consecutione impossibilis, sicut fecit tempus & potentiam, & ita potest retrahere eam. Quid fides in hac parte tenidū.

Rōnes.

AD rationes in cōtrarium responderet Aristote. ꝙ Deus est omnipotens &c. diceret Aristo. ꝙ Deus est omnipotens respectu possibiliū, sed non habet potentiā ad impossibilia, sed illud impossibile est ſm eū.

Ad secundum, cum dicitur, motus &c. dicendum ꝙ motus cœli est corruptibilis successiue, & non totus simul, sed quo ad partes: & cum dicitur, perpetuatur ab

alio, dicendum quod non perpetuatur secũdũ idem sui, sed secundum diuersa sui, vt dictum est. Ad tertium, A species materialis &c. dicendum quod species materialis non est corruptibilis simul secundum omnes partes sui & quantum ad omnia supposita simul, sed successiue, sic Te.c.137. perpetuatur.

Quod autem necesse consequi ex his manifestũ. Genitum enim & corruptibile consequuntur adinuicem.

QVAESTIO XXXVI.

An omne Genitum sit corruptibile.

Consequenter quaeritur, Vtrum omne genitum sit corruptibile. Arguitur quod non: quia, si omne genitum esset corruptibile, tũc contingeret aliquod corruptum idem in numero regenerari: sed hoc est falsum naturaliter, quia dicit Aristote. secundo de Generatione, quod, Te.c.70 quorum substantia deperit, non eadem in numero redeunt, quinto Physicorum, etiam satis patet consequentia, supponendo vnum: quod priuatio alicuius formae non corrumpitur nisi generetur forma cuius est priuatio, ergo, si ille homo corrumpitur, tunc priuatio formae est generata, modo, si tunc omne genitum est corruptibile, & tunc priuatio formae praecedentis corrumpetur: & oportet quod eadem forma praecedẽs in numero regeneretur quia priuatio formae in numero nõ corrumpitur nisi per aduentum illius formae in numero, & illa est corrupta, ergo regenerantur eadem in numero.

Tex. c.121 & 122. OPPOSITVM vult Aristote. in litera, ex intentione enim probat ꝙ omne generabile est corruptibile, quia ista duo conuertuntur.

CONCLVSIO.

Genitum omne necessario corruptibile est.

Tex. c.52 Dicendum ad quaestionem, quod omne genitũ est corruptibile, quia quod habet materiam est corruptibile, quia materia est principium qua res potest esse & non esse, Septimo Metaphysi. Te.c.33. sed omne genitum habet materiã: quia aliquid generatur ex subiecto. quia ex nihilo nihil fit, primo Physicorum, & illud subiectum est materia, vnde, si est genitum quo ad esse substantiale, & si est genitum quo ad esse accidentale, tunc habet materiam, quae est potentia ad esse accidentale.

Tex. c.126 Item, secundo secundum Aristote. inter semper ens & semper non ens est medium, de quo verificatur negatio vtriusq;, vt non semper ens, & non semper non ens, sed hoc medium est genitum: quia aliqñ est, aliqñ non est, & sic non semper est ens, & non semper non ens.

Rñsiones. Ad rationem, si omne genitum &c. negatur consequentia, cum dicitur, priuatio &c. dicẽdum ꝙ priuatio nõ est genita, qa quãdo indiuiduum corrũpitur, tunc priuatio generatur, quia priuatio est transmutatio ad esse, & ad formam dans esse, sed priuatio non est ens nec forma dans esse, ergo non est genita.

Sed contra hoc obiicitur, quod nunc est & prius non erat entitate debita sibi hoc genitum est: sed priuatio formae corrumpitur nunc, & prius non erat, quare &c. ergo si est genita corrumpitur: tunc non corrumpitur nisi adueniente forma eadem in numero corrupta. Dicendum, quod priuatio non est genita: quia non ens non generatur: & cum dicitur quod nunc est & prius nõ &c. dicendum quod verum est si est entitate positiua: sed si est entitate priuatiua non oportet. Aliter dicitur, si omne genitum &c. conceditur, tu dicis, dicendum ꝙ priuatio est genitum nouum. ergo corrumpitur priuatio corruptibilitate quam requirit forma indiuidui, sed cum dicitur nisi per formam & cetera. dicendum quod priuatio potest corrumpi non generatione formae, cuius est priuatio: sed gratia illius formae corruptionis quam consequitur priuatio.

Palam autem & hoc ex Prioribus: semper enim entis: & semper non entis, est intermedium cui neutrum consequitur: hoc autem est genitum & corruptibile: possibile enim & esse, & non esse determinato tempore vtrunq;. Dico autẽ vtrunq;, & esse quanto quodam tẽpore & non esse. Te.c.137.

Si igitur est quod genitum, aut corruptibile: necesse hoc intermedium esse. Te.c.138.

QVAESTIO. XXXVII.

An omne corruptibile sit Genitum.

Consequenter quaeritur, Vtrum omne corruptibile sit genitum. Arguitur ꝙ non, illud quod praecessit in tempore infinito praeterito non est genitum, quia genitum est quod nunc est & prius nõ fuit, ergo quod infinito tempore praeterito fuit nõ est genitum, sed aliquod corruptibile vt iste homo antequam sit genitus praefuit in infinito tempore in potentia materiae, quia si non praecessisset potentia, tunc impossibile fuisset ipsum fieri: sed ista potentia corrumpitur adueniente forma, vt dicit Commẽ. primo Physi. quia per Te.c.70 hoc probat ꝙ potentia differat a materia.

OPPOSITVM vult Aristo. in litera, quoniam omne corruptibile est genitum & econtrario, quia cõuertuntur: & hoc probat ex intentione in litera. Te.c.121 & 122.

CONCLVSIO.

Corruptibile omne necessario Genitum est.

Dicendum est ad quaestionem, quod omne corruptibile est genitum accipiendo genitum pro illo quod prius non ens, postea est ens, cuius ratio est. quia, si esset aliquod corruptibile quod non esset genitũ, tunc aliquid potest esse & non esse simul in eodem instanti temporis, scilicet copulando cum hoc simul quod est esse & non esse, sed hoc non est: quia tunc contradictoria simul essent, quia accipiatur ens quod semper fuit, & tamen sit corruptibile, modo, tunc ponatur quod corrumpatur, quia non est ratio quare plus in isto instanti corrumpatur quam in alio praeterito: & sic semper fuit in p̃terito, & etiam potuit nõ esse in praeterito, sicut nunc potest corrumpi, ita in quolibet instanti praeteriti temporis, sed si esset genitum nõ esset simile, quare nunc plus ꝙ prius non fuit: & sic potest esse per aliquam causam.

Per hoc ad rationem, illud quod praecessit &c. conceditur. Et cum dicitur, sed aliquod corruptibile &c. negatur, & cũ dicitur, potẽtia &c dicẽdum quod potentia propinqua non semper praefuit in tempore infinito quae est disposita materia, quia potentia illa ad esse est terminata ex vtraq; parte. Alia est potentia remota: tunc adhuc est difficile, quia videtur quod in tempore infinito praecessit, quia materia, quae recipit istam formam, prius fuit in potentia in tempore infinito, vel non fuit in potentia, si non fuit, tunc impossibile est fieri: quia sicut nihil facit quod impossibile est facere, ita nihil fit quod impossibile est fieri: sed si fuit in potentia tunc semper praecessit in infinito tempore. Dicendum, quod potentia propinqua non fuit in tempore infinito: sed remota praefuit in tempore infinito: & potentia remota dicitur esse subiectum potens & respectum illius subiecti, modo capiendo illam potẽtiam pro subiecto potente tantum praecessit in infinito tempore: quia materia prima semper fuit in potentia, sed si accipitur pro respectu superaddito materiae, nõ oportet ꝙ semper praecesserit illa potentia, ideo ratio illa non valet. Rñsiones.

Sed adhuc neq; verum dicere nunc, quia est annus prior, neq; annus prior, quia nunc est &c. Te.c.137

Verumtamen non eius quod tunc non esse, Te.c.138

existit enim actu ens, sed in anno priore & in præterito tempore &c.

QVAESTIO XXXVIII.

An aliqua potentia præteritum respiciat.

Consequenter quæritur, Vtrum aliqua potentia sit respectu præteriti. Et arguitur q sic si ad præteritum non esset potentia: tunc esset impossibile sed hoc est falsum: quia inconueniens est q præteritum sit impossibile: quia impossibile est quod nunquam fuit nec est nec erit: sed præteritum fuit consequentia patet: quia postq ad præteritum non esset potentia esset impossibile, quia illud est impossibile ad quod non est potentia.

Tex.c.138 OPPOSITVM vult Aristote. q non sit respectu præteriti.

CONCLVSIO.

Nulla est potentia ad præteritum.

Dicendũ q, non est potentia respectu præteriti sic intelligẽdo q nulla potentia est ad esse vel nõ esse in præterito, qa qcquid habet potẽtiam ad esse et ad non esse est ad futurum. & sic intellexit Aristo. quia si potentia esset ad præteritum: tunc sequitur q præteritũ posset esse in futuro, sed hoc est falsum: quia impossibile est præteritum esse: q si esset possibile inesse præteritum, tunc præteritus æternus esset præsens: & sic præteritum & præsens essent simul: quod est impossibile. consequentia patet: quia post. q̃ aliquid esset in præterito, tunc præteritum posset esse. vnde sic intellexit Aristo. q, si aliquid potest esse vel non esse, potentia remota ab actu, illa potentia non est ad præteritum. F

Rõsiones. AD argumentum si non esset &c. dicendum, quod eo modo præteritum est impossibile, quo modo potentia non est ad ipsum, sed potentia nõ est ad præteritum, vt sit ergo impossibile est vt præteritum sit: sed ex hoc non sequitur q non fuit. vnde possibile est quod non repugnat sibi fuisse, sed repugnat sibi esse. vnde hoc solo Deus est priuatus, vt non faciat genitum ingenitum et incorruptibile: sicut dicit Aristoteles. in sexto Ethicorum. G

Quæstionum libri primi de Cœlo & mundo Finis.

QVAESTIONES SVPER LIBRVM SECVNDVM DE COELO ET MVNDO.

Tex.cõ.1 *Cælum autem, & eum, qui sursum locum, antiqui quidem diis attribuerunt velut existens solum immortale.*

QVAESTIO I.

An Cœlum sit locus Dei.

Consequenter quæritur circa secundum librum. & primo circa principium, quia Aristote. dixit q cœlũ esset locus dei. Vtrum hoc sit verũ. Arguitur primo q non: quia incorporeum non est in loco, quia esse in loco est proprietas corporum, vt 4. Physico. & 12. Metaphy. sed Deus est substantia incorporea intransmutabilis inalterabilis, intantum q motores orbium mouent sine labore & fatigatione. Item locatum debet esse æquale loco quarto Physicorum. sed cœlum non est æquale Deo quia cœlum est finitum. vt primo huius. sed Deus est infinitus. vt patet octauo Physicorum. & 12. Metaphysi. Item si cœlum esset locus Dei: Deus moueretur localiter. sed hoc est falsum, quia Deus est immobilis vt patet octauo Physicorum consequentia patet. quia quod est in loco est mobile quarto Physicorum & quia locus quesitus fuit propter motum localem.

(Margin: H; Tex.c.11; Tex.cõ 45; Tex.cõ.5; Tex.c.30; Tex.cõ.4; Tex.cõ.36; Tex.c.43; E; Tex.c.46; Tex.c.42)

OPPOSITVM vult Aristote. in litera. in principio Secundi, q cœlum attribuitur Deo. Item etiã dicit in primo huius, omnes de dijs habent existimationẽ: & locum qui sursum est attribuunt Deo: & hoc tam Græci q̃ Barbari tanq̃ immortale coaptantes immortali. Tex.cõ.1 Tex.cõ.22

CONCLVSIO.

Deus non est in cœlo uel aliquo alio loco circumscriptiue, sed manifestatiue.

SCiendum q Deum esse in loco, vt in cœlo potest intelligi dupliciter. vno modo circumscriptiue & contentiue: quod est secundũ inclusionẽ corporalis magnitudinis. Alio modo intelligitur Deũ esse in loco manifestatiue, & hoc s̃m excellentem & eminentem manifestationem virtutis eius. Primo modo, Deus non est in loco, sed secundo modo. Primum patet rationibus prædictis. Sed secundum probatur. in illo corpore, quod velocissime mouetur & motu rarissimo & vniformissimo, manifestatur euidentissime virtus Dei: sed cœlum est huiusmodi, vt patet Octauo Physicorum: quia nullum corpus de mundo ita tornatum est & sphæricum, quia excedit facturam omnis artificis præter Deum. & patet Secundo huius. vnde etiam Commenta. dicit Secundo huius, capitulo de dubitationibus positionis in cœlo: q Aristote. ostendit in Physicis. vt in octauo Physicorum locũ primi motoris esse maximũ circulum maximi orbis, & ibi apparet potentia mouẽdi velocissimi motus. quia maximus circulus maximi orbis in æquali tempore maximum spatium pertransit: & hoc manifestat locũ eius determinatum, quia dextrum est locus eius, quia ibi apparet maxime virtus. (Margin: F; Tex.c.83; Tex.c.25; Tex.c.81)

Rõsiones. Et hoc patet ad rationes. illud quod est in loco &c. verum est circumscriptiue. modo Deus non est in cœlo circumscriptiue, sed manifestatiue, vt dictum est in positione. ideo non ualet.

Tex.c.3 G *Adhuc autem sine labore propter neq; vna indigere violentã necessitate, quæ detineat prohibens ferri aptum natum ipsum aliter.*

QVÆSTIO II.

An Cœlum moueatur cum labore & Fatigatione.

Consequenter quæritur vtrũ cœlũ moueatur cũ labore fatigatione. Et arguitur q sic ille motor mouet mobile cum fatigatione, cuius mobile resistit motori: quia ex alio nõ videtur prouenire labor & fatigatio, nisi quia mobile resistit motori. sed cœlũ resistit motori. quia dicit Commen. 4. Physicorum, q in omni motu est resistentia mobilis ad motorem. Cõmẽ. 71 Item, mobile quod mouetur motibus cõtrarijs, mouetur cũ labore & fatigatione: quia hoc mobile fatigatur quod mouetur motibus contrarijs & contra inclinationẽ, sicut corpora animaliũ, quæ mouentur deorsum, qui est oppositus motui ad latus quo mouet alia: ergo fatigatur. sed cœlum mouetur motibus contrarijs, vt orbes planetarum inferiores mouentur duobus motibus cõtrarijs, vt motu diurno, qui est ab oriente in occidẽs, & econtrario. a proprijs motibus ab occidente in oriens, vt dicunt omnes. Item, ille motus videtur esse cũ fatigatione, cuius mobile aliquãdo velocius aliquando tardius mouetur: quia animalia, quæ sunt hic, dicimus fatigari: quia aliquando velocius, aliquando tardius mouentur: sed corpora cœlestia sunt huiusmodi, qa aliquando mouentur tardius, et aliquãdo velocius: quoniam in vno tempore maiorem arcum transeunt in Zodiaco, aliquando vero minorem in alio tempore, vt per obseruationes Astronomorũ certas compertum est.

Oppositum

OPPOSITVM vult Arist. in litera, qui dicit, ꝙ coelum mouetur motu incessanti sine labore & sine fatigatione. & Commen. idem vult.

CONCLVSIO.

Mouetur Coelum ab anima sua sine labore & fatigatione.

SCiendum, ꝙ de coeli motu diuersæ sunt opiniones, vt Aristo. recitat in litera. Aliqui dicunt ad hoc, ꝙ coelum detineatur superius & nō descendat, indiget virtute animata quæ detineat & sustineat coelum ne descendat, vt isti posuerunt Athlantem qui sustinet coelum
Tex.c.4. hoc demum Aristote. improbat breuiter, quia est fallacia, & non debemus assentire fabulæ, quæ ponit coelum esse graue. tunc enim indigeret virtute sustinente ipsum, sed prius demonstratum est coelum nec esse graue nec leue. Alij dicunt, quod coelum detineatur per velocitatem excellentiæ circungyrationis, quia, quamuis coelum sit natum descendere, tamen quia velocius circungyratur quam natum sit descendere. ergo manet superius. vnde motus circungyrationis præanticipat velocitate motum descensus, vt, si aqua ponitur in vase, quod habet foramen aliquod versus terram tanquam apta nata sit sic descendere tamen velocius potest circunduci, quod aqua non descēdit: quia motus circungyrationis præuenit motum descensus deorsum. similiter in vrina vbi grossum corpus est terrestre, & si in aqua circunducitur vrina graue manet superius, & non descendit ad fundum, quāuis natum sit descendere: sed impeditur velocitate circungy-
Tex.c.5. rationis. Aristote. improbat hoc: quod tanto tempore et perpetuo aliquid mouetur a virtute violentante, & violente impossibile est. vnde ille motus est violētus: & violenta nō sunt perpetua, quia quæ sunt extra naturam videmus citissime deficere, vt patet primo huius. quia violentum est posterius naturali. modo posterius impossibile est existere non existente priori. Alia est opinio Platonis: ꝙ anima prudens accepit cordi & sustinet & mouet coelum. vnde dicit ꝙ ex medio ad extrema vndique complexa incoepit incessabilem vitam & motum ad om-
Tex.c.6. ne tempus. Contra hoc dicit Arist. quod anima, quæ sic coelum cogeret moueri & manere superius, haberet tristitiam & careret labore: sed hoc est inconueniens, quia tunc anima coeli esset ignobilior quam anima animaliū, quæ non mouet semper cum tristitia, & cum prudenti labore. consequentia patet: quia, postquam inciperet illum motum cum tristitia eum cogeret & retineret coelum perplexa ei: sed beata tunc non est: quia beatum & sine tristitia est: quia optimum & delectabilissimum & iocundissimum vult esse felicitas, primo Ethicorū. Itē caret robore prudenti omni conatu prudenter ad mouendum appositio: quia ꝙ aliquid incipiat laborare & fatigari non est laudabile, licet ad tempus sit laudabile: quia sicut dicitur in prouerb gloriosas animas labor nutrit: tamen nō est laudabile, ꝙ anima coeli sic semper moueat cum tristitia, quia tunc deterior esset animabus animalium, quæ non semper mouēt, sed quiescunt aliquando. Et sciendum ꝙ Commenta. dicit de his dictis: ꝙ ista omnia sunt apologi, idest sermones vulgares, quos ponunt legislatores: & sunt remoti a veritate & intelle-
A ducento ab abusu. ctu humano. vnde etiam dicit in tertio Physicorum. in prologo, ꝙ apologi nostræ legis, quos ponimus in ciuitatibus, corrumpunt multa principia necessaria propter consuetudinem. Et ipse Com. loquitur de apologis suæ legis, quæ sumitur de lege Maumeth. Et si loqueretur de nostra lege mentiretur: quia omnia in lege nostra sunt vera & probata per miracula Dei & Creatoris gloriosi.

Tunc dicendum est ad quæstionem, ꝙ motus cæli nō est cum labore & fatigatione: & hoc probatur ratione Aristo. quia, si motus coeli esset cum labore & fatigatione, tunc motus coeli laboriosus esset, & magis fatigatus & expers optimæ dispositionis: sed falsum est hoc, quod coelum sit magis fatigatum & laboriosum & recedens ab optima dispositione. consequentia supponitur: quia patet ex animalibus: quanto animalia magis laborant tanto magis fatigantur, quia homo tantum potest ambulare, quod deficit homo, ita quod spiritus & nerui corrumpuntur: quia talis potentia magis facta abijcit a substantia.

Item, probatur ex dictis Commentatoris, qui dicit, ꝙ causa fatigationis & laboris in mobilibus est ꝙ mobile habet naturalem inclinationem ad motum oppositum & alium terminum ad quem mouetur & mouet, vt anima mouet animal ad latus, & animal quia graue naturalem habet inclinationem ad motum deorsum, qui opponitur motui ad latus, quo mouet anima. Ex hoc sic ille motus non est cum labore, cuius mobile non habet naturalem inclinationem ad motum oppositum illi motui quo mouet motor: sed coelū est huiusmodi, quia mouetur circulariter & nullam habet prorsus inclinationem ad motum aliam ꝗ circularem: quia nullus motus est oppositus motui coelesti nec secundum totum, nec secundum partes, vt probauit primo huius. nec habet inclinationē ad motum deorsum, nec sursum, quia coelum nec est graue nec leue, sed est neutrum, vt dicit Commentator & ita anima mouet ipsum sine labore & fatigatione: quia est in mouendo in optima dispositione & delectatione: quia Aristote. dicit quod entia illic existentia sunt inalterabilia & intransmutabilia optimam vitam ducentia in toto æterno.

AD rationes, ille motor &c. dicendum, ꝙ resistētia mobilis ad motorem duplex est. Vno modo ex inclinatione naturali ad alium motum illi ad quē mouet motor, vt corpus animalis habet naturalem inclinationem ad motum deorsum, quia graue est: & ille motus est alius ab illo, ad quem mouet motor, vt anima mouet: & vbi est talis resistentia, ibi est labor & fatigatio.

Alia est resistentia, quæ est ex potentia mobilis ad actum: quæ tamē caret inclinatione naturali ad alium motum: & illa est in coelo, quia est in potentia hoc, quo motor mouet actum, & hoc dicit Commentator Quarto Physicorum esse ex tali resistentia non est labor & fatigatio. Ad aliud mobile quod mouetur cōtrarijs &c. conceditur. si est vera contrarietas. Et cum dicitur quod orbes &c. dicendum quod mouentur motibus contrarijs, quia non sunt super eosdē polos & axem, sed diuersos. vnde motus sunt disperati. sed si esset vera contrarietas. tunc oporteret quod motus essent super eosdem polos sicut dicit Cōmentator. Ad tertiū. ille motus &c. verum est si secundum rem & veritatem, est, sed si secundum apparentiam est, tunc non oportet. & cum corpora cælestia &c. dicendum, quod non in rei veritate velocius & tardius mouent, quia semper æquales arcus pertranseunt in suo orbe in æquali tempore. Et cum dicitur, planetæ &c. sunt aliquando retrogradi & cætera. dicendum, quod hoc non prouenit ex hoc quod in rei veritate sint velocioris motus, sed fit propter motus in epicidis quia quando planeta est in superiori arcu epicidi, tunc velocius mouetur: quia mouetur motu epicicli, sed in inferiori tardius mouetur, quia opposito motu deferentis circuli, vt habet videri in Astrologia.

Si autem oportet Coelo adaptare aliquid talium et primum, quemadmodum diximus in animalibus existens rationabile existere in ipso. Tribus enim entibus vnumquodque velut principium quoddam est. Dico autem tria sursum & deorsum, & anterius: & oppositum, & dextrum & sinistrum: has enim dimensiones rationabile existere corporibus perfectis omnes. Tex.co.8.

QVÆSTIO. III.

An sex tantum sint positionis differentiæ.

Tex. co. 4 CONsequẽter quæritur circa secundum capitulum huius secundi vtrum differentiæ positionis solum sint sex. Arguitur primo ꝙ sint plures: quia sicut est de motu augmentationis, sic de motu generationis & nutritionis, per conuenientem similitudinem, & etiam magis videtur de motu generationis: quia nobilior est generatio augmentatione, cũ sit secundum substantiam, sed augmentatio est secundũ accidens: sed duæ differentiæ sumuntur secundũ motũ augmentationis, & sursum, & deorsum, quare &c. Item, sicut est de motu sensus, ita est de motu intellectus, per conuenientẽ similitudinem, quia sicut intellectus, immutatur ab intelligibilibus, ita sensus a sensibilibus, vt patet. 2. de anima. sed duæ differentiæ accipiuntur secundum motũ sensus: vt ante & retro, vt dicit in litera: ideo secundũ motũ

Tex. c. 3. sensus etiam duæ debent accipi. Item, sicut se habet sensus, sic & appetitus. ergo sicut est in motu sensus, ita & in motu appetitus: sed secundũ motũ sensus duæ differẽtiæ accipiuntur, vt dictum est. ideo &c. Item quarto arguitur ꝙ sint pauciores q̃ sex: quia omnia sunt tria &c. vndequaque. ex primo huius sed dimensiones & differentiæ positionis sunt de natura omnium. ergo tantum sunt tres differentiæ positionis.

Tex. co. 7 OPPOSITVM vult Aristo. in litera, qui enumerat sex differentias positionis, & non plures, vt dextrum sinistrum, sursum, deorsum, &c. vnde etiã reprobat opinionem Pithagoricorum, qui non ponunt nisi dextrum & sinistrum.

CONCLVSIO.

Sex tantum sunt positionis differentiæ. Sursum Deorsum, Ante, Retro, Dextrum, ac Sinistrum.

Virtutes animatorũ, a qb⁹ quomodo motus initiatur, sunt radices, a qbus sumũt positionis differentiæ.

NOtandum, ꝙ differentiæ positionis accipiũtur in corporibus animatis perfectis ſm virtutes, q̃ sunt principia motuũ diuersorum. vnde in corporibus animatis perfectis tria vniuntur. s. motus localis, & augmentationis, & sensus. modo, illa pars, vbi est virtus incipiens motum augmentationis, est sursum vt in animalibus incipit augmentatio a capite. ergo caput est sursum non ratione totius, sed ratione partis. Similiter in plantis a radicibus incipit motus augmentationis: quia per radices accipiunt nutrimentũ, per quod fit augmentatio. vñ est sursum. Quia augmentatio fit adueniente aliquo qđ resoluitur in materiam: & recipit formam illius substantialem, cui aduenit: & illud oportet ꝙ præparetur & disponatur. Vnde & nulla digestio est secundũ medicos in ore, sed præparatio, vt masticatio: quia cibus masticatus habet virtutem aliquam, quam prius non habuit, quia sanat vulnera, vt dicit Auic. vnde a capite incipit motus augmentationis nõ essentialiter, sed formaliter, quia hoc est a corde, quod est principium omnis motus, & quælibet pars aucti est aucta. ergo prius cor augmentatur vel simul cum alijs partibus. vnde nutricatio & dispositio fit a capite, quia ibi præparatur cibus, & diuiditur per os in animalibus, & per radices in plantis. Vnde sicut dicitur secundo de Anima, ꝙ radices in plantis assimilanť in animalibus ori, quia vtraq; pars trahit alimentum: & ita illa pars vbi incipit motus augmẽtationis est sursum, sed opposita deorsum est. Similiter penes virtutem, per quã est motus sensus. accipiuntur duæ differentiæ, quia vbi initiatur motus sensus & immutatur sensus a sensibili est ante, & opposita pars est retro. ergo facies dicitur ante: quia ibi existit virtus initiatiua motuum sensus. vnde licet virtus visiua non sit in extremo oculi, tamen ibi initiatur motus, quia ibi recipitur species visibilis sine qua non fieret visio. Similiter dextrum & sinistrum distinguuntur secundum virtutem, quæ est principium motus localis: dextrum enim est a qua incipit motus localis, siue viget: & huius signum est, quia dextra magis est ca-

B lida q̃ sinistra: quia licet cor, quod est fons caloris, declinet ad sinistram magis, tamẽ aperturas habet versus dextrum: & hoc propter motum localem. Vnde in pluribus nos videmus, ꝙ, quando volunt ambulare mouere primo dextrum pedem, & ad aliquid faciendum mouent primo dextram manum: sed, si accidit oppositum, hoc est, vt in paucioribus & per accidens & sinistra est oppositũ. Tunc dicendũ est ad quæstionẽ, ꝙ differentiæ positionis sunt sex: quia tot debent esse differẽtiæ positionis, quot modis motus possunt distingui per virtutes, quæ sunt principia motuũ, & a quibus virtutibus initiantur motus: sed hoc fit sex modis, q̃a duæ differentiæ sunt a quibus initiatur motus augmentationis: quia a sursum, & terminatur deorsum. similiter motus localis initiatur a dextra, vt dictum est. Notandum, ꝙ omnes differentiæ positionis inueniuntur in omnibus corporibus, sed etiã non in omnibus animatis: q̃a in plantis tantũ est sursum & deorsum: & quia licet dimẽtiones inueniantur in omnibus corporibus, tamen nõ sufficit ad differẽtias

F positionis nisi sint informatæ virtutibus, a quibus initiatur motus: quia in animatis non distinguuntur virtutes, quæ sunt principiũ motus, cũ lapis nõ habeat motus sensus augmentationis et localis processiui. Similiter plantæ non habent dextrum & sinistrũ nec ante & retro: quia nec habent virtutes motus localis & sensus. ergo non habent virtutes, quæ distinguuntur penes has, sed solum habent differentias positionis sursum & deorsum, quæ distinguuntur penes virtutes motus augmenti.

Resolutio. PEr hoc ad rationes. sicut est de motu &c. aliqui dicũt ꝙ est simile in aliquo, quia per vtrũq; aliquid acquiritur de nouo, sed est dissimile in hoc q̃a generatio et nutritio nõ sunt motus sed sunt mutationes momẽtaneæ quia per ipsas generatur forma, vt per nutritionem forma substantialis in eodem: sed per generationem similiter forma substantialis, & vtraq; recipit esse a nutrimento, licet per nutritionem forma substantialis carnis in alio vt in nutrimento: sed per generationẽ generatur forma substantialis mixti: sed augmentatio est verus motus ergo

G penes motum augmenti possunt accipi differentiæ positionis, & non per generationem & nutritionem.

Sed hæc solutio non videtur sufficere ad sustinendum differentias positionis, ꝙ accipianť penes veros motus. tunc non accipiuntur penes motus sensus, q̃a motus sensus non est verus motus successiuus, sed est instantaneus: quia anima in instanti immutatur a sensibili. Item augmentatio non est motus continuus, secundum Commenta. octauo Physico. ideo hæc solutio non valet. Com. 23. Videtur etiam quod differentiæ positionis magis debẽt distingui a motu generationis: quia generatio est operatio nobilior animæ: quia per virtutem generatiuam diffinitur anima, quia anima est principium faciendi tale quale ipsum est: quia generatio est finis respectu aliarum operationũ & vnumquodque denominatur a fine secundo de Anima. Com. 49 Dicendum ergo est aliter ꝙ sicut accidentia notiora sunt substantijs, ita motus secundum accidentia notiores sunt motibus secundum substantias. modo, augmẽta-

H tio est motus secundum accidens, vt secundum quantitatem. sed nutritio & generatio sunt motus ſm substantias ergo augmentatio notior est q̃ sit generatio & nutritio & quo ad nos. ergo differentiæ positionis magis distinguuntur per principium augmẽtationis q̃ generationis & nutritionis. Vnde sine peccato potest dici, ꝙ vbi est sursum penes principiũ augmentationis, & ibi etiã est sursum penes principiũ generationis & nutritionis: quia ad omnes motus hos defertur nutrimentum, quoniã a capite incipit motus nutritionis: quia ibi nutrimentũ præparatur, & disponitur: & illud & idẽ quod est principiũ nutritionis est principium generationis: quando superfluũ est, tunc mittitur ad vasa generationis siue seminaria.

Ad aliud. sicut se habet sensus & cætera. dicendum ꝙ est simile: quia sicut sensus immutatur a sensibili, ita intellectus ab intelligibili: tamen est dissimile, quia sensus

est virtus

est virtus in corpore & habet diuersitatem in partibus, sed intellectus non habet diuersitatem in partibus corporis & non est virtus organica. ergo non habet partes vbi distinguantur differentiæ positionis. Ad tertium. sicut se habet sensus &c. conceditur de appetitu sensitiuo, q est negatiuus, Tertio de Anima, & ideo penes ipsum ita bene distinguuntur differentiæ positionis, sicut penes principium sensus. Et ideo dicendum, q idem est organum vtriusque: quia sensitiuum & appetitiuum non est aliud subiecto, vt patet Tertio de Anima. Similiter non oportet q distinguātur differentiæ positionis per principium appetitus, sed sufficit q distinctæ sint per sensum. Sed posses dicere, q magis videtur q differentiæ positionis debeāt distingui per appetitiuum magis q̄ per sensitiuū: quia appetitus est virtus nobilior q̄ omnis sensus particularis, & distinctio semper debet esse penes nobilius.

Tex. c. 29.

Appetitus non est uirtus nobilior sensu.

Dicendum, q non est verum q appetitus sit virtus nobilior q̄ sensus: quia cognoscitiua virtus est nobilior non cognoscitiua: sed appetitus siue sensitiuus, vt irascibilis vel concupiscibilis, siue intellectiuus, vt volūtas, nihil cognoscit: sed sensitiua virtus est cognoscitiua. ergo melius fiunt distinctiones penes principium sensus q̄ appetitus.

Ad quartum. cum dicitur, omnia sunt tria &c. dicendum quod tria sunt plura duobus, vel secundum substātiam vel secundum dispositionem: sed non oportet q solum per substantiam omnia sunt tria: quia aliqua secundum substantiam non sunt tria, sed sex, vel octo &c. Sed secūdum dispositionem omnia, quæ plura sunt duobus, sunt tria: quia possunt reduci ad tria, quia omnes substantiæ sunt tres per reductionem: quia omnis substantia vel est nobilissima, vel vilissima, vel media. similiter omnis digitus vel est maximus, vel minimus, vel medius. Similiter omnis differētia positionis est nobilissima vt ante, vel vilissima vt deorsum, vel media vt aliæ quatuor. Vnde quæ differentia positionis sit nobilior, hoc manifestum est secundnm virtutes, quibus distinguūtur, vnde, si motus secundum sensum sit nobilior q̄ motus augmentationis & localis. tunc etiam ante est nobilius q̄ aliæ differentiæ: sed motus sensus est huiusmodi, quia est a virtute sensitiua, quæ est cognoscitiua, sed alii motus sunt a virtute non cognoscitiua. ergo sensus, & per consequens motus sensus & differentia positionis, quæ accipitur penes motum sensus est nobilior aliis differentiis positionis.

Tex. c. 13. *Nobis autem quoniam determinatum est prius. q, in habentibus principium motus tales virtutes existunt. Est autem cœlum animatum, & habet motus principium manifestum, qm̄ habet sursum et deorsum, & dextrū & sinistrum.*

QVÆSTIO IIII.

An cœlum sit animatum.

Tex. c. 31

Tex. c. 47.

Consequenter quæritur, Vtrum cœlum sit animatum. Et arguitur q non. si sic esset, tunc cœlum esset corruptibile, sed hoc est falsum: quia est perpetuum primo huius. consequentia patet: quia, si cœlum esset animatum, tunc esset compositum ex materia & forma, & tale est corruptibile, vt patet primo Physi. quia forma in materia existens habet contrarium sibi, per Commentatorem primo huius. modo, si cœlum esset animatum, tunc esset compositum ex materia & forma: quia anima est forma corporis, secūdo de Anima. Item, omne corpus animatum est organicum, & hoc patet ex diffinitione animæ, secundo de Anima. anima est actus corporis &c. sed cœlum non est organicum, quia organicum est compositum ex diuersis partibus, quæ differunt complexione, compositione, & figura, vt dicit Albertus ibidem: quia auris est alterius complexionis, compositionis, & figuræ q̄ oculus: sed cœlum non est sic compositum ex diuersis partibus cōpositione &c. Item, omne corpus animatum est in potentia ad vitam, ex diffinitione animæ, secundo de Anima. quia anima est actus corporis Physicis habentis vitā in potentia: sed cœlum non habet vitam in potentia: quia si haberet vitam, hoc est in actu. vnde, cum sint quatuor modi vitæ, sensitiua, vegetatiua &c. quia si essent plures reducerentur ad hoc. modo, cœlum non participat nisi motum localem, & illum habet in actu.

Tex. c. 6.

A

OPPOSITVM vult Aristo. in litera secūdo huius. vbi dicens de partibus situalibus cœli supponit q cœlum sit animatum cum aliter non possit soluere dubitationes & quæstiones difficiles: supponit & dicit q cœlū sit animatum: & hoc idem vult Commentator.

CONCLVSIO.

B

Cœlum non est animatum anima sibi formaliter inhærente, sed cœlum cum suo motore est animatum non anima inhærēte, sed anima, quæ est illi immediatum motus principium determinatū.

Notādum duplicem distinctionem. per cœlum possumus duo intelligere. Vno modo corpus secundum quod nec est graue nec leue quod mouet̄ circulariter: & hoc circunscripto motore. Alio modo accipitur cœlum pro cōposito ex motore & mobili: & sic ab intelligentia mouetur circulariter: & sic accipitur cœlum Octauo Physicorum, quando dicit, cœlum mouetur circunscripto motore, præcise non mouetur: quia quod ex se mouetur diuiditur in duas partes: quarum vna est mouens & alia mota. Tertio distinguitur cœlum secundum Commentatorem in capitulo illo vbi mouet difficiles quæstiones duas. dicit q animatum dicitur æquiuoce de cœlo & de animantibus, quæ sunt hic, idest secundum diuersas rationes: quia vno modo animatum dicitur anima inexistente corpori, & quæ est constituta per subiectum inhærenter. Alio modo animatum dicitur anima nō inhærente corpori nec constituta per subiectum, quæ est principium dans sibi esse: sed solum animatum anima nō inhærente corpori nec constituta per subiectum, quæ est principium motus & coniungitur ei secundum motum: quia est principium immediatum & determinatū mot᷑.

Aiatū duplicitér. Cōm. 7 Com. 5.

C

Per hoc dicendum est ad quæstionem, q si animatum primo modo accipitur, cœlum non est animatum. Secūdo dicendum q si cœlum secundo modo accipitur circūscripto motore non est animatum secundo modo. Tertio dicendum q, cœlum est animatum anima mouente secundo modo animati si accipiatur cum motor̄. Ratio primi est. si cœlum esset animatum primo modo, vel esset animatum anima sensitiua, vel vegetatiua, vel intellectiua, vel motiua, per sufficientem diuisionem, qa non sunt plures animæ, vt patet secundo de Anima. Sed cœlum non est animatum anima sensitiua, quia tunc haberet omnia organa, quæ deseruiunt ad sensum, vel quædam vt aures, quod non videmus, quia ridiculum esset hoc dicere: q̄uis Simplicius hoc voluit. Nec vegetatiua anima: quia non nutritur nec augmētatur, vt patet primo huius. similiter nec anima motiua secundum locum, quia illa nō est sine sensu. etiam non procedit de vno loco ad aliū vt animalia. Nec est animatum anima intellectiua, quia intellectus nullius corporis est actus secundo de Anima & tertio dans esse corpori: & cū cœlū sit corpus non pōt aiam habēr, p actu prio. Rō secūdæ cōclusionis dicta est prius: quia si hoc esset. tūc esset compositū ex mā & forma &c.

D

Tertiū Cōm. pbat tribus rōnibus in illo cap. vbi Aris. soluit illas difficiles dubōnes. Prima est. illud qd' est nobilius animatis est animatum. hanc habet manifestam, quia quod nullo modo pōt esse animatum non pōt esse nobilius animato, sed cœlum est nobilius animato, quia dicit q nos opinamur cœlū esse nobilius aiato. Itē, illud qd'

mouetur localiter est animatum, & habet figuram determinatam & propriam: quia hoc tantum contingit animatis, quia inanimata non mouent se de potentia elementali, nec habent figuras proprias & determinatas: quia remanentibus in specie possunt habere diuersas figuras, vt patet in lapidibus: sed cœlum mouetur localiter: quia diuiditur in partem mouentem & partem motam. ergo & habet propriam figuram sphæricam, vt patet in isto secundo: & illa ratio est vt dicit, quia accipitur ex parte figuræ & motus, quæ sunt potiora. Item tertio, ista ratio dicit propter quid, quia fundatur super rationes naturales & diuinas, sic, illud compositum est animatum, cuius altera pars est substantia sine magnitudine & materia: quia dictum est in scientia de Anima, ꝙ omne tale ens abstractum a materia est intellectus: sed alia pars cœli est immaterialis, quia declaratum est in. 8. Phy. quia motor eius est
Cõm. 36. immaterialis, & addit Commen. in. 12. primæ Philosophiæ ꝙ forma intellectualis non mouet nisi per desiderium primi: & primum mouet vt amatum & desideratum. ergo cœlum est compositum ex motore & mobili non tanꝗ inhærente corpori secundum esse, sed tantum secundum motum: & ad hanc intentionem dicit Com-
Cõm. 9. men. versus principium secundi huius. ꝙ in corpore cœlesti forma & formatum sunt vnum numero, vt cœlum & intelligentia, quæ est motor, licet magis diminute ꝙ intelligentia, vbi forma & formatum vt intelligens & intellectum secundum subiectum sunt vnum numero, quia motor secundum esse non coniūgitur mobili in corpore cœlesti, sed tantum sunt vnum numero secundū effectū & motum. nam motus qui est immobili immediate procedit a motore. Sed dubium est contra primam cōclusionem ꝙ cœlum circunscripto motore non est animatum. contra illud quod est nobilius animato est animatum. Ista probatio est Commen. sed cœlum est nobilius animato: vt musca vel vermi, probatio huius. perpetuū est nobilius generabili & corruptibili Octauo Physicorum, sed cœlum est substantia perpetua: ex primo huius.

Dubium. Sed aliqui dicunt, ꝙ cœlum circunscripto motore nō
Tex. cõ 71. est nobilius animatis. ratio est. quando optimum in ali-
Tex. c. 22. quo genere est nobilius optimo alterius generis, tunc totum simpliciter genus est nobilius toto illo genere: sed optimum in genere cognoscentium est nobilius optimo in genere non cognoscentium. quare &c. maior patet: qa homo optimus est nobilior optimo asino, ergo totū genus nobilius est omnibus asinis. minor patet etiam: quia Deus, qui est optimus in genere cognoscentium, est nobilior in genere non cognoscentium. ergo totum genus cognoscentium est nobilius omnibus alterius generis: sed cœlum est in genere non cognoscentium. animalia vero in genere cognoscentium. quare &c. Dicendum, ꝙ corpora cœlestia circunscripto motore sunt nobiliora multis animalibus, quæ sunt hic, vt musca & vermi. vnde hoc probatur per eandem rationem, quando optimum in aliquo genere &c sed optimum in genere substantiarū simplicium est nobilius optimo in genere substantiarū compositarum, vt Deus, qui est substantia simplex, est nobilius omnibus in genere substantiarum compositarum. Et confirmatur. quando optimum &c. sed in genere substantiarum æternarum Deus est optimum, quia est optimum eorum quæ in natura, procœmio Met. sed cœlū est æternum, & animalia in genere corruptibili. Per hoc ad rationem, quod est nobilius &c. verum est in aliquo istorum modorum, aut ꝙ anima sit pars sui, aut ꝙ sit instrumentum mediatū nobilioris animæ omnino: mō, quod est nobilius &c. verum est si vr̄ animatū esse aliquo mō, & sic cœlum est animatum non anima parte sui ſm esse, vt hō: sed est animatum anima mouēte. vnde cœlum est quasi ligamentū inter ista ingenerabilia & corruptibilia,
Cõm. 22. vt dicit Cōmē. 2. huius. Ad rōnem illorū dicendū ꝙ nō valet, quia tantum est in contrarium inquantum est pro eis, vt visum est. vnde potest dici, ꝙ debet intelligi de specie specialissima, quoniam genus vno modo accipitur ꝓ specie specialissima, vt patet. 5. Meta. qa indiuidua speciei specialissimæ sunt eiusdem perfectionis in substantia, vt omnes homines, sed differunt per accidentia, & in illis habet veritatem, quia optimus homo est nobilior &c. quia omnes homines sunt eiusdem perfectionis: sed in generibus, quæ plures species hñt, & præcipue in analogis, non habet veritatem: & sic est in proposito, quia cognoscens est analogum. Aliter potest dici, optimum &c. conceditur: vt sic. Et cum dicitur. optimum in genere &c. volo ꝙ totum genus cognoscentium vt sunt cognoscentia sub ista reduplicatione non cognoscentibus, quia affirmatio nobilior est negatione: sed id quod est cognoscēs simpliciter non oportet ꝙ sit nobilius nō cognoscente: quia visus est cognoscens & voluntas non est cognoscens: tamē visus non est nobilior voluntate, licet inquantum cognoscens sit nobilior.

Rñsio. Per hoc patet ad argumenta. Ad primū si cœlū &c. verum est, si animatum anima inhærente ſm esse, & quæ constituitur per subiectum: sed, si est animatū anima mouente, quæ non constituitur per subiectū, tunc non oportet: & sic est in proposito, vt dictum est. Ad secundum, omne corpus animatum &c. verum est si est animatum anima, quæ perficit corpus: sed, si est anima mouens, non oportet habet diuersas partes organicas, q̄ differunt compositione, complexione &c. sed sufficit, ꝙ sint aliquo modo diuersæ. Et cum dicitur. cœlum &c. dicendum q, non habet animam hoc modo, quæ requirat distinctionem partium quantitatiuarum & in figura & compositione &c. sed sufficit ꝙ habeat partes, quarū vna est nobilior alia. Ad tertiū cum dicitur, omne corp⁹ &c. verum est si est animatum anima perficiente corpus ſm esse: quia illa aliqñ operatur aliqñ non: quia fatigatur per molem corporis: sed si est animatum anima mouente & non fatigatur, tunc semper est in actu. vnde cœlum semp. intelligit per intelligentiam, quia motor eius non fatigat, vt patet secundo huius.

Dextrum enim vnūquodq; dicimus, vnde principium eius qui secundum locum motus. Cœli autem principium circulationis, vnde ortus astrorum. Tex. c. 15.

QVÆSTIO V.

An oriens sit cœli pars dextra.

Consequenter quæritur. Vtrum oriens sit pars dextra in cœlo: & arguit ꝙ non. Illa pars est dextra, a qua mot⁹ localis incipit: quia illo modo distinguit dextrum a sinistro, vt patet in litera: quia dextra pars est illa, a qua incipit motus localis, vt patet in animalibus quæ sunt hic: sed ab oriente motus cœli nō incipit, quia in omni tēpore mouet etiam mouebat, vt pa-
tet. 8. Phy. Itē, si oriens esset pars dextra in cœlo, tunc sequeret, ꝙ vna, & eadē pars qñq; est dextra, qñq; sinistra: sed hoc est falsum: quia dextrū & sinistrū sunt terminata & distinctæ partes & determinatæ ſm nām, vt patet in aialibus hic: quia dextra manus non est sinistra, nec econuerso in nullo tēpore dextra pars in cœlo est sinistra, cū cœlū sit aiatū perfectius & nobilius. ɔña patet. quia eadē pars, quæ prius erat eleuata super orientē in superiori hemisphærio, q̄ est pars dextra, postea in occidēte descēdit in inferiori hemisphærio: & erit sinistra sicut Sol, qui de mane orit primo supra orizōtē de nocte occidit sub orizōte. Itē si oriēs esset pars dextra, tūc nō esset idē dextrū in cœlo super oēs regiones, sed hoc est falsum, qm̄ in cœlo dextrū ſm nām determinatū est, & quod est dextrum apud aliquos in vna regione, etiā est dextrū apud alios in alia regione. ɔña patet: quia pars, q̄ primo orit in vna regione supra orizōtē adhuc non orit ꝑp diuersitatē orizōtū in diuersis regionibus: & et, ꝑpter sphæricitatē terræ hoc est, & sic non est idem dextrum & sinistrum in cœlo apud omnes regiones.

Oppositum

Tex.c.15. OPPOSITVM vult Aristo. in litera: quoniam determinat q̃ in cœlo sunt illæ duæ differentiæ positionis dextrum & sinistrum. & subdit, q. dextrum in cœlo est oriens, sinistrum vero occidens: & hoc idem vult Cõmentator & alii expositores.

CONCLVSIO.

Dextrum Cœli est ipsum oriens, a quo moueri inciperet, si motus inciperet, hoc tamen non tempore prius, sed secundum motoris intentum.

Tex.c.16. NOtandum q̃ licet quilibet orbis cœlestis sit continuus ex secundo huius. nihilominus tamẽ in orbe cœlesti sunt diuersæ partes distinctæ secũdum virtutes: quarum stella est nobilior aliquo modo: quia virtuosior & fortiorem efficaciam habet in transmutando inferiora q̃ pars orbis in cœlo non stellata: & sic sentit Commenta. secundo huius. & similiter Astronomi. vnde motus orbis non est nisi secundũ motum stellati, quæ est pars nobilior & densior. vnde licet orbis totus simul sit cõtinuus, tamen stella est efficacior & virtuosior pars: propter hoc motor. qui mouet sphæram principalius intendit motum stellæ: quia agens semper intẽdit id quod est principalius in re. Tunc dicendum est ad quæstionem q̃ secundum Aristote. & Commẽta. oriens est pars dextra in cœlo: & ratio eius. Illa pars est dextra in cœlo, a qua inciperet motus si inciperet, & a qua motor principalius intendit mouere: sicut in animalibus dextra pars est illa, a qua incipit motus localis: sed, si inciperet cœlum moueri, tunc inciperet moueri a parte stellata, quia est virtuosior & perfectior partibus non stellatis. vnde etiam motor intendit principalius motum stellæ: & si inciperet moueri cœlum principalius intẽderet inceptionem motus stellæ, & propter transmutationem aliquam inferiorum, si motor inciperet mouere secundaria intentione: quia primo mouet propter se: & quia moueret principaliter stellam & intenderet principalius inceptionem motus eius: quia fortiorem virtutem habet & efficaciam ad transmutandum inferiora: quoniam pars non stellata. ergo oriens in cœlo vt stella, est pars dextra. Et est notandum, q̃ vnam partem prius incipere motum q̃ aliam, si inciperet potest intelligi dupliciter. Vno modo prius duratione & tempore: ita q̃ vna pars prius incipiat moueri tempore q̃ alia: & sic non debet intelligi, quia cœlũ est continuum & continuum totum simul mouetur, ex

Tex.c.8 quinto Metaphy. Alio modo intelligitur vnam partem prius moueri alia primæuitate & principalitate intentionis motoris, quia motor principalius intendit motum vnius temporis q̃ alterius: & talis est pars in qua est stella, quæ est perfectior nobilior & virtuosior parte nõ stellata. vnde totus orbis eleuatur super orizontem: tamen motor principalius intendit eleuationem orizontis & dextri super orizonta quod est pars stellata. Notandum vlterius q̃ principalius quod est in orbe Solis, similiter & in aliis, Sol est perfectior pars & virtuosior in mouendo a toto residuo illius orbis: & licet Sol cum aliis partibus incipiat moueri super orizonta, tamen motor principalius intendit inceptionem eius si inciperet moueri. & etiã eleuationẽ eius super orizõta, quia virtuosior est & perfectior parte non stellata. similiter in omnibus planetarũ orbibus pars stellata prius incipit moueri, & sic est etiam in firmamento quod est aliqua stella vel aliquod signum nobilius vel perfectius, q̃ motor principalius intẽdit moueri & inceptionem motus eius principaliter, & hoc vtrum sit aries vel aliud signum, spectat perscrutatio ad Astronomos: sed non est naturalis intentionis. hoc tamen Astronomi ponunt signum arietem, quia virtuosius est & perfectius omnibus partibus non stellatis in mouendo inferiora: cuius motum & inceptionem motus principalius intendit motori: & in illo signo firmamentum inciperet moueri, si inciperet moueri: & hoc intelligendum est modo supradicto. Notandum etiam diligenter secundum Commenta. cum Aristo. dicit oriẽs

A esse dextrum cœli intelligit per oriens principium eorum, quæ ascendunt supra primum orizontis habitabilis: & per occidens intelligit vltimum eorum, quæ descendunt sub vltimo orizontis habitabilis: & hoc totum est cum posuerimus terram naturaliter habitabilem, & non transeatur ad aliam habitationem hac. Et notandum, q̃ licet in terra habitabili sint diuersæ partes circuli, quæ dicuntur orizonta, & Sol prius eleuatur super orizonta vnius regionis quam alterius. & hoc est propter sphæricitatem & gibbositatem, & quando oritur aliquibus existentibus in vna regione, adhuc alii plus inferius sunt quasi sub monte & Sol adhuc non oritur eis, sed postea. & licet vna pars non sit habitabilis semper, quoniam illa pars, quæ nunc est habitabilis, postea non erit habitabilis: quia vna exiccatur & alia humescit tota & aquosa propter diuersos aspectus astrorum & coniunctiones: tamen vt Cõmenta. vult est terminus habitabilis ex parte orientis naturalis antequam alia pars non est habitabilis. vnde ex

B parte orientis est deuenire ad primam partem habitabilem terræ naturaliter, antequam alia non est habitabilis propter diuersitatem aliquam astrorum & effect⁹ quos faciunt ibi mirabiles. similiter ex parte occidentis est vltimus terminus naturalis habitabilis, vltra quæ alia nõ est habitabilis, & hoc propter maria & intolerabiles effectus astrorum ibi. & bene innuit Commentator, qui dicit primum eorum, quæ ascendunt primum super orizonta, idest primam partem habitabilem ex parte orientis, & similiter intelligatur ex parte occidentis.

Vult ergo dicere Aristote. secundum Commentatorem, q̃ in cœlo dextrum est oriens primum eorum, qui ascendunt supra primum orizontis habitabilis, & motor illius partis in quocunque orbe sit, vt stellæ in orbibus planetarum inceptionem motus principaliter & eleuationem super orizontem primo, non quo ad vnam regionem, sed primo naturaliter habitabilis, & vbicunque illa pars sit, vt Sol, & alia pars orientalis ubicunque sit

C semper est dextra, vt Sol siue sit in oriente siue in occidẽte & semper dextra est: vt in homine quocunque vertat se semper dextra pars est dextra. & dicit Commenta. q̃ istis intellectis soluuntur difficultates, & Commenta. subiungit q̃ illud quod Aristote. dicit est simile illi quod dicit in Octauo Physicorum. Vnde dicit q̃ primum mouens orbis est in maximo circulo qui mouetur motu velocissimo & in æquali tempore maius spatium pertransit q̃ alii circuli, & non est in maximo circulo circunscriptiue sed secundum apparitionem effectus, & non includitur in loco positiue, sed eius effectus maxime apparet in illo circulo. & hoc dicit hic. similiter q̃ primum mouens est in parte illius circuli determinata vt orientali, ita q̃ vocat oriens in quo ens mouens primæuitate intentionis, quia principalius intendit illam partem mouere q̃ alias illius orbis. ergo dextrum in cœlo non diuersificatur, quia vbicunque Sol est, tamen est oriens, quia motor eius principalius intendit eleuationem eius super primum orizonta. Tunc Commenta. concludit, q̃ Ari-

D stoteles. in Physicis docuit maximum circulum, in quo est mouens. hic autem docet partem circuli determinatã, in qua est mouens, quæ est nobilior & perfectior, cuius motum motor principalius intendit. Notandum, q̃ in corporibus cœlestibus duplex est motus, scilicet communis & diurnus, & est primi mobilis, & isto motu participant omnes inferiores orbes, & in illo motu conueniũt omnes sphæræ & planetæ, quia motu illo mouẽtur omnes sphæræ planetarum in die naturali ab oriente in occidens redeundo in oriens. Alius motus est oppositus aliquali diuersitate, non q̃ directe opposito sit ibi, vt dictum est prius, quæ est ab occidẽte in oriens & est oĩum sphærarum inferiorum a primo mobili & illum diuersi planetæ in diuersis temporibus perficiunt. modo, dicit Aristo. nos qui habitamus versus polum septentrionalẽ sumus in loco deorsum, & sinistra parte: & hoc secũdum

Conc. 15. Dextrum cœli q̃ oriẽs dr̃ cel

Termini habitabilis & inhabitabilis terræ natura reperiũ ex astrorũ dispõne, & aspectibus certum est.

motum primæ sphæræ, quæ incipit motum ab oriente: sed alii qui sunt ad alium polum sunt in loco sursum & in dextra parte: sed econuerso est quo ad motum secūdum, qui incipit ab occidente:qui est motus planetarum sic habemus esse sursum & in dextra parte: quia totus motus planetarū inciperet ab occidente si inciperet. & dicit Cōmē. q̃ hæc consideratio habet locum, quæ pars sit nobilior, vtrum septētrionalis, vel meridionalis. & dicit, q̃ meridionalis est nobilior sm motum primæ sphæræ nobiliorem, & est sursum simpliciter. sed alius motus minus nobilis, sicut planetæ minus nobiles sunt q̃ primum mobile. & sic septentrionalis pars est ignobilior simpliciter. Et subdit Commē. q̃ intellectus humanus non potest apprehendere verificationem huius propositionis: & debet exponi non potest. i. difficulter: tamen simpliciter non est impossibile. Vnde impossibile vno modo accipitur pro difficili, vt patet in Metaphy.

Rñones. PEr hoc ad rationes. Ad primam. illa pars &c. verum est a qua incipit motus, vel inciperet si inciperet. Et cum dicitur. q̃ ab oriente &c. dicēdum q̃ oriens nō est pars quantitatiua, a qua prius tempore incipiat motus, tamē est pars a qua inciperet primus motus, si inciperet. non dico primæuitate temporis, sed intentionis motoris, quia principalius intendit mouere illam partem, quæ est principalior, perfectior, virtuosior aliis partibus in mouēdo. Et sciendum, q̃ dato q̃ motor cœli non incipiat mouere, sicut verum est, tamen non est inconueniens esse dextram partem in cœlo, a qua inciperet mot⁹ si inciperet. verbi gratia, si esset hō, qui nunq̃ motus fuisset vel nunq̃ moueretur: ille nunq̃ inciperet motum: & tamen hoc nō obstante haberet dextram, a qua parte inciperet moueri, si inciperet motum. Ad secundum, si pars dextra cœli &c. dicendum q̃ per partem orientalem duo possum⁹ intelligere. vno modo partem orientalem, qua eleuatur supra orizonta artificialia. sic non est intelligendum, q̃ illa sit dextra: quia sic quælibet pars eleuatur supra orizontem & occidit: & sic vna & eadem pars esset dextra & sinistra. Alio modo intelligitur oriens pro illa parte, quæ primo eleuatur supra primum orizonta habitabilis naturaliter terræ. & hoc primæuitate intentionis motoris: qa sic est dare primum orizonta habitabilis simpliciter, vt dicit Commenta. & sic Sol in orbe suo est oriēs: quia principalius motor intendit eleuationem eius supra primum orizonta: & sic determinata pars est oriens: & vbicunq; est Sol est oriens & dextrum: sicut dictum fuit de dextra hominis, ita intelligatur de aliis orbibus. Ad tertium: si oriens esset &c. dicendum, q̃ verum est si intelligatur sup orizonta artificialiter distincta, & sic quælibet pars esset orientalis, sed sic non intelligitur: sed intelligitur super primum orizonta habitabilis terræ simpliciter quam partē intendit mouere principalius eleuare orizonta artificialia distincta secundum regiones, tamen omnia determinata sunt quo ad primum & vltimum terræ habitabilis in natura simpliciter, vt dictum est sm Commentatorem.

Tex.cõ.15. *Necesse igitur terram esse: hoc enim quiescit medio. Nunc quidem igitur supponatur hoc: posterius autem demonstrabitur de ipso.*

QVAESTIO VI.

An terra propter cœli motum necessaria sit.

COnsequenter quæritur circa illud capitulum. Quoniam autem nō est contrarius motus. Vtrum ad motum cœli sit terra necessaria: & arguitur q̃ non: quia posterius non requiritur ad esse prioris, quia prius potest absolui a posteriori Nono

E Metaphy. sed terra & omnia elementa sunt posteriora ad motum cœli. quia cœlum per motū suum est causa omnium inferiorum, ex Octauo Physicorum, & Secundo de Generatione.

OPPOSITVM vult Aristoteles. in prædicto capitulo. vult, q̃ terra sit necessaria ad motum & etiam, q̃ quiescat in medio; ita q̃ si motus cœli est perpetuus, necessario terra perpetuo quiescit in medio. Te.cõ.13. Tex.cõ.9 Te.cõ.50 Tex.cõ.47.

CONCLVSIO.

Terra necessaria est præter cœli motu, ad eius tantum diuersificationem.

DIcendum est ad quæstionem, q̃ ad motum cœli necessaria est terra. ratio est. ad omnem motum localem necessario requiritur quiescens, respectu cuius mobile per motum suum diuersimode se habeat, vt patet ex libro de causis motuum animalium. quia si hoc non esset, tunc motus localis non esset: sed non inuenitur
F aliquod corpus quiescens præter terram, respectu cuius cœlum per motum suum in partibus suis diuersimode se habeat, & hoc patet per inductionē. Vnde patet q̃ ignis nō est: qa mouet̄. similr aer mouet̄ silr aqua non est: quia non est in medio simpliciter. ergo relinquitur q̃ terra sit: quia respectu eius cœlum per suum motum appropinquat secundum partes plus, similiter elongatur: vt patet de planetis in signis septentrionalibus & meridionalibus.

Notandum q̃ terram requiri de necessitate propter motum cœli potest intelligi dupliciter. Vno modo q̃ affigetur & appodiatur terræ motor cœli in mouendo, & isto modo non requiritur terra ad motum cœli, qa motor cœli est immaterialis substantia & nulli appodiatur, vt patet ex libro de causis motuum animalium. Secūdo modo potest intelligi q̃ terra requiratur ad motum cœli, propter diuersificationē cœli, ita q̃ cœlum respectu eius per motum suum diuersimode se habeat, ita q̃ secūdum partes plus appropinquat, vel recedit propter generationem & corruptionem animalium. & sic requiritur de ne-
G cessitate ad motum, sicut ad motum localem cuiuslibet corporis necessario requiritur quiescens, respectu cuius cœlum per motum suum diuersimode se habeat secundū partes, vt dictum est.

AD argumentum. posterius &c. Verum est causaliter non requiritur ad esse prioris, ita q̃ posterius sit causa esse prioris, sed bene potest requiri ad esse eius concomitanter & consecutiue. vt risibile prius est homine, & requiritur tamen risibile ad esse eius, quia homo non est sine risibili: non tamen regulariter causaliter: quia sic esset causa hominis. Aliter potest dici. sic est in proposito, q̃ motus cœli est prior terra & terra non regulariter ad motum cœli causaliter, sed bene consecutiue: sicut ad motum localem necessario requiritur quiescens, respectu cuius mobile per motum suum diuersimode se habeat. Aliter potest dici. cum dicitur. posterius &c. verum est quando prius indifferenter se habet ad opposita: vt materia prima indifferenter se habet ad formas oppositas: vt forma humana non requiritur ad esse hominis
H sed quando prius non habet se indifferenter, sed determinate ad vnum tunc prius requiritur ad esse posterioris. vt homo non habet se indifferēter ad risibile & ad nō risibile. similiter ignis non habet se indifferenter ad calidū & frigidum: sed determinate ad calidum. similiter motus cœli non se habet indifferenter ad quiescens & non quiescens: sed determinate ad quiescens. ideo &c.

Necessario requiri[illegible] ad motum cœli [illegible] genere [illegible] formalis, ol motum per [illegible] oportet [illegible] quod est [illegible] est, q̃ cœli motus [illegible] ge[illegible] re, ut loco, et materia circa [illegible] & ut forma. vide Auer. 4. phy. 45.

Quoniam autem est dupliciter in circulo moueri, puta ab A huc quidem ad B, hunc autem ad G. Quod quidem igitur non sunt contrarii isti prius dictū est.

QVÆSTIO VII.

An in cœlo plures motus ad diuersas partes esse debeant.

Consequẽter quæritur, Vtrum in cœlo debent esse plures motus ad diuersas partes, & arguitur ꝙ non. Corporis simplicis debet esse vnus motus secundum naturam, primo, & secundo huius: Tex.c.8 sed cœlum est corpus simplex, vt vult Commenta. Tex.c.17 primo huius. ꝙ sit corpus simplex non habens contra- Tex.c.20 rium manifestum est per Aristo. primo huius. ergo motus eius debet esse vnus & ad vnam differentiam positionis. Itẽ, si essent plures motus in cœlo, vel essent diuersi numero vel specie, per sufficientem diuisionem: sed non secundum speciem, quia secundum speciem est contrarietas, vt patet Quarto Metaphy. sed motus cœli non habet Te.c.4. contrarium nec secundum totum nec secundum partes, vt probatum est primo huius. Nec sunt diuersi numero: Tex.c.4. quia motores orbium cœlestium non differunt numero: Tex.c.24 quia immateriales sunt, & in illis non est pluralitas indiuiduorum numero. ergo, cum motores cœli sint immateriales, ideo non procedunt ab eis motus diuersi numero, & hoc saltim quo ad vnum orbem.

OPPOSITVM vult Aristo. in litera. quia alius est motus ab oriente in occidens, & econuerso ab occidẽte in oriẽs. Idem vult Commentator Octauo Physicorũ in illo capitu. Et iterum considerans. vbi dicit, ꝙ quidam motores corporum cœlestium mouentur per accidens: quando mobilia mouentur pluribus motibus.

CONCLVSIO.

Corporum cœlestium diuersos motus esse oportet ad horum inferiorum generationem.

AD quæstionem dicendum ꝙ in corpore cœlesti sunt plures motus nõ directe oppositi, sed diuersi motus, sic intelligẽdo, ꝙ omnia corpora cœlestia in die naturali mouentur motu diurno ab oriente in occidens, & econuerso. 24. horis: & hoc est motu primi mobilis: sed alii omnes orbes præter primum mouent̃ econuerso non directe motu opposito, sed diuerso, quia non sunt super eosdem polos & axem: & illo motu qualibet alter orbis mouetur ab oriente in occidens, occidente in oriens redeundo in occidens & hoc in determinato tempore. & aliquis in tribus annis vt Saturnus. aliquis. in. 12. vt Iuppiter. aliquis in duobus, vt Mars, aliquis in vno, vt Sol Venus, Mercurius. aliquis in mense, vt Luna, vt patet ex Astronomia. & hoc Aristo. ꝓbat in litera quinq; consequentiis. primo, si motus cœli est, terra est. ista consequentia probata est per quæstionem præcedẽtem. modo, si terra est, necesse est ignem esse. hoc probat Aristo. quia si vnũ ꝯtrariorũ in nã est & reliquum, quia cõicant in materia, q̃ est in potentia ad vtrũque ꝯtrariũ & vtrũq; contrarium reducitur ad actum. aliter potentia esset ociosa. Tunc vlterius, terra & ignis sunt cõtraria, saltem se- Tex.c.16. cundum virtutes. Tunc est tertia consequentia, si terra & ignis sunt elementa inter se media sunt vt aer aqua. & probatur consequentia vt prior: quia ista elementa sunt contraria aliqualiter, quia aer terræ contrariatur duplici proprietate, vt patet secundo de Generatione. modo, si vnum contrariorum est in natura & reliquum. Tunc quarta consequentia est. si ista quatuor elementa sunt, esse generatio & corruptio est. quia corruptio & generatio est inter contraria cum sint actiua & passiua, vt patet primo de Generatione. Tunc quinta est consequentia. si generatio & corruptio est, oportet esse plures motus corporum cœlestium: quia ad generationem & corruptionẽ non sufficit vnus motus solus, quia isti sunt diuersi motus ad quos non sufficit vnus motus ad causandum: quia vnum principium secundum vnum motum non est natum facere nisi vnum effectum secundo generatione. & Octauo Physicorum. ergo relinquuntur diuersi motus Tex.c.56 corporum cœlestium secundum accessum & recessum, secundum quos causant generationem & corruptionem inferiorum. Notandum, sicut dicit Comment. primo A huius, ꝙ corporum cœlestium motus prima intentione non sunt propter generationem & corruptionem inferiorum: quia nobilius non est propter vilius prima intentione: sed corpora cœlestia nobiliora sunt inferioribus, & motus eorum motuum inferiorum. vnde motores corporum principiorum mouent propter similitudinem ad primum principium conseruandum, quæ est causalitas: sed contrario mouent propter generationẽ & corruptionem inferiorum: quia aliter non causalitatem conseruarẽt nisi mouerent ad generationem & corruptionem. vnde dicit Comment. sic. quicquid inuenitur propter se primo mouere contrario inuenitur propter aliud nisi esset in natura innata ad largiendum.

Et hoc ad rationes. corporis simplicis &c. verum est Rñsiones. secundum naturam propriam & vnum motorem: sed secundum diuersas naturas & diuersos motores possunt habere plures motus. Et cum dicitur. cœlum &c. verum est pro vno orbe, licet totum cœlum non sit om- B nino vnum. ergo quilibet orbis habet vnum motum secũdum naturam propriam & vnum motorem, sicut. Solis orbis mouetur ab occidente in oriens. secundo huius. sed secundum plures motores possunt habere plures motus, & habent motum diurnum secundum naturam cõmunem & motorem primi mobilis. Ad aliud, si in corpore &c. dicendum ꝙ non sunt plures in numero, sicut indiuidua eiusdem speciei: sed distinguuntur specie. non dico diuersarum specierum, quæ sunt finales species generis vniuoci, ita ꝙ contineantur sub vno genere vniuoce: sic non differunt specie, quia tunc haberent contrarietatẽ veram, qua distinguũtur ab aliis speciebus oppositis, sed differunt specie. i. secũdum diuersas essentias distinctas, vt indiuidua eiusdem speciei non sunt diuersa secundum essentias, quia conueniunt in vna essentia speciei specialissime, sed differunt per accidentia sed si aliqua differunt per essentias diuersas, illa differunt specie circunscriptis etiam omnibus accidentibus, sicut decem prædicamenta diffe- C runt specie. i per essentias diuersas, quia quæ differunt specie & genere, vt patet. Quinto Metaphysi. & sic motores cœlorum differunt, & per consequens mobilia & motus cœlorum, non ꝙ sint species vnius generis vniuoci.

De motu autem ipsius quia regularis est, & nõ irregularis, deinceps vtique dictus erit pertransire. Tex.c.35

QVÆSTIO VIII.

An motus cœli vniformis ac regularis esse debeat.

Consequenter quæritur circa illud capitulum. De motu autem temporis, Vtrũ motus cœli debeat eẽ regularis & vniformis, & arguitur primo ꝙ non, Motus naturalis non videtur esse regularis: quia dicit̃ in litera, ꝙ quæ mouent̃ naturaliter velocius mouentur circa terminum quo feruntur. i. terminum ad quem: sed talis motus qui est velocior in fine q̃ in princi- D pio, non est regularis & vniformis: sed motus cœli est naturalis, vt patet pri. o huius. vbi dicit, omnia enim Physica corpora secundum se dicimus moueri secundum locum. Item, motus qui est a voluntate, non est regularis, quia voluntas habet se ad opposita. sed motus cœli procedit a volũtate, quia dicit Cõm. 12. Met. & 2. huius, ꝙ motores corporũ cœlestiũ, de virtutib⁹ aĩæ hñt duo. i. Tex.c8.5 volũtatem & intellm. Itẽ, motus, qui est aliqñ velocior aliqñ tardior non põt esse regularis, quia motũ esse aliqñ tardiorem & qñq; velociorem repugnat regularitati & vniformitati: sed motus cœli qñq; est tardior, qñq; velo- Com.36 cior, qm̃ stellæ erraticæ qñq; velocius, qñq; tardius mo- Sectio cœli.61 uent̃: quia dñr aliqñ directi, aliqñ retrogradi, aliqñ stationarii, vt p obseruationes sensibiles astrorũ patet. Itẽ ille motus nõ ẽ regularis & vniformis, cui⁹ mobile resistẽtiã

hēt ad motorē:q̄a ex illa resistētia,puenit difformitas motus & irregularitas, vt patet in motu animalium:sed motus cœli habet mobile quod habet resistentiam ad motorem: quia talis resistentia est in omni motu, scilicet mobilis ad motorem, aliter motus fieret in non tempore vt vult Commēta. Quarto Phy. Item, ille motus est regularis, qui est causa motuum irregularium: quia quicquid est in causato est in causa, cum causarum dependeat a causa in motu, sed motus cœli est causa inferiorum motuū, qui sunt irregulares: quia quandoque sunt remissiores, Te.c.77 quandoque velociores, quandoque velocissimi, sed cœlum per suum motum est causa horum motuum, ut patet. 8. Phy. & primo huius. Tex.c.32 Te.c.35.

OPPOSITVM vult Arist. in litera. quia demonstrat, q̄ motus cœli sit regularis & vniformis: & hoc idē vult Commen. & Astronomi supponunt hæc, quod qlibet orbis regulariter & vniformiter mouetur circa centrum aliquod: quia in æqualibus temporibus describunt æquales angulos & arcus æquales circa aliquod cētrum.

CONCLVSIO.

Motus Cœli Regularis & uniformis est.

Dicendum est, q̄ secundum intentionem Aristote. motus cœli est regularis & vniformis, & sunt rationes Aristo. tres prima. in omni motu irregulari sunt tria: intentio, quæ quandoque velocior est, & remissio i. quæ quandoque erit tardior. vel virtus. i. q̄ est velocissimus circa omnia naturalia cum determinata sint ad maximum & ad minimū. vnde oportet esse istas tres conditiones in motu irregulari: sed in motu cœli nō sunt hæc tria: quia non est intensior non velocior nec tardior vno tempore q̄ alio, nec est virtus. quia velocissimus in comparatione ad inferiora vel econuerso, quia in motoribus inferiorum est velocissimum vt in naturali motu in fine. in proiectis velocissimum est circa medium, in violētis in principio: vt dicitur in litera. Item, si irregularitas est in motu cœli, vel est ex parte mobilis, vl' motoris, vel vtriusq;, per sufficientem diuisionem. non ex parte mobilis, quia non est alterius dispositionis q̄ in alio. quia est in generabile & incorruptibile & inaugmentabile & inalterabile, & susceptiuum alicuius mortalis dispositionis. vt patet primo huius, nec ex parte motoris minus: quia motor est nobilior moto. cum ergo motū non sit susceptiuū alicuius mortalis difficultatis vel dispositionis talis minus motor: qui non peioratur nec diuersificatur aliqua diuersitate: sed semper eodē modo se habet, cum moueat motu perpetuo & continuo, vt patet Octauo Physicorum nec amborum gratia est irregularis, quia quod non est in Te.c.15 partibus, non est in toto & dicit Cōmē. q̄ ista ratio fundatur super firmissimas propositiones. q̄a velocitas motus est ex proportione motoris ad mobile: & alia velocitas ex alia & alia proportione motoris ad mobile. & addit Commē. q̄ si alia non mouetur tanta velocitate quā Te.c.38 ta conuenit moueri, hoc prouenit ex diuersitate mobilis & motoris. quia non videtur melior, toto instrumento, sed per se tantum vt parte corporis naturalis & nō toto. vnde si vteretur toto instrumento vt calore naturali contingeret velocissime moueri: quoniam alia est virtus partis & alia totius, modo, motus cœli nō est per tale instrumentum & per calorem & spiritus: quia non est diuersitas aliqua in ipsa. sed non potest diuidi, cum non sit susceptiuum mortalis dispositionis. Item tertio. si motus cœli esset irregularis, aut hoc esset vno istorum modorum aut quod in vno tempore infinito intenderetur semper, & in alio tempore infinito remitteretur semper. vel in toto tempore infinito intenderetur: vel in toto tempore infinito remitteretur, vel vicissitudinaliter, ita q̄ iam intenderetur & postea remitteretur, & sic semper. & patet p̄ sufficientem diuisionem: quia pluribus modis motus irregularis non potest imaginari: sed nullo istorum modorum, motus cœli irregularis est. quia non dicitur q̄ in vno tempore infinito intēdatur & in alio remittatur. quia remissio propter impotentiam. sed illa impotentia & defectus & E omnis vilitas est præter naturam, & illud non potest esse in infinito tempore. quia non potest esse cum eo q̄ est secundum naturam in æquali tempore. non potest dici, q̄ motus cœli semper velocitetur. hoc probat Aristo. quia est dare tempus minimum, in quo minori non pōt moueri. modo non esset dare minimū tempus, si motus semper per infinitum intenderetur tempus. ergo non semper velocitatur: quia cuiuslibet operationis naturalis est dare minimum tempus, in cuius minori nō potest operari virtus, vt minimum tempus cibarizationis in cuius minori non potest fieri. & dicit Commēta. q̄ sequeretur q̄ motor primus esset infinitæ actionis in qualitate & vigore, quod secundum eum inconueniens est, sed tamen vtrum hoc sit possibile, fiet specialis quæstio. Similiter non pōt semper per tempus infinitum remitti, cum remissio sit defectus, vt dicitur secundo huius. Relinquitur tertium, q̄ Te.c.37 vicissitudinaliter, ita q̄ iam intendatur & postea remittatur. & sic semper vicissim. & hoc dicit Aristo. simile esse fictioni & contra sensum. quia non potest demonstrari F per ea quæ apparent ad sensum. Similiter est contra rationem. quia non potest manifestari per rationem concordantem sensibus: & tamen hoc non lateret in his. quia opposita iuxta se posita fiunt sensibiliora. mō, si hoc fieret in stellis iuxta se positis, q̄ motus vnius intenderetur, iam & alterius remitteretur. & hoc patet manifestum & Cōmen. confirmat q̄ aliquod mobile vicissitudinaliter diuertitur in motu hoc non prouenit nisi ex diuersitate desiderii. vt patet in animali q̄ est hic, q̄ aliquādo debilius, aliquando fortius mouetur, secundum q̄ aliquando desiderat fortius, aliquando minus: sed diuersitas non est nisi ex parte continentis extrinseci, vt cœli vel aeris, vt patet in animalibus hic: quoniam aliquando plus intenditur p̄ desiderium, quia calefiunt a motu cœli vel aere. sed corpus cœleste, nec motor eius est in continente, ex cuius diuersitate diuersificetur desiderium mouētis: ex his omnibus concluditur motum cœli esse regularē & vniformē.

Resp. Per hoc ad rationes. Motus &c. dicendum q̄ motus G est naturalis a materia & forma. quia vtrunque dicitur natura. modo natura dicitur æquiuoce vel analogice de natura inferiorum, & cœli. quia hoc est materia in potentia ad esse & ad oppositam formam. quia habet cōtrarium forma in materia & forma dicitur hæc materialis & constituta per subiectum, sed forma in cœlo dicitur immaterialis & non constituta per subiectum, & si est materia ibi non est in potētia ad esse, sed est subiectū simplex, quod est in potentia vnde & quo. i. quo ad terminos trāsmutationis. modo, motus naturalis, qui est a materia & forma, quæ est in potentia ad esse & ad formam oppositam, & forma materialis illa non est regularis & de illa loquitur, sed motus, qui est naturalis, qui est a forma & in materia, quæ non est in potētia ad esse, sed vnde & quo, ille bene est regularis. Ad secundum motus qui est &c. conceditur. si est a voluntate trāsmutabili, cuius actus depēdet a cognitione generabili & corruptibili, vt est in hominibus, quia illius cognitio dependet ex phantasmate generabili & corruptibili: secundum Commen. Tertio 8 de an. 5. de Anima. intellectiones materiæ sunt colligatæ cū phan H tasmate generabili & corruptibili. ergo corrumpitur intelligere nostrum: sed, si motus dependet a voluntate non mutabili, vt motus cœli dependet a voluntate Dei, quæ non est transmutabilis, quia non est per cognitionem generabilem & corruptibilem, sicut in nobis, vbi dependet voluntas a cognitione noua, quia voluntas diuertitur a continuitate. vnde dixerunt antiqui, q̄ voluntas augetur ad præsens in hominibus &c. vt patet secūdo de Anima. sed voluntas Dei non dependet a cognitione noua, quia semper habet se eodem modo volens & volūtas: & ideo sunt in deo essentialiter idem volibile & voluntas, intelligens & intellectum, vt dictum est per Comment. prius vnde motor primus & voluntas eius est intrāsmutabilis & per se & per accidens. 8. Physic. Ad tertium, motus Te.c.8

qui est

qui est aliquando &c. verum est, si in rei veritate est ista diuersitas, sed secundum apparentiam non oportet. Et cũ dicitur, de motu planetarum. dicendum, ꝙ secundum veritatem semper regulariter mouentur in suis orbibus & non vno tempore velocius ꝗ̃ alio. licet hoc appareat nobis: & vtrum hic apparentis diuersitatis sit secundum epiciclos & eccentricos pertinet ad Astronomos: quia volunt, ꝙ hic apparentia saluentur per motum in epicentrico, vel propter eccentricum: sed tantum sufficit, ꝙ sciamus ꝙ ista diuersitas non est nisi secundum apparentiam diuersitatis motuum planetarum diuersis orbibus. Ad quartum. ille motus &c. dicendum ꝙ in motu mobile resistere motori intelligitur dupliciter. vno modo ꝙ mobile habeat naturalem inclinationem ad vbi motus, quo motor intendit ponere mobile. vt corpus animalis naturaliter inclinatur deorsum, qui motus est oppositus motui quo mouet anima, quia mouere potest sursum vel ad latus: & vbi est talis resistentia in motu, motus est irregularis: & talis resistentia non est in cœlo, cum neque sit graue neque leue. Alio modo potest intelligi q; mobile resistat motori secundum diuersitatem potentiæ ad actum. quia mobile est in potentia tale qualis est motor in actu: & illa resistẽtia necessaria est in omni motu: & ex tali resistentia non prouenit irregularitas motus: & sic cœlum resistit motori. quia in potentia est in aliquo vbi & in opposito vbi, vbi motor intendit ipsum mouere. Ad quintum dicendum: negando ꝙ omnem irregularitatem necesse sit reducere ad regularitatem, aliter procederetur in infinitum. Et cum dicitur. quicquid est in canto &c. verũ est quæ pertinent ad perfectionem causæ agẽtis, sed quæ pertinent ad imperfectionem non oportet. Et cum dicit. irregularitas &c. dicendum ꝙ ista non pertinent ad perfectionem rerum. sed ad vilitatem & orbitatem. ergo non oportet ꝙ sit in cœlo. Vel dicendum est quicquid est in canto &c. dicendum ꝙ formaliter est verum per virtutẽ est in causa. Et cum dicitur &c. dicendum, ꝙ omnis motus inferiorum dependet a motu cœli exceptis duobus, scilicet intellectu & voluntate, quæ in actibus suis non necessitantur per motum cœli, sed aliqualiter inclinantur: vnde eis remanet libertas. & cum dicitur, ꝙ irregularitas &c. dicendum ꝙ sufficit ꝙ causaliter & virtute sit in eis, sed nõ oportet ꝙ formaliter: quia formæ omnes sunt in terminis, secundo de Generatione.

Rectius respondebis cœlũ resistere motori nõ rõne motus, sed termini. q̃a nõ ita cito peruenit motor ad terminũ, sed puta in 24. horis.

Te. cõ. 50.

Te. cõ. 42. *Calor autem ab ipsis & lumen generatur attrito aere ab illorum latione. Natus est enim motus ignire & ligna & lapides & ferrum. Rationabilius igitur propinquius igni propinquius autem aer, velut & in latis sagittis. Hę ipsę enim igniuntur sic, vt liquescant plumbeę. Et quoniam igniuntur istæ, necesse & eum qui in circuitu ipsarum aerem hoc ipsum pati.*

QVAESTIO IX.

An motus localis habeat calefacere.

Te. c. 28 & 31. Cõm̃ 27. & 28 Te. cõ. 34

CONsequenter quæritur circa illud capitulum. De vocatis autem astris, Verũ motus localis habeat calefacere. Et arguitur ꝙ non. vnumquodque ens generatur a suo simili, vt patet Septimo Metaph. nã vnumquodq; fit a cõuenienti sibi in specie. & dicit Commen. Tertio de Anima: ꝙ nihil reducitur de potẽtia ad actum nisi ab aliquo suæ speciei: sed caliditas non est eiusdem speciei cum motu locali, sicut nec eiusdem speciei est cum vbi ad quod fit motus localis. Item, ꝙ generat aliquid debet esse perfectũ: quia generare est actus perfecti, vt patet secundo de Anima: sed motus localis non est perfectus: quia est actus entis in potentia secundum ꝙ alii motus, vt patet Tertio Physicorum. Item si motus esset causa caliditatis, tunc ꝙ velocius mouetur est magis causa caliditatis: sed hoc est falsum: quia graue velocissime mouetur circa medium, & tamen ibi non magis calefacit: quia ibi est perpetua frigiditas, quia ibi terra simpliciter est frigida. consequentia patet: sicut simpliciter ad simpliciter, sic magis ad magis, & maxime ad maxime. ergo, si motus calefit, & quod mouetur magis, calefit magis, & quod velocissime mouetur, maxime est causa caliditatis, tunc fluens aqua esset calidior stante, sed hoc est falsum, quia aqua fluuiorum non est calidior aqua stagnante vt patet ad sensum. consequentia patet: quia fluuii magis mouentur quam aqua stans. Item, nos videmus aquam calidam si mouetur multum infrigidari magis quam si permitteretur quiescere & in vase: & hoc non esset, si motus calefaceret: quia tunc plus calefieret. Item vnum & idem in specie nõ generatur a diuersis in specie: quia sicut ab vno agente naturali non fiunt diuersi effectus in specie. ex Octauo physicorum: quia quædam mouent singulariter, idest producunt vnum effectum, etiam Secundo de Generatione, idem inquantum idem non est natum facere nisi idem, sic econuerso vnus effectus in specie non fit a diuersis agẽtibus in specie, sed caliditas causatur a lumine, & motu, et calore, quæ differunt specie. ideo &c.

Tex. c. 40. (Te. cõ. 8.) Te. c. 53

A … B (section letters in the margin)

OPPOSITVM vult Aristote. in hoc capitulo. Vbi vult, ꝙ corpora cœlestia per suos motus calefaciũt: qui dicit, ꝙ calor & lumen ab ipsis generatur, & hoc idẽ vult in Primo Meteororum. vbi dicit, videmus ita motum, ꝙ potest disgregare aerem & ignem, vt etiam lata liquefacta videantur sæpe. Te. cõ. 42

Item dicit ibidem, lato autem primo elemento circulariter, & corporibus, quæ sub ipso propinquius, semper inferius mundi & corporis disgregationem motu attendere & facit caliditatem: & hoc etiam patet ad sensum ꝙ homo, si mouetur, calefit, & non calefieret si quiesceret.

C

CONCLVSIO.

Motus per se causa caliditatis est.

NOtandum, ꝙ non videtur esse dubium de conclusione ipse, quin motus localis appropinquat' sufficienter calefactibili & in sufficienti velocitate, calefit, sed de modo secundum quem calefacit est diuersitas. Aliqui dicunt, ꝙ motus calefacit, quia moueri est proprium calidi. ergo motus calefacit. & attribuunt expositores in isto Secundo & etiam in Primo Meteororum, istam opinionem Commentatori, sed ista opinio non valet primo propter hoc ꝙ moueri non est proprium calidi, quia, si esset sibi proprium, nihil moueretur nisi calidum. sed hoc est falsum, quia multa videntur moueri, vt corpora cœlestia, quæ non sunt formaliter calida, sed terra & aqua sunt elementa frigida. Secundo non valet, qa dato ꝙ moueri sit proprium calidi, non tamen videtur intentum: quia proprium est posterius eo cuius est proprium, sed posterius non est causa prioris agens, quæ requiritur hic Sed qui istam opinionem attribuunt Commentatori peccant contra bonos mores, quia ipse Commenta. non hoc dicere inuenitur, si omnia commẽta eius inspiciantur: modo mendacium est prauum & per se fugiendum, vt patet Quarto Ethicorum. Alia est opinio, ꝙ motus localis calefacit, quia primum est in vnoquoq; genere causa aliorum. Quinto Metaphy. sed motus cœli est primus motuum, vt patet Octauo Physicorum. Ista opinio non valet, quia si hoc esset non esset magis causa caliditatis quam frigiditatis, quia frigefactio est motus sicut calefactio. ideo non valet.

D

Tex. c. 16. Te. cõ. 55.

Item si motus localis in eo ꝙ primus calefaceret tunc motus posteriores non calefacerent sed hoc est falsum, quoniam motus violentus si velox sit calefit vt patet in

Non militant aduersus Tho.

Quã hæ duę sẽtẽtiæ. nã sicut frigefactio sẽ aquę mot⁹ sicut calefactio, frigefactio nõ ẽ per se prio intra 1 genere motuũ sed p accidẽs. Motus sic calefacit inquãtũ primus est, & respectu lationis, q̃ aliorũ motuũ, puta alterationẽ, & id genus.

sagittis vbi plumbum calefit. Alii autem dicũt, q̃ motus calefacit per accidens & non per se, & hoc dupliciter. vno modo ratione subiecti q̃ mouetur, quãdo enim subiectũ mouetur, tunc appropinquatum calefactibili tangit ipsum frequẽter & secũdum plures partes & minores: & potest formari syllogismus. Illud, per quod corpus habens virtutem calefaciẽdi, tãgit calefactibile frequẽtius, & secundum plures & minores partes, est causa per accidens caliditatis: quia propter cõtactum illum frequẽtem & secundum partes minores & plures causatur caliditas, sed mobile per motum est huiusmodi, vt patet: & isti dicunt, q̃ hoc modo intellexit Aristo. in litera in secũdo huius: vbi dicit, q̃ calor & lumen generantur ab ipsis attracto aere, & ab illorum latione: quia dicũt, q̃ per attractionem nõ intelligit diuisionem aeris in materia: sicut si lapis diuidit in duas partes nec intelligit per attractionem pulsionem violẽtam: quia per corpora coelestia nihil violentatur. ergo per attractionem intelligit cõtactum secũdum plures & minores partes calefactibilis. Secũdo modo hoc fit virtute medii, in quo mouetur: quia cõtingit quãdo subiectum mouetur per aerem, & medium habet caliditatem sopitam, vnitur aer, in partibus & vnitis in partibus per caliditatem, fortificatur caliditas, quoniam omnis virtus vnita fortior est seipsa dispersa, vt patet in libro de Causis & primo Meteororum. & tũc virtus fortificatur: quia, quãdo mouetur aer per sagittam secũdum eos vnitur secundum compressionem, & tũc medium debilis caloris vel habẽs potẽtiam calefaciẽdi surgit in actum calefaciendi, vt dicũt. Ex hoc posset formari syllogismus. Illud est causa caliditatis per accidens, per quod corpus & mediũ habẽs calorem remissum vnitur: sed per motum localem aer vnitur vt dictum est. ex hoc ipsi cõcludunt corpore, q̃, si aliquod mouetur per medium nõ habens caliditatem nec sopitam nec potẽtiam vt terra & aqua non calefacit: ita q̃ nec quod mouetur est calidum nec medium. Sed licet ista opinio sit probabilis nõ tamẽ est vera: quia difficultas primo est, quia de illis, quæ pure sunt per accidens, non intromittit se sciẽtia. Primo Posterio. in illo capitulo. Si igitur demõstratiua sciẽtia. sed q̃ motus calefacit tractatur ab Aristo. in multis locis, scilicet Primo Meteororum. & Secũdo huius. Præterea. Omne agens per accidens est altero trium modorum vel est agẽs casuale, vel est agẽs remouẽs prohibẽs, vel est agẽs coniunctum causæ per se, sicut album domificat, quia cõiungitur domificatori, & hoc patet per sufficientem diuisionem: sed non potest esse causa per accidẽs casualis: quia ista causa est in paucioribus, sic motus in paucioribus calefaceret. sed hoc est falsum: quia motus localis appropinquatus calefactibili in sufficienti velocitate semper calefacit vel frequenter. Item, casus & fortuna nõ tractantur per se in scientia. Sed motum calefacere tractatur in sciẽtia, vt prædictum est. Nec etiam potest esse agens remouens: quia si hoc esset tunc oporteret esse aliquam causam propinquã caliditatis, vt aperiens fenestram est remouens prohibẽs, & est causa illuminationis: & est causa alia propinqua vt corpus luminosum: sed q̃ motus calefacit quando sagitta trahitur per arcum non est alia causa propinqua caliditatis, nec ipsi assignant aliam causam. Nec potest dici tertio modo q̃ sit agens per accidẽs coniunctum in eodem subiecto per se causæ, quia non est dare illam causam per se caliditatis cui coniungatur motus, etiam si daretur licẽtia fingendi nõ posset fingere. Dicendum est ergo aliter q̃ motus calefacit & hoc nõ indiget probatione: quia patet ad sensum, si ferrum & lignum confricentur & moueantur, tunc ille motus in calefactibili generat caliditatẽ: & hoc si appropinquatum fuerit mobile illud calefactibili, & hoc est sensibile: & hoc vult Aristo. in loco prædicto: & præallegato primo Meteororum. Secundo dicendum, q̃ motus velox sufficienti velocitate per se calefacit, quando sufficienter appropinquatus est calefactibili. Cuius ratio est: quia motus velox sufficienti velocitate & debita appropinquatione calefacit secundum omnes:

B vel ergo per se, vel per accidens, per sufficientem diuisionem, ex primo Posteriorum. Si igitur demõstratiua &c. sed non calefacit per accidens, vt probatum est. ergo per se & in secundo modo per se. Et sciendum, q̃ licet motus per se calefaciat, quia non pure secundum accidens, non tamen calefacit nisi sufficienti velocitate. vnde tarde motum non calefit. Vnde velocitas motus est dispositio ad calefaciendum, sicut grauitas est dispositio ad motum deorsum: non tamen quocunque loco grauitas est dispositio ad motum deorsum, sed sub esse extra locum, vt dicit Commenta. quia quando graue est in proprio loco, tunc grauitas non disponit ad motum. sic velocitas motus est dispositio ad calefaciendum, inquantum est sufficiens & appropinquatio debita ad calefactibile, & sic motus calefacit, & est in secundo modo per se. Et notandum q̃ motus, secundum q̃ motus calefacit, secundum Aristote. est per rarefactionem corporis: quia q̃ velociter mouetur calefactibile rarefit & rarefactio est dispositio ad caliditatem. Vnde dicit: lato primo elemento circu

F lariter &c. & Commenta. assignat modum secundum quem motus calefacit, & supponit vt manifestum est: q̃ motus sufficienti velocitate & appropinquatione calefacit in materia: quia motus localis est prima perfectio corporis mobilis. vnde sicut Aristote. dicit, est sicut vita eorum, quæ natura subsistunt: quia sicut dicit Commenta. ignis, quando non mouetur, extinguitur: cum ergo motus localis sit prima perfectio corporis siue mobilis: ergo quando res mouentur, sunt in prima perfectione: quando ergo est prima perfectio debent esse omnia accidentia consequentia primam perfectionem, quorum accidentium vnum est calor propter motus, & quando res mouetur habet caliditatem, si non prohibeat aliquid. vnde, iste motus est constituens caliditatem, sicut risibile causaliter, cum homo est: quia est forma hominis. vnde, cum sunt perfectiones, sunt omnes posteriores consequentes primas naturaliter.

Rñsiones.

G Per hoc ad rationes. vnumquodque &c. verum est in substantiis non tamen accidentibus: quia albedo aliquando causatur ex caliditate, vt in incineratis. aliquando ex frigiditate vt in niue, vt dicit Commenta. in tractatu suo de sensu. vnde sic est hic. caliditas potest causari a motu, qui non est calidus formaliter in specie, tamen virtute. vnde sicut non fit impossibile fieri, sic non facit impossibile facere. Ad secundum, quod generat aliquid &c. verum est debet esse perfectum perfectione sufficienti ad hoc: sed non oportet q̃ sit simpliciter perfectum. Et cum dicitur, motus localis &c. dicendum q̃ est perfectus perfectione, quæ sufficit ad causandum caliditatem: sed non oportet q̃ sit perfectus respectu termini ad quẽ, quia ẽ actus entis imperfecti, sed tamen alio modo est perfectus. Ad tertium. si motus &c. verum est quantum est de se, tũc omnis calefacit: sed potest impediri per extrinsecum, sicut graue per motum descensus debet calefacere: sed impediri potest virtute frigiditatis, quæ magis obtinet infrigidando. vnde causa naturalis aliquando impeditur per extrinsecum in producendo effectum. Ad quartum, q̃ aqua fluens &c. verum est inquantum de per

Motus in suo genere caliditatis perfectus est.

H se motus, tunc fluens aqua calidior debet esse: sed per accidens impeditur, quia per motum segregantur corpora calida, vt vapores ab aqua qui per sui præsentiam fuerũt causa caliditatis. Ad quintum de aqua calida. dicendũ q̃ quantum est de per se motus tunc fit calidior, sed per accidens impeditur, vt dictum est, quia per motum segregantur corpora calida, q̃ sunt causa caliditatis, quia aqua pura non est calida, sed est calida inquantum ei permiscẽtur vapores calidi, vt dicit Commenta. Secundo de Anima. Ad Sextum, vnus effectus &c. conceditur in substantiis, vt homo non est ab asino & ab homine, sed in accidẽtibus possibile est vt dictum est de albedine, sic est hic, quia calor & lumen & motus diuersus sunt species, tamẽ caliditas causatur ab his diuersimode, vt videbitur etiam postea.

Cõmẽtatũ.

QVÆSTIO X.

An Lumen Generat Caliditatem.

Tex.c. 22. & 31.

CONsequenter quæritur, Vtrum lumen generet caliditatem. Arguitur ꝙ non, vnumquodq; generaŧ a sibi simili. 7. Meta. sed lumen nō est simile cū caliditate: quia nō sunt eiusdē naturæ. Itē, si hoc esset, tūc mōtes essent calidiores vallibus: sed hoc est falsum: quia patet ad sensum: qa caliditas est maior in vallibus q̄; in mōtibus; consequentia patet, quia montes ꝓpinquiores sunt corporibus cœlestibus q̄; valles. Item, illud, q̄d est spiritualiter in medio, non calefacit: quia causa est perfectioris entitatis q̄; effectus, sed quod spirituale est non est perfectioris entitatis q̄; effectus realis: sed lumē est in medio spiritualiter, quia sensibile positū supra sensum ſm esse reale nullū facit sensum, secūdo de Anima.

Tex.c. 5

Itē, vnum agens naturale non est causa diuersorū effectuum ſm speciem, vt patet octauo Phy. vbi dicitur, ꝙ quædā mouētia mouētur singulariter. i. producunt singulariter vnum effectū ſm speciē: & ibi dicit. Cōmen. ꝙ agens naturale nō producit nisi vnū effectum ſm speciē, sed lumē & calor sunt diuersarum specierū. ideo &c. Itē, si lumen calefaceret, tūc oīa, corpora cœlestia calefacerent, sed hoc est falsum: qa Astronomi dicūt, ꝙ quædā astra infrigidāt, vt orbis Saturni. cōsequentia patet: omnia corpora cœlestia luminosa sunt, sed præcipue stellæ.

OPPOSITVM vult Aristo. & Comment. quia volunt, ꝙ in inferioribus causatur calor a lumine corporum cœlestium, & a mobili.

CONCLVSIO.

Lumen per se calefacit, ut per se purum per accidens excludit, media tamen refractione.

Opinio 1. Radii solares trāseuntes p sphæram ignis deferunt caliditatem.

SCiendum est de quæstione, ꝙ lumen calefacit, non est dubium, sed de modo ſm quē calefacit est diuersitas. Vna est opinio rudis satis, ꝙ lumē calefacit isto modo ꝙ radii corporum cœlestiū trāseunt per sphæram ignis & incorporāt sibi caliditatem quā deferunt vsq; ad nos. Sed ista opinio est falsa: quia imaginatur, ꝙ radij solares procedunt tanq̄; corpora: quia aliter nō incorporarēt sibi calorem: quia incorporare est propriū corporis, sed radij Solis non sunt corpus, qa tunc duo corpora essent in eodē loco: q̄d est ipossibile, ex q̄rto Physic.

Opinio 2. Tex.c. 53. Lumē causat calorē per accid.

Alia est opinio ꝙ lumen est causa caliditatis ꝑ accidens: q̄ omne agens, ꝙ agit virtute alterius est agēs ꝑ accidens, vt instrumentū quod nō agit nisi virtute principalis agentis: sed lumen est instrumentū corporis cœlestis, Ista opinio nō valet: quia agens ꝑ accidens, quod pure est distinctū contra ꝑ se: aut est casuale, aut remouens prohibens, aut illud agens cōiunctum in eodem subiecto causæ per se, per sufficientē diuisionē: sed lumen non est primo modo agens casuale: casus producit effectum, vt in paucioribus sed lumen frequenter calefacit. Nec est remouens prohibens: qa lumē non remouet aliq̄d a calefactibili: q̄d enim remoueat nō potest assignari: nec est causa ꝯiuncta causæ ꝑ se in eodem subiecto, quia non inuenitur alia quādo lumē calefacit q̄; ipsum lumē: vnde etiā in speculis excurētibus lumē generat caliditatem, & nō est ibi assignare aliā cām caliditatis quā lumen: & si daretur licentia fingendi.

Dicendum est ad quæstionē, ꝙ lumen est calefactiuū. Secundo dicendum ꝙ lumen per se calefacit, vt per se distinguitur cōtra pure per accidens. De primo non est dubium: quia patet per experientiam sensibilem: quia loca illuminata sunt calidiora locis vmbrosis: etiam dies calidiores sunt noctibus, & hoc per lumē est.

Scdo.c.42

Vnde Cōmē. dicit, si locus vmbrosus est vbi lumen non est & sibi appropinquat: aliquod corpus politum & tersum, tunc causat caliditatē: quia in ipso refrangitur lumē. Vnde etiam, si lumē non calefaceretur tunc periret scientia de speculis vrentibus: vt dicit Albertus primo Meteo. illa enim scientia supponit, ꝙ lumē refractū causat calorē. Ratio secūdi est, lumē calefactiuum vel per se vel ꝑ accidens, per sufficientē diuisionem, ex primo Poste. sed probatū est, ꝙ lumen non calefacit ꝑ accidens, ergo relinquiŧ ꝙ per se calefaciat. Et modus, ſm quē calefacit lumen ſm Cōmen. est qa lumē est prima ꝑfectio corporis luminosi, vt ignei, ꝙ natū est calefacere: modo cum corpus luminosum illuminatū est, in vltima perfectione est: modo vnūquodq; cū est in summa perfectione debet habere omnia accidentia propria, quæ requirūtur ad vltimā perfectionem, vnde sicut est de motu, q est vita animalium, ꝙ est prima perfectio mobilis, ergo habet caliditatē. Sic est de lumine quod est prima perfectio luminosi, ergo cum lumen est in corpore habet omnia accidentia consequentia lumen: quorum accidētium vnum est caliditas: ergo caliditas est in corpore luminoso ſm aliquem gradum vt accidentia inferiorum.

Secundo. cœli 42.

Sciendum, ꝙ licet lumen per se habeat calefacere, non tamen hoc est nisi refractum, vnde caliditas maxima causatur in angulis refractionis vel ꝓpinquis, vbi radius coincidens & reflexus vniunŧ maxime, vnde ex hoc apparet licet lumē trāseat ꝑ medium interstitiū aeris: tamē nō est ibi caliditas, sed æterna frigiditas quoniā non est refractio nec locus propinquus refractionis angulis.

Responsio

PEr hoc ad rationes, vnumquodq; &c. dicēdum si intelligatur simile. i. in specie, tunc veritatē habet in substātijs perfectis, quæ generantur ex semine: sed in accidētibus non oportet a simili in specie, imo, etiam neci in genere: quia motus causatur a motore: & tamen non conueniunt in genere, vnde nō oportet agens disponi dispositione effectus, Cōmen. in de substantia Orbis, & similiter quæ generantur ex putrefactione non oportet conuenire in specie cum generante, vt patet quarto Meteo. vt animalia imperfecta. Ad secundum de montibus dicendum, ꝙ nō sequitur, tu ꝓbas, quia mōtes &c. dicendum ꝙ cætera nō sunt paria: quia in vallibus, ad quas lumē ꝑuenit, est maior refractio: quia in angulis refractionis radius incidēs & reflexus magis vnitur, & virtus vnita est fortior seipsa dispersa, vnde, si lumē est in superficie montis, nō ita fortis fit refractio & vnio radiorū, sicut in vallibus, propterea licet ad mōtes & valles lumē adueniat, nō tñ æqualiter suscipiūt caliditatē: nā cætera nō sunt paria.

Similiter & in mōtibus sunt vēti qui impediunt caliditatē. Ad tertiū, illud quod est spiritualiter &c. negatur: Et cū dicitur, causa debet esse &c. verum est ꝑ se: & cū dicitur, lumē &c. dicendū ꝙ lumen cōparatum ad idem potest esse imperfectius q̄; sit illud vt respectu realis corporis luminosi: tamen ad diuersa pōt esse perfectius q̄; sit aliquod reale: vt si lumē cōparatur ad caliditatē quam facit in medio, tūc est ꝑfectius ens: sed absolute ens spirituale habet esse imꝑfectius q̄; reale: sicut etiā species albedinis in medio nō est ꝑfectior q̄; albedo: tamē potest respectu alterius vt relationis. Et cū diciŧ, effectus realis &c. debet esse a causa reali, non oportet: quia motus localis est realis & ꝓuenit a spirituali vt specie appetibili, vnde intētio & spirituale nō est causa eius: cuius est intentio vt species albedinis non est causa albedinis sed alterius: sic lumen in medio non est causa luminis in medio: sed est causa alterius: quia est reale vt caliditatis & illa est nobilior & perfectior lumini in medio. Ad quartum, vnū agens &c. verum est non est causa diuersorum effectuū cōtrariorum: sed bene potest esse causa diuersorum quæ non sunt contraria sed disperata, modo sic est hic, lumen & calidū sunt disperata, vnde quamuis lumen te illuminet non obstante hoc calefacit. Aliter respōdetur, vnū agens &c. conceditur, eodem modo quo est vnum, sed alio modo bene potest esse diuersorum causa, modo, sic est hic, ꝙ lumen eodem modo illuminat, & calefacit alio modo, qa illuminat per se, sed est causa caliditatis cū alio, vt inquantum refrangitur, vnde ad lumen nō sequiŧ refractio, quæ est dispositio, quæ requiritur ad calefactionē.

Cōm. 42.

Ad quintum, si lumē &c. Commen. concedit illud in Secūdo huius, quia vult ꝙ nullum corpus cœleste infrigidat simpliciter, sed omnia calefaciunt. Sed aliquod frigefacit, idest minus calefacit ſm ꝙ habet caliditatem remissam, Vnde

dicit, ꝙ aliqđ corpus cœleste frigefaciat, hoc est extra fundamẽta. ista solutio est difficilis ad recipiẽdũ hoc. Ergo aliter dicendũ, ꝙ, si lumen &c. verum est quantum est ex parte luminis, sed ꝑ aliam virtutem, quæ non est lumen, vt per virtutem frigefaciendi, potest frigescere, sed quæ sit illa virtus videbiť postea in alia quæstione specialiter &c.

Tex.c.41 *Et hac maxime cui Sol extat infixus, propter quæ approximante ipso & oriẽte & super nos existente generatur calor. Quod quidem igitur neque ignea sunt, neque in igne feruntur, tantũ nobis dictum sit de ipsis.*

QVAESTIO XI.

An Sol Calefacere debeat ista inferiora.

COnsequenter quæritur, Vtrum Sol habeat calefacere inferiora. Arguitur ꝙ nõ quia, si Sol haberet calefacere iferiora vel hoc esset mediate, vel immediate, per sufficientem diuisionem, qa omne agens vel est propinquum, vel remotũ, sed Sol neutro modo calefacit inferiora, nõ mediate: qa tũc calefaceret medios orbes, q sunt intermedij, vt Veneris, Mercurij, Lunæ, qa corpus remotũ mediatum nõ calefacit extremũ nisi mediãtibus aliis, quæ prius trãsmutat. Sed orbes intermedij nõ calefiunt, qa sunt inalterabiles, ex primo huius, nec immediate calefacit inferiora, qm̃

Tex.c.32. multi orbes sunt in medio. Itẽ, si Sol calefaceret vel hoc esset ꝑ lumen, vel per caliditatem in ipso, ꝑ sufficientem diuisionẽ, sed nec sic nec sic, nõ ꝑ caliditatẽ, qa corpa cœlestia nõ sunt calida vel frigida, cũ sint inalterabilia, vt patet primo huius, nec ꝑ lumen, qm̃ tũc omnia corpora cœlestia calefacerẽt: qa sunt corpora luminosa, sed hoc est falsum: qa aliqua frigefaciunt, vt Saturnus. Itẽ, si Sol calefaceret inferiora tunc tangeret ea, qa virtus in corpore nõ

Com.74 agit nisi ꝑ contactum, vt dicit Commen. secũdo de A ia capitulo de visibili, sed Sol est corpus, ideo virtus eius erit virtus in corpore, sed sol nõ tangit inferiora, cũ multi orbes sint intermedij.

OPPOSITVM patet ꝑ iudicium sensus, qa videmus sensibiliter, ꝙ Sole appropinquante ad zenit capitis nostri maior est caliditas q̃ cũ recedit. Hoc etiã patet au-

Tex.c.42 ctoritate Arist. Primo Meteo. qa sphæra in qua Sol est infixus maxime calefacit: quia est maxime calefacit: qa est maxime propinqua nobis & velocissime mouetur, & idem vult Cõmen. in isto secundo & etiam expositores.

CONCLVSIO.

Solem calefacere inferiora præter ea quæ inter ultimũ mobile, et sphæram Lunæ continentur, est impossibile verum eius virtute, pars cœli in qua est pricipaliter calefacere dicitur.

SCiendum ꝙ Solem calefacere potest intelligi dupliciter, vnomodo singulariter & diuisim sine aliis partibus, quæ sunt a cõcauo Lunæ vsq; ad conuexũ vltimæ sphæræ. Alio modo potest intelligi ꝙ Sol calefacit ꝑ tanto, quia illa pars orbis, in qua est Sol, habet prin-

Tex.c.41 cipaliter calefacere virtute Solis. Secundo notandũ, ꝙ corpus non agit in corpus solum ꝑ virtutẽ existentẽ in vltima supficie, sed ꝑ virtutẽ existentẽ in tota sui profunditate & extensa ſm extensionẽ profunditatis: & hoc declarat Cõmen. duobus signis, primum est, ꝙ duo corpora æquæ calida, quorum vnum est profundius altero, & si sint æqualia superficiei extremæ, vt ambo pedalis quantitatis, tũc cæteris partibus, quod est spissius, fortius agit: & hoc ꝑ virtutem, quæ est fortior gratia profunditatis: & hoc non est nisi qm̃ corpus nõ agit solũ per virtutem, quæ est in superficie, sed etiã per existẽtem in profundo. Secundum signũ si duo sint corpora æqualis quantitatis in superficie & profunditate, & vnum sit densius alio, si æq̃ calida sunt cæteris parib⁹ dẽsius fortius calefacit, vt ferrum plus calefacit q̃ lignũ: quia in ꝓfundo habet fortiorẽ densitatẽ, quia plus compactũ & hoc est fortius q̃ diuisum: qa virtus vnita fortior est seipsa dispersa, Primo Meteo. & ex libro de causis. Itẽ, potest probari ratione, sicut se habet passum ad patiendum, sic agens ad agendũ, per conuenientẽ similitudinẽ, sed passum non solum patitur a supficie, vt aqua ab igne, sed etiam patitur in ꝓfundo. Dicendum ad quæstionem, ꝙ Sol non agit caliditatem singulariter & diuisim sine aliis partibus a cõcauo Lunæ vsque ad conuexum mobilis vltimi. Secũdo dicẽdum, ꝙ illa pars, in qua est Sol, calefacit principaliter & specialiter per virtutẽ Solis, quæ nõ solũ est in superficie, sed in ꝓfundo vsq; ad concauum Lunæ. Primum probatur prima ratione facta i pr cipio quæstionis: quia si hoc esset, vel mediate vel immediate ageret, & recurratur ibi. Ratio secũdi, illa pars, quæ habet virtutem calefaciẽdi fortiorem q̃ aliæ partes eiusdem orbis, debet pricipaliter calefacere materiam subiectam, sed illa pars, in qua est Sol est huiusmodi, vt declaratum est, quia nõ solum agit per virtutem in superficie, sed etiã in profundo. Vnde dicit

Com.41 Commen. ꝙ Sol inter omnes stellas magis habet de lumine & magis virtutem actiuam. ideo &c.

Rñsiones. AD rationem primam, si sol &c. potest dici ꝙ calefacit mediantibus aliis orbibus. Et cũ dicitur, ergo caliditatis &c. dicendum quod non est necesse qđ corpus extremũ agẽs in aliquid mediãte alio quod transmutet illa eadẽ trãsmutatione qua agit, sed sufficit aliqua alia transmutatione trãsmutari, sicut Alexan. ostẽdit exẽplũ piscis, qui vocatur stupor, qui stupefacit manũ piscatoris mediante rhete, & tñ non stupefacit rhete: sed sufficit ꝙ transmutet ipsum aliqua transmutatione vt motu locali. Sic Sol transmutat ista ad caliditatem mediantibus orbibus, & tñ non oportet calefacere orbes medios, sed sufficit transmutare transmutatione alia, vel illuminare ea.

Aliter potest dici, ꝙ Sol immediate vel pars orbis, in qua est Sol, est specialis caliditatis, quia per virtutẽ in profundo existentẽ, quia illa tangit aerẽ vel ignem qui calefacit. Ad secundum, ꝙ lumine suo calefacit per multitudinem eius ad inferiora. Et cũ dicitur, ergo oĩa &c. dicen-

Com.41 dum ſm Commen. ꝙ oĩa corpora cœlestia hñt calefacere quantum est ex parte luminis & motus. Sed, si frigefaciant, hoc est per aliã virtutem, vt ꝑ cõplexionẽ, coniunctionẽ & oppõnem, sed quæ sit virtus illa videbitur post.

Ad tertiũ si Sol &c verũ est si Sol immediate & singulariter calefaceret, tũc tãgere deberet, sed nõ sic agit. Sed pars, in qua agit Sol, a concauo versus nos, vsque ad conuexum calefacit per virtutẽ in ꝓfundo, & illa pars tãgit ignẽ, & alia q̃ vltra calefacit aerem & põt ostẽdi in figura qm̃ sol calefacit ꝑ virtutẽ in ꝓfundo & nõ solũ in supficie.

QVÆSTIO XII.

An Aliqua Cœlestium corporum faciant in hæc inferiora frigiditatem.

COnsequenter quæritur. Vtrum aliqua corpora calefacta faciãt frigiditatẽ in inferioribus. Arguitur ꝙ non: auctoritate Cõmẽ. in secũdo huius, vbi dicit, dicere aliqua corpora calefacta infrigidare est extra fundamẽtũ, & est falsum, quia oĩa videntur calefacere, & si aliqua frigefaciunt hoc est in comparatione, quia caliditatem remissam & proportionabilem vnicuiq; elementorum & elementatorum.

IN CONTRARIVM est auctoritas omniũ astrologorum, qui dicũt, ꝙ aliqua corpora calefacta calefaciũt, aliqua vero infrigidãt, & in hoc cõueniũt oẽs astronomi præter Commẽ. & idem videtur velle Arist. secundo de Gene. vbi dicit, ꝙ formæ omniũ sunt in terminis præter virtutẽ actiuam, & terminos vocat corpora cœlestia, in quibus est terminis cuiuslibet rei naturalis.

CONCLVSIO.

Probabile est nullum cœlestium corporum frigefacere, nihilominus firmius asseritur aliquas stellarum calefacere, aliquas frigefacere.

SCiendum, q̃ Cõmẽ. videtur tenere partem negatiuã, q̃ nullum corpus cœleste frigefaciat, sed oĩa calefaciant, sed hoc tñ est diuersimode, quia faciunt caliditatem aliquam maiorem, & aliquam remissam, vt est conueniens cuilibet elemento & elementato, vt dicit, & forte ratio qua inductus fuit est hic, Motus & lumen calefaciunt, sed omnia corpora cœlestia mouentur motu locali & veloci, qui requiruntur ad motum, & etiam omnia corpora cœlestia habent lumen, licet aliqua magis & aliqua minus, & lumen agens est naturale, & vnumquodq; naturalium est determinatum ad vnum producendum: quia in hoc est differentia inter agens naturale & agens p volũtatem, quia vnum habet se ad opposita, sed aliud est determinatum ꝟm naturam ad vnum oppositorũ & non ad ambo, & hoc vult Arist. octauo Physicorũ, sed (Tex.c.8) lumen est vnum agens naturale: ergo est determinatum ad vnum oppositorum, cũ ergo generet caliditatem, quod est vnum oppositorum, non generat frigiditatem, & tñ omnia corpora cœlestia sunt luminosa ꝟm magis & minus, vt dicit in de Substantia Orbis, ergo nullum eorum frigefacit simpliciter, sed in comparatione. Et cõfirmatur fortius hoc ex septimo Physic. omnis alteratio fit se- (Te. c. 14.) cundum aliquam qualitatem sensibilem, sed vnum corpus extremum nõ potest agere in extremum nisi mediãte alio, quia mouens propinquum simul debet esse cum moto quod non fit medium nec vacuum neq; vltimum ergo si agit in extremum, tũc illud corpus, quod mouet oportet prius immutare medium, & id immutatum immutat alia inferiora. Hoc supposito arguit̃. Si aliqua stella alteraret inferiora ad frigiditatem, hoc faceret mediante sphæra ignis quam prius tãgit, quia ignis est in medio sub concauo lunæ, Primo Meteo. ergo ignis prius alterabitur: Tunc quæritur, quæ sit qualitas illa, oportet. n. q̃ sit sensibilis, aut erit de primis aut de secũdis. Sed ignis non potest alterari qualitate secunda vt albedine, quia illæ qualitates tñ sunt in mixtis, vt dicit Commen. de Aĩa Arist. quarto Meteo. ergo ignis non potest alterari ad qualitatem secundam, ergo oportet q̃ alteretur ad qualitatem primam. Sed videtur, q̃ ad naturam primarum qualitatum non possit alterari, quia vel illa qualitas esset calliditas, vel frigiditas, vel siccitas, vel humiditas, sed, si alteratur ad caliditatem, vt mediante ipsa frigefiat, hoc est absurdum, q̃ mediãte vno oppositorum per se fiat respectum, nec alteratur ad frigiditatem: qm̃ ignis in sphæra sua summe est calidus, & in vltima perfectione, ergo non recipit frigiditatem, nec potest alterari ad siccitatem, vt mediante ipsa frigefaciat, quoniam ignis est actu siccus; & etiam in aliis est frigiditas, sicut in humidis, nec alteratur ad humiditatem, quia non potest stare cum sicco in vltima perfectione, sicut est ignis. Sed aliqui dicunt, q̃ aliquæ stellæ infrigidant mediante sphæra ignis, qui non alteratur ad aliquam qualitatem tangibilem, sed ad alia, vt ad lumen, ita q̃ stella multiplicat lumen ad sphærã ignis, & mediante illo lumine infrigidat, dicendum, q̃ hoc est falsum, quia lumen est naturale: & hoc non habet facere nisi vnum contrarium, cum ergo lumen calefaciat nõ potest infrigidare. Ista opinio difficilis est ad tenendum. Vnde dicendum nisi frigiditas causaretur ab aliquo corpore cœlesti, tunc non esset in genere qualitatum tangibilium, sed hoc est falsum, quia est species tangibilis, vt (Tex. c. 5 & 8.) patet secundo de Generatione, consequentia patet, quia quod non ducitur ad causam primam agentem alicuius generis nõ est in illo genere, sed corpora cœlestia sunt primo agentia naturalia formarum tangibilium &c. Item secundo, quod per se est causa causæ est causa causati, quia hic est ordo naturalis, vt patet ex libro de causis: & octa- (Tex. c. 33.) uo Physicorũ, formæ elementorum deducuntur ad corpora cœlestia, vt ad agens, & non est aliquod corpus, cui non respondeat virtus in corpore cœlesti: quia formæ inferiorũ sunt in terminis, quia corpora cœlestia per se sunt (Te. c. 50.) causa generationis & corruptionis, secundo de Generatione, & formæ substantiales elementorum causantur a corporibus cœlestibus & sunt causæ qualitatum tangi- A bilium. Item tertio Primus motor est causa frigiditatis, quia Commẽ. dicit Duodecimo Metaphy. q̃ omnes (Tex. c. 18.) potentiæ passiuæ, quæ sunt in materia prima sunt in motore primo actiuæ, sed Deus immediate non est causa frigiditatis, ergo mediante instrumento, & hoc est cœlũ secundum Commen. Primo huius, est enim quasi ligamẽtum &c. (Cõm. 22.) Vnde propter istas rationes via affirmatiua tenetur, & dicitur, q̃ stellæ aliquæ per se sint causa frigiditatis saltem remota. Vnde dicendum, q̃ hoc est probabilius per se q̃ corpora sint per se causa frigiditatis in inferioribus, vnde sicut aliquæ stellæ calefaciunt, ita aliquæ frigefaciunt, & omnes Astronomi dicunt hoc. Et sciendũ, q̃ licet aliquæ stellæ frigefaciant, hoc non est per motum localem vnde est motus: nec hoc est per lumẽ inquãtum lumen: sed hoc est, vnde tale & talis corporis. Vnde non est inconueniens q̃ vni debeantur diuersa accidentia alia & alia ratione, vnde risibile non debetur homini inquantum animal, tamen sibi debetur inquantum tale ani- B mal, vt homo, & sic stella non frigefacit per lumen vnde lumen, sed vnde tale lumen. f. Saturni.

AD rationes, illud quod calefacit &c. dicẽdum q̃ lumẽ vnde lumen abstracte non frigefacit, sed lumẽ vnde tale lumẽ. (Rñsiones.) Ad secundũ, si stellæ &c. nõ potest bene negari, vnde oportet q̃ ignis alteretur ad aliquã qualitatem sensibilem, & illa qualitas est lumen: quia stellæ aliquæ multiplicando lumẽ vsq; ad sphæram ignis frigefaciunt, non q̃ lumen per se & primo faciat frigiditatẽ sed per se & secundario. Et tu forte dices, hoc non valet, quia sic etiam motus cœlestis vnus sufficeret ad generationem & corruptionem, quia per se & primo facit generationem, sed per se secundario facit corruptionem, & sic non oporteret plures motus cœli esse, quod est falsum, & per hoc Arist. conuincit plures esse motus cœli, quorum vnus est causa generationis, alter causa corruptionis, vt patet octauo Physicorum, & Secundo huius. Ad hoc dicendum, q̃ stellæ alterant ignem lumine, quod lumẽ cau- (Te. c. 8. & Te. c. 56.) C set frigiditatem, non tamen vnde lumen est, quia sic non calefacit, sed vnde tale lumẽ & illius stellæ & per talem virtutem quæ est specialis naturæ &c.

Non est autem rationabile, eandem rationem habere velocitates astrorum & magnitudines circulorum. Circulos quidem. n. nihil inconueniens, sed necessariũ analogice habere velocitates magnitudinibus. Astrorũ autem vnumquodq; quod in his non valde rationabile: siue enim ex necessitate maiori circulo latum velocius erit, palam quia & si trãsponantur astra in eos, qui inuicem circulos. Hoc quidem erit velocius, hoc autem tardius. Sic autem non vtiq; habebunt proprium motum, sed ferentur vtiq; a circulis, siue a casu contingit. (Tex. c. 44.)

QVAESTIO XIII.

An stellæ per se moueantur.

D CONsequenter quæritur, Vtrum stellæ per se moueantur. Arguitur q̃ sic, quod mouetur necessario, mouetur per se, primo Posterio. sed stellæ ex necessario mouentur ꝟm Arist. in litera. Item stellæ mouentur aut per se (Te. c. 43.) aut ꝟm accidens, per sufficientem diuisionem: sed nõ mouentur per accidens, quia quod per accidens ponitur cõtingit non esse, per se aut semper est, vt primo Posterio.

Item, omne, quod mouet seipsum, diuiditur in partem (Tex. c. 0.) per se motam, & in partem per se mouentẽ, octauo Physico. quia alio modo nõ verificabitur aliquid mouere seipsum, nisi sic diuidatur, sed cœlũ mouet seipsum, vt patet octauo Physi. ergo habet partem motam, & nõ dicit (Tex. c. 27.) alia pars, nisi corpus cœleste, cuius partes sunt stellæ.

Tex.c. 52. OPPOSITVM vult Aristo. in litera. s. ꝙ stellæ non mouentur per se. B

CONCLVSIO.

Stellæ per se mouentur. i. per sui naturam, non mouẽt, non per se alii mouentur. i. solitarie, uel diuisim.

SCiendum, ꝙ per se dupliciter accipitur. vno modo pro illo, quod dicitur sm sui naturam, alio modo dicitur per se. i. solitarie. i. diuisim, hæc distinctio habetur primo Posterio. & quinto Metaphy. ꝙ conuenit alicui per sui naturã, & si ponitur in diffinitione eius, sic est primus modus, si nõ, tunc est secundus modus. Tunc dicendum est ad quæstionem, ꝙ stellæ mouentur per se primo modo. i. per sui naturam: sed secundo modo non mouentur per se rationes primi tactæ sunt in principio quæstionis, qa illud mouetur per se quod ex necessitate mouetur &c. Notandum ad probationem secundi, ꝙ in orbe cœlesti sunt diuersi circuli: alii maiores, quia plus distant ab vtroq; polorũ, sed minores sunt, qui minus distant a polis, & aliqui volunt, ꝙ isti circuli solum existũt in orbibus sm imaginationẽ, vt articus vel æquinoctialis circulus, & non realiter. Sed hoc nõ valet, quia isti circuli existunt realiter in orbe sed non actu sunt distincti, similiter ibi sunt partes lineæ continuatæ per prædicta. F

Tex.c. 13. (margin)

Sciendum, ꝙ circuli vlterius in motu habent proportionem sm magnitudines, quia maior circulus velocius mouetur, sicut maior velocitas est in maiori magnitudine, & licet velocitates sint in circulis sm proportionem magnitudinum, tamen hoc non est in astris, ꝙ stellæ habeant proportionem sm magnitudinem circulorum, ita ꝙ astrum habeat se in proportione ad aliud sm proportionem sui circuli ad magnitudinem circuli alterius astri.

Ratio huius, quia, si hoc esset, vel esset casualiter, vel naturaliter, per sufficientem diuisionem, sed non casualiter, quia hoc fit in paucioribus, modo, in cœlo nõ est aliquid præter naturam casuale & naturaliter, quia tunc, si astra transmutantur de circulis suis, vt illud quod fuit in maiori circulo transmutatur ad minorem, & quod in minori circulo transmutatur ad maiorem, tunc velocitates etiam transmutantur, & tunc iste motus non esset ꝓprius ei cum transmutatur illa velocitas. Ex hoc arguitur, si stellæ moueantur per se. i. diuisim & seorsum, tunc ꝓportiones astrorum sm velocitates motuum essent sm proportiones magnitudinum circulorũ, sed hoc est falsum: quia supposito ꝙ stellæ mouentur per se, tunc deberet esse sm proportiones magnitudinum circulorum, consequentia patet, quia astra æqualiter reuoluũtur in circulis ad motum circulorum, quia sicut circuli reuoluuntur ab eodem puncto in idem, & sic astra in circulis, ergo oportet quod proportio astrorum esset secundum proportionem magnitudinum circulorum, & tunc esset contradictio, quoniam esset proportio motuum astrorum secundum proportionem magnitudinum circulorum, & non debet esse proportio, supposito ꝙ per se moueantur secũdum Aristo. vnde Aristo. vult ꝙ stellæ mouentur in orbibus sicut partes continuatæ toti. Item, si per se. i. diuisim mouerentur astra, vel mouerentur motu gyrationis, vel motu volutationis, per sufficientem diuisionem. non primo modo. vnde notandum, ꝙ motus circungyrationis & volutationis differunt in comparatione axium & polorum ad nos: quia aliquis circungyratur si mouetur super axem cuius vnus polorum est versus nos in superficie, sed motus volutationis est si mouetur super axẽ, cuius polus non est in superficie versus nos, sed in alia parte, vbi axis tangit orbem continuatur ei, sed neutro modo videtur, quia maxime videretur in Sole, qui videtur tremere & facere tremorem propter distantiam ad nos & splendorem, ergo non circungyratur, similiter nõ mouetur motu volutationis, quia, si hoc esset tũc videretur verti, quia facies, quæ iam est versus nos, postea esset ad aliam partem, sed hoc non videtur, quia semper in Luna eadem facies est versa versus nos, vt macula &c. Item G

Tex.c. 53. (margin)

Motus volutationis & circungyrationis quo differunt. (margin)

si stellæ essent natæ moueri per se, tunc natura dedisset eis organa consequentia ad quantum, sed non habent talia organa, quia sunt sphæricæ figuræ, nõ enim inflexiones & incuruationes aliquas, sicut animalia quæ mouentur localiter, & tamen dignius esset ea habere q̃ inferiora animalia cum nobiliora sint eis. H

RAtiones procedunt viis suis, quia probant ꝙ mouentur per se, idest pe sui naturam, & non per accidens pure, & hoc concessum fuit. Rãtiones.

QVÆSTIO XIIII.

An Corpora Cœlestia differant specie, uel sint in diuidua eiusdem speciei.

COnsequẽter quæritur propter dictum Cõmẽtatoris. Vtrum corpora cœlestia differunt specie, aut sint eiusdem speciei indiuidua, & arguitur ꝙ non sint indiuidua eiusdem speciei, quia corpora cœlestia illo modo differunt quomodo motores eorum differunt, per Cõmentatorẽ secundo huius, loquentem de temporis conuenientia & differentia huiusmodi corporum cœlestium: sed motores nõ differunt numero, probatio, quoniam sunt separata a materia, & in illis non est multiplicatio indiuiduorum, per Cõmen. primo huius, & Duodecimo Metaphysi. ergo motores differunt specie, & per consequens corpora cœlestia. Item, in substantiis separatis in identitate numerali, non debet esse pluralitas in eadem specie, quia multitudo indiuiduorum sub eadem specie est vt res perpetuantur eædem in specie, quæ non possunt perpetuari in numero, vt patet secũdo de anima, sed corpora cœlestia sunt perpetua in identitate numerali primo huius, ideo &c. Cõm. 49. F Cõm. 49. Tex.c. 14.

Item tertio, illa, quæ dicuntur essentialiter ordinata, nõ solum differunt sicut indiuiduum eiusdem speciei, sed etiã differunt specie, quia indiuidua eiusdem speciei non sunt essentialiter ordinata, sed accidentaliter, aliter esset processus in infinitum in eis, vt patet secundo Metaphysi. ergo per oppositum, in quibus non est processus in infinitum, sunt essentialiter ordinata, sed corpora cœlestia sunt essentialiter ordinata, probatio, illa sunt essentialiter ordinata, quorum ordo consequitur in scientia, quia eorũ, quæ sunt accidentaliter ordinata, ordo non consequitur in scientia, vt ordo Platonis ad Socratẽ, & hoc patet primo Posterio. & septimo Metaphysi. sed ordo corporum cœlestium consideratur in scientia. s. ꝙ vna sphærarũ sit prima, & alia media & alia vltima, & maxime hoc consideratur in astronomia, quia dicunt quod sphæra stellarum fixarum sit prima post Saturnum, & post hanc Iouis, & sic vltima. Tex.c. 8c. Tex.c. 53. G Tex.c. 53.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Commentatoris in secũdo huius, in duobus locis dicit, ꝙ corpora cœlestia sunt indiuidua eiusdem speciei, & non sunt diuersæ species in eodem genere contentæ, & hoc dicit reprobando. Auic. qui voluit ꝙ corpora cœlestia nõ essent eiusdem speciei, vnde dicit ꝙ ratiocinatio de Luna, per quã Aristo. probat stellas non moueri per se & diuisim, non est exemplum, sed demõstratio fundata super hoc, quod corpora cœlestia sunt indiuidua eiusdem speciei, & non genere, vt putauit Auic. Et potest sumi ratio Comment. Si corpora cœlestia differrent specie, & conuenirent genere, tunc essent composita ex genere & differentia realiter, & esset generabilia & corruptibilia, sed hoc est falsum, primo huius & octauo Physicor. Consequentia est nota, quia substantia composita ex genere & differentia est corruptibilis, cum sit composita ex materia et forma. Cõm. 49. & 59. H Tex.c. 2.

Hoc etiam probatur auctoritate Arist. quia ex intentione eius est vt videtur ꝙ sint idiuidua eiusdem speciei, quia, cũ distinxisset motus & corpora cœlestia, quæ mouentur circulariter & alia motu recto, vlterius distinxit illa, quæ mouẽtur motu recto, vt a medio, & ad mediũ, & nõ distinxit corpus circulare, ergo per hoc videtur innuere, ꝙ conueniunt specie, quia aliter distinxisset ea si differrent specie, sicut distinxit alia. 8. Physi. a principio, & 10. cum pro cessum.

CONCLVSIO.

Omnia cœlestia corpora sunt eiusdem speciei non uniuoce, sed analogice.

NOtandum ad euidentiam quæstionis, q̄ species potest accipi dupliciter. Vno modo pro quacunque quidditate per se diuersa ab alia, & q̄ hoc sit Tex.c.10. vnum patet ex intentione Aristo. quinto Metaphysi. capitulo de diuersa specie, vbi dicit q̄ vno modo dicuntur diuersa quæcunq; sunt in eadem substantia habentia diuersitatem adinuicem. Ex hoc sequitur q̄ nouē prædicamenta accidentium sunt diuersa specie, quæ sunt in eodem subiecto & habent diuersitatem adinuicē. Alio modo species accipitur pro aliquo p̄dicabili sub genere vniuoco, sicut in Porphyrio, & in Prædicamētis, & hoc modo nouē prædicamenta non sunt species, quia non ordinantur sub genere vniuoco, & hoc patet in prædicamentis, quia non habent aliquod genus supra se, & tamē sunt diuersæ species primo modo accipiendo speciem. Modo cum quæritur vtrum corpora cœlestia sint diuersa specie, vel indiuidua speciei: Commentator respōdet q̄ non sunt diuersæ species accipiēdo speciē pro prædicabili sub genere. Secūdo diceret q̄ sunt diuersæ species primo modo accipiendo speciem. Ratio primi tacta est secundum Cōm.49 Commentatorē, quia si essent diuersæ species primo modo, tūc essent composita ex materia & forma, sed hoc est falsum, quia tunc essent generabilia & corruptibilia, & tunc aliqua corpora essent priora eis, quia omni corpore generato necessario est aliquod corpus prius, consequentia accipitur pro manifesta, quia sm eū species vere vniuoce componuntur ex genere & differentia, tāquam ex materia & forma, sed quod est compositum ex materia & forma sm eum habens contrarium necesse est corru- Cōm.49 in fine. ptibile esse. Ratio secundi, quia dicit Commentator q̄ orbes corporum cœlestium eodem modo diuersificātur sicut motores eorū, quia dicit, q̄ motores siue naturæ mouentes ea conueniunt huiusmodi conuenientia, & differunt huiusmodi diuersitate. s. qua conueniunt vel differunt corpora cœlestia: sed naturæ non mouentes ea differunt differenti specie. i. sunt essentiæ distinctæ & substan- C tiæ, quia in separatis a materia non ponuntur accidentia quibus distinguantur. Et sciendum, q̄ Commentator dicit q̄ in corpore cœlesti sunt diuersæ partes & motus, sed diuersitas partiū & motus in corpore cœlesti est demonstratio diuersitatis dextri & sinistri, sed dextrum & sinistrum sunt in eadem specie, vnde non obstante q̄ homo sit eiusdem speciei, tamen sunt in eo diuersæ partes & motus. Sic in corpore cœlesti, vnde omnia corpora cœlestia sunt vnius orbis: quia habent vnum motum primū, & vnum primum motorem, & licet sit vnus orbis, tamē habet diuersas partes & motus, vt ab oriente in occidens: & econuerso. Item sciendum, cum dicimus corpora cœlestia esse per se in eadem specie, nos debemus intelligere conuenientia in specie sm prius & posterius, non secundum vniuocationem. Quia aliqua dupliciter conueniunt in specie. s. q̄ participant vnam essentiam, tamen vnum per prius, & aliud per posterius, quia vna pars est prior, alia vero posterior sm illam essentiam, sicut ex diuersis membris fit vnum animal, cuius vnum membrū D est nobilius secundum dispositionem illius, vt cor est prius omnibus partibus animalis, & sic ex omnibus orbibus fit vnus orbis, cuius vna pars est prior & nobilior alia & ista nō sunt vnum sm vniuocationem, & sm vnā rationem prædicabilem. Alio modo aliqua conueniunt in specie sm vniuocationem, quia participant vnam rationem. Sed dubium est, quia videtur q̄ ratio Commentatoris non valeat, quia, si est bona, tunc per eandem rationem probatur q̄ corpus commune non est genus ad corpora cœlestia, & ad generabilia & corruptibilia, quia si esset genus, tunc cœlum esset compositum ex genere et differentia realiter, ex materia & forma. Aliud dubiū est, quia, si corpora cœlestia essent eadem realiter in specie sm prius & posterius, & non sm vniuocationem, tūc ratio Aristo. non haberet efficaciam, quia Aristo. probat A corpora cœlestia esse sphæricæ figuræ, modo, si inest aliquid vni non oportet inesse alteri, nisi sint indiuidua eiusdem speciei, vt si oculus est sphæricus, non oportet q̄ nasus sit sphæricus, quia nō sunt eiusdem speciei, tñ Aristo. videtur sic probare sm Comment. sphæricitatem vnius astri, quia omnia corpora cœlestia sunt sphærica, ergo videntur esse eiusdem speciei vniuocæ, & per consequens accidens quod inest vni eorum & reliquo. Ad primū conceditur q̄ per eandem rationem probatur q̄ corpus commune non sit genus ad corpus generabile & cœleste, hoc patet per Commen. Decimo Metaphysi. vbi dicit, q̄ corpus, quod dicitur de æterno & generabili, non Cōm.26 dicitur sm uniuocationem, sed sm prius & posterius: q̄a dicitur per prius de corpore cœlesti. Sed dices, q̄ cœlum & partes eius sunt in prædicamento substantiæ, dicēdum, q̄ non sunt in prædicamēto substantiæ per se & directe, vt genus & species, sed per reductionem, vt materia & forma, sicut principiū, sic corpora cœlestia sunt in B prædicamento substantiæ per reductionem, vt principia agentia, & vt fines, vnde etiam substātia in communi nō est genus ad substātias æternas & generabiles: sed est analogum. Ad aliud dicendum, q̄ de numero dispōnum accidentalium, quæ insunt partibus eiusdem totius quædam sunt accidentales & separabiles, de illis non oportet q̄ si vna insit vni parti, q̄ alia insit aliquo, vt non oportet si oculus habeat perspicacitatem, q̄ similiter & nasus: sed aliæ sunt essentiales & inseparabiles partibus eiusdem totius, & de talibus oportet, quod, si vna dispositio insit vni parti, & insit alii parti & eiusdem essentiæ, vt risibile omnibus hominibus inest, modo, figura est de numero dispositionum essentialium, ergo potest probari per hoc, quod vni parti inest sphærica figura in corporibus cœlestibus & omnibus inesse. Vnde videmus in corpore hominis, q̄ omnes homines necessario conueniunt in vna figura & dispositione, quia oēs homines sunt sphæricæ figuræ, saltē in extremitatibus mēbrorū, vt dicit Aristo. in Problematibus, quia non habent figuram triangularem C vel quadrangularem.

AD rationes corpora cœlestia &c. cōceditur q̄ Cōmen. sic concedit. Et cum dicitur motores &c. dicē- Rñsiones. dū q̄ si species accipiatur p̄ prædicabili sub vno genere, non est verum, quia non ponuntur in genere: sed secūdo modo bene sunt species diuersæ, idest, quidditates diuersæ, vnde hoc non sequitur, si sunt quidditates diuersæ, q̄ sint species diuersæ prædicabiles sub vno genere, sed econuerso bene sequitur, sic est in proposito. Sed dices, tamen intelligentiæ sunt in prædicamento substantiæ, dicendum q̄ non per se & directe in prædicamento substantiæ, sed tantum per reductionem ad principia.

Ad secūdum, in subus perpetuis &c. verum est si sunt sub vna specie sm vniuocationem, sed tñ p̄nt esse plura si conueniunt in vna specie sm prius & posterius. Et cum dī, corpora cœlestia &c. verum est, & tñ non conueniūt in specie prædicabili sub gn̄e, sed cōueniunt in specie sm prius & posterius. Ad tertiū, quæ sunt essentialiter &c. verum est non sunt eiusdem speciei sm vniuocationem, D tñ possunt esse partes eiusdem naturæ & essentialiter ordinata sm prius & posterius, vñ corpora cœlestia per se & essentialiter sunt ordinata secundum prius & posterius.

Hæc aūt velut apponitur, omnis aūt finiti corporis ad finitum virtus est. Sed de circulari quidem motu latis astris dictum est: qualia quedam secūdum sbam sunt & secundum figuram, & de latione, & ordine ipsorū. Te.c.71

QVÆSTIO. XV.

An uirtus corporis finiti debeat esse finita.

COnsequenter queritur circa sequens capitulum. De dubitatione autem dicta, Vtrum virtus corporis finiti debeat esse finita. Et arguitur q̄ non quia, si virtus cuiuslibet corporis fi-

niti esset finita, tunc omne corpus finitum esset generabile & corruptibile: sed hoc est falsum: quia corpus cœleste est finitum, ex primo huius, & tamen est ingenerabile & incorruptibile, vt patet ibidem, consequentia patet: quia nihil potest durare in infinitum per virtutem finitam: quia quod potest durare per tempus infinitum est ingenerabile & incorruptibile.

Com. 35. Tex. c. 79. OPPOSITVM vult Arist. in litera, qui dicit ꝙ omnis corporis finiti virtus est aliquid finitum: & ēt dicit octauo Physi. ꝙ mouens finitum nū potest mouere per tp̄s infinitum, ergo vult habere ꝙ in corpore finito non potest esse virtus infinita. Idem vult Commentator in de Substantia Orbis.

CONCLVSIO.

Cuiuslibet corporis finiti habentis potentiā ad esse per materiam partem sui, est potentia finita secundum durationem, habentis uero potentiam ad esse per suam substantiam uirtus est infinita secundum durationem: Corporis aūt finiti ad motum in potentia finita est secundum uigorem uirtus, poßibile est autē ipsius esse uirtutem infinitam secundū durationem ad motū.

NOtandum, ꝙ duplex est virtus vel potentia, vna est ad esse, & illa potest esse dupliciter in corpore. Vno modo per materiam partem sui, sicut in inferioribus. Alio modo non per materiam partem sui, sed per substantiam suam simplicem. Alia est potētia ad motum. Notandum, ꝙ potentia ad motum potest intelligi finita vel infinita dupliciter. Vno modo ſm durationē. Alio modo secundum vigorem, potentia infinita secundum durationem est, cuius duratio non habet principiū & finem, sed semper fuit & erit. Sed potentia infinita secundum vigorem est quæ non est limitata & determinata ad determinatam velocitatem, sed sp̄ potest plus velocitari in infinitum, & semper maius facere q̄ illud qđ fecit & per oppositum intelligatur de potentia finita ad motum dupliciter sic. Illa quæ est finita ſm vigorem est limitata & determinata ad determinatum motum, quod non potest magis. Vnde vigor dicit virtutem relatam ad motum determinatum & velocitatem: & hoc habetur p

Com. 17 Commen. octauo Physi. sed potentia finita duratione est quæ habet principium & finem in duratione eius. Tūc dicendum est ad quæstionem, primo, ꝙ cuiuslibet corporis finiti, quod habet potentiam ad esse per materiam partem sui est finita potentia secundum durationem. Secū do, dicendum ꝙ corporis finiti, quod habet potentiam ad esse non per materiam partem sui, sed per simplicem substantiam, habet potentiam infinitam in duratione.

Tertio dicendum, ꝙ cuiuslibet corporis finiti est finita potentia ſm vigorem ad motum. Quarto, ꝙ corporis finiti, quod habet potētiam ad motum, potest habere potentiam infinitam ſm durationem ad motum. Ratio primi. Omne corpus: quod habet potentiam ad nō esse, eius potentia est finita ad esse, quia corruptibile necessario corrumpitur, quod potest non esse aliq̄n non erit, primo huius

Tex. c. 12. Sed cuiuslibet corporis finiti, quod habet potentiam ad esse, per materiam partem sui, habet potentiam ad nō esse, quia cōtrariorum eadem est materia, & forma in materia habet contrarium, & talis est corruptibilis, vt dicit

Com. 20. Commen. primo huius. Ratio secundi. Illa substantia, q̄ non habet contrarium potest esse per tp̄s infinitū, & hoc dico contrarium per se, nec ſm dispositiones accn̄tales, vt patet primo huius, quia omnis corruus est a contrario sed aliqua sub̄a simplex non habet contrarium, sicut cœ-

Com. 24. lum, vt patet primo huius. Item tertio, ꝙ mouetur per se potest durare in infinitum & habet potentiam infinitā ad essendum, & hoc dico potentiam coniunctam actui, quia non ens non mouetur, sed cœlum mouetur perpe-

Com. 3. tue, ergo quia nullus motus est perpetuus nisi circularis:

Potentia ad esse duplex. vt ibi probatum est. Sed notandum, ꝙ potentia ad esse est duplex. s. remota & coniuncta actui, modo, corpus quod semper mouetur, non habet potentiam remotam ad esse, quia tunc non esset aliq̄n, sed habet potentiam cō

a iunctam actui, quia per totum tp̄s infinitum habet esse. & potest esse. Ratio secundi, si esset aliqua virtus ad motū infinita ſm vigorem, tunc moueret in non tempore, sed hoc est falsum, quia motus verus habet prius & posteri' & illa non sunt sine tempore octauo Phy. consequentia

patet, vt Ari. declarauit in primo supponendo duo primo ꝙ cuiuslibet virtutis mouentis est ꝓportio ad aliam virtutem mouentem. Secundo supponendo, ꝙ proportio vnius t̄poris, in quo fit motus, est ad tp̄s alterius motus ſm proportionem virtutis mouentis ad aliam virtutem mouentem. Ex hoc arguitur, si esset aliqua virtus infiniti vigoris ſm motum, vel moueret in instāti, vel in tempore, nō in instanti, quia hoc est cōtra nām mot', cū mot' habeat prius & posterius, q̄ non sunt sine tempore in quo fit motus ad tp̄s finiti motus, sed illud non potest esse, quia illa proportio nō est nisi ſm proportionem virtutis mouētis ad aliam virtutem mouentem, sed virtutis mouentis infinitæ ſm vigorem non est ꝓportio ad aliq̄ virtutem mouentem finitam, quia finiti ad infinitum nul Tex. c. 52.

b la est proportio, ex primo huius. Ratio quarti, si aliquod corpus finitæ magnitudinis est infinitæ durationis, multo magis mouens potest esse infinitum ſm durationem: q̄a mouens & agens præstantius est passo & moto tertio de Tex. c. 19.

Anima, sed aliquod corpus finitæ magnitudinis est infinitæ durationis, vt corpus cœleste, quod est infinitæ magnitudinis & ingn̄abile & incorruptibile, ex pr. o huius. Tex. c. 20.

Itē, virtus separata a materia vr̄ esse infinitæ duratiōis, quia sicut inclusio materiæ est cā gn̄ationis & corruptionis, sic abscissio a materia est cā ꝑpetuitatis, vt dicit Cōm. Tex. c. 80. primo huius, vel saltē arguit ꝑpetuitatē, sed aliqua virtus Tex. c. 41. Tex. c. 54. est separata a materia, vt prius motor, vt patet octauo Phy. & 12. Met. cū moueat motu cōtinuo & ꝑpetuo, vt patet octauo Phy. qđ non esset si esset virtus in corpore. Responsio.

AD argumētū si cuiuslibet corporis &c. verū est si esset finita p materiā partē sui, sed si finita ſm vigorem ad motum, non sequit̄. Et cum dicitur, inconueniēs &c. vnde potest esse infinita duratione ex sub-

G stātia simplici, non materia eius, quæ sit pars sui, & sic est in potentia coniuncta actui, sicut ēt cœlū est quantum in infinitum & figuratum secundum durationem. Tex. c. 6. 72

Reliquum āt de terra dicere vbi existat posita: & vtrum quiescentium, aut motorum: & de figura ipsius.

QVÆSTIO XVI.

An Terra sit in medio mundi.

COnsequenter queritur circa cap. de terra, Vtrum terra sit in medio mundi. Arguitur ꝙ non. Nobilissimi elmēti debet esse nobilissimus locus, quia locus debet esse ꝓportionat' locato. 4. Phy. sed ignis est nobilissimum elmēū, quia est maxime actiuū & formale, & locus medius est nobilissimus. q̄a ſm Arist. in de Morte & Vita, regio media est Tex. c. 28 principatis. Item, nullum corpus potest esse in indiuisibili, sicut in loco: quia locus est æqualis locato. 4. Phy. sed Tex. c. 6. 28 indiuisibile nō est æquale corpori sed terra est corpus &

H medium mundi est indiuisibile, cum sit punctus, a quo omnes lineæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales.

Item. 3. ponatur ꝙ ignis minimus sit in medio mundi, & non sit ibi ꝓhibens a motu, quod detineat ip̄m, tunc quærit̄, vtrum ignis ibi existens moueat̄, vel non, si non mouet̄, tunc ille locus est ei naturalis, & non est terræ naturalis: qm̄ vnus locus naturalis non est plurium corporum, si mouetur, tunc mouetur ad vnā partē mundi, vel mouetur simul ad diuersas partes, vt ad oriens & ad occidens sursum &c. non p̄t dici ꝙ moueat̄ ad vnā partem determinate: q̄a qua rōne moueretur ad vnam partē, eadē rōne ad aliam, cū æqualiter distat ab oībus, & sic non est rō quare plus moueatur ad vnam partem q̄ ad aliam nec p̄t dici, ꝙ simul moueatur ad oēs partes simul, quia nō est possibile vnum corpus moueri ad diuersas partes

vt ad oriens & occidens, meridiem & ſeptentrionem.

Te.cō.10 OPPOSITVM vr̄ velle Ari. in iſto ca. q̄a vult q̄ terra ſit in medio naturaliter & eſcat ibi, & idē vult Cōm.

CONCLVSIO.

Terra non eſt in medio mundi tanquā in extrinſeco continente, ſed eſt in medio mundi tanquam in termino ſuæ quietis, & medium eius eſt illi realiter idem & ratione diſtinctum.

DIcendū, q̄ terra eē in medio mundi p̄t intelligi dupl̄r. Vno modo q̄ ſit in medio mundi tāq̄ in extrinſeco continente & circunſcribente ipſam. Secūdo modo ita q̄ mediū terræ ſit mediū mundi, & q̄ idem ſit mediū mundi & mediū terræ. Tunc dicendū eſt primo ad q̄ōnem, q̄ terra non eſt medio mūdi primo modo, ſed dicendū ſecūdo q̄ eſt in medio mūdi ſecundo modo. Ratio primi, nullū indiuiſibile vt extrinſecum p̄ōt cōtinere diuiſibile, ſed mediū mundi eſt indiuiſibile: q̄a, eſt pūctū, a quo oēs lineæ ductæ ad circūferentiā ſunt æquales, ſed terra eſt diuiſibilis. Rō ſecundi, conſtat q̄ terra vndecunq̄ mouetur ad mediū mouetur, & nō ceſſat motus eius quouſque veniat ad medium mundi: & mediū eius fiat mediū mūdi, & hoc dicit Ari. in litera, & huius rō eſt quia, cum motus terræ fiat deorſum, vel eſt in infinitum, vel ad determinatū locum, vt ad mediū mūdi. Sed dubitaret aliq̄s, vtrum terra ſit in aliquo extrinſeco continēte ipſam.

Te.c.46. Ari. r̄ndet 4. Phy. q̄ terra eſt in ſuperficie concaua aquæ tanquā in cōtinente, vn̄ hoc eſt de natura aquæ q̄ terra eſt in aqua, aqua vero in aere, aer vero in igne, ignis in coelo, coelū amplius non eſt in alio. Sed vnum dubium eſt, certū eſt q̄ aqua hēt grauitatem, mō aliqua pars terræ non eſt cooperta, vt illa vbi habitant aīalia, ergo vr̄ q̄ mediū terræ nō eſt medium mūdi, quia ex quo terra in vna parte eſt ſuper aquā & aqua eſt grauis cū in illa parte vbi aqua eſt ſuper terram q̄a grauis eſt depellit & extrudit terrā a ſuo loco verſus illam partē vbi nō eſt aqua, & tunc medium eius non eſt medium mūdi, quia graue vt aqua non h̄ns impediens mouetur deorſum. Et cū dicit terrā extra mediū verſus aliam partē. Dicendū q̄ aqua habet grauitatem etiā in loco ſuo: tn̄ grauitas aquæ non eſt tanta in mouēdo terrā extra medium, quin terræ grauitas ſit fortior in deſiſtendo, vnde ſi aqua eſſet tam grauis vt terra tunc ratio bene concluderet.

Rñſiones. AD rationes nobiliſsimum &c. conceditur. Et cū dr̄ ignis &c. verū eſt ergo habet locum nobiliſsimū. Et cum dicitur q̄. iſte mediū eſt &c. Dicendum q̄

Mediū duplex rei, & magnitudinis. mediū eſt duplex, quoddā eſt magnitudinis quod æqualiter diſtat ab extremis magnitudinis: vt in homine vmbilicus eſt mediū magnitudinis: q̄m diſtat tm̄ a pedibus quātum a capite. Aliud eſt mediū rei, & eſt q̄d æqualiter influit aliis partibus per æque diſtātiā influxus, vt in hoie cor eſt mediū rei, ſed non eſt medium magnitudinis: q̄a non æqualiter diſtat ab extremis q̄a plus declinat ſurſum q̄ deorſum, & plus ad ſiniſtram q̄ ad dextram, ſed medium rei eſt medium influentiæ: q̄m oibus partibus influit ſm exigentiā cuiuslibet mēbri ſm q̄ natū eſt illud, modo, mediū mundi eſt magnitudinis: q̄a æqualiter diſtat ab oi parte circunferentiæ mūdi: ſed coelū eſt mediū rei, & locus eius eſt medium influentiæ, quia influit virtutem & op̄ationem oibus ſm q̄ natura cuiuslibet nata eſt recipe ſm magis & minus, modo, terra eſt in medio magnitudinis: & hoc nō eſt nobiliſsimū, ſed coelum in cuius concauo hēt eſſe ignis. Ad ſcd̄m nullum corpus &c. verū eſt tanq̄ in extrinſeco continēte, ſed bn̄ eſt in eo, ita q̄ medium eius ſit illud, & ſic eſt terra in medio mundi. i. q̄ mūdi medium eſt terræ mediū realiter, ſed tm̄ differūt rōne, q̄a idem cētrum & punctū in cōparatione ad terram inquantū ab illo puncto oēs lineæ ductæ ad circūferētiā terræ ſunt æquales: ſed mediū eſt mundi in cōparatione ad coelum inquantū oēs lineæ ductæ ad circunferentiam coeli ſunt æquales, & ſic eſt hic. Ad tertium dicendū q̄ ſuppoſitio eſt impoſsibilis: & iō non mirū ſi ex ea ſequiť impoſsibile: tn̄ dicendū, q̄ cum dr̄ ponamus &c. dicēdū, q̄, ſi loq̄remur de igne nō minimo, & tūc poneretť in medio mūdi, & ſi nō eſſet impediens motū eius, tunc moueretť non ſimul ad vnā partē, ſed diuideretur, & moueretť

A vna pars ad iſtā p̄tē, & vna ad iſtā circūferentiā, p̄portionalē ſibi, quæ eſt ei plus p̄pinqua: ſed, ſi poneretť ibi ignis minimus indiuiſibilis, tunc eſt ibi difficultas. Vnde dicendū eſt, q̄, ſi poneretť ibi, tunc eſſet ibi implicatio cōtradictionis, q̄a moueretur & nō moueretur: moueretur inquā, cum eſſet extra locū ſuum, ſi nō eſſet aliq̄d impediēs ipſum a motu ſuo, ergo moueretur inquantum eſt de ſe, ſed non moueretur, quoniam non eſt ratio quare plus ad vnam partem moueatur q̄ ad aliam. ſed non poteſt ſimul ad oēs partes moueri, cū ſit indiuiſibile, & vnū corpus ſimul nō mouetur ad diuerſa loca 4. Phy. &. 1. huius Tex.c.63.

& cōtradictio ſeq̄tur ex impoſsibili poſito. Aliqui dicūt, Te.cō.82 q̄ vna pars eius moueatur ad circūferentiā, & alia ad aliā partē: ſed hoc nō valet, q̄a ille ignis non p̄t indiuidi in plures ignes actu ſeorſum exiſtentes, licet poſſet diuidi infinitum in potētia ſm partes in toto exiſtētes, vn̄ formæ naturales ſunt diuiſibiles in infinitū in toto, ſed nō ſeorſum

B & diuiſim exiſtētes: q̄a iſte ignis minimus nō eſt diuiſibilis, immo indiuiſibilis ſupponatur eſſe.

Quæſtionum libri ſecundi de Coelo & Mundo finis.

QVAESTIONES SVPER LIBRVM QVARTVM DE COELO ET MVNDO.

Cum quidem igr̄ fiat ex aqua aer, & ex graui leue venit in ſenſum, ſimul aūt & leue & non amplius fit, ſed ibi eſt manifeſtum: itaq; q. potētia ens in actum iens venit illuc, & ad tm̄ & tale, & vbi endelechia, & quanti, & qualis, & vbi. Eadem aūt cauſa & eius quod iam exiſtentia & entia terram & ignem moueri in ea, quæ ipſorum loca nullo impediente. Etenim nutrimētum cū p̄hibens & ſanabile cū retinens nō ſit, fertur cōfeſtim. Te.cō.25.

C

QVÆSTIO XVII.

An Grauia & Leuia moueantur a generante.

COnſequēter quæritur circa q̄rtum. Vtrum grauia & leuia moueantur a generāte. Et arguitur q̄ non, q̄a mouens debet ſimul eſſe, & q̄d mouetur. 7. Phy. q̄a inter mouēs p̄pinquū & motum nihil debet eſſe medium nec plenū nec vacuū, ſed generans non eſt ſimul cum graui, q̄n̄ actu moueť, q̄a, q̄n̄ actu moueť, vt lapis detētus ſurſum q̄n̄ moueť deorſum generās ipſum p̄ōt eſſe corruptū, ſi ſi non eſt corruptum, poteſt eſſe nō tangens ipſum: q̄a generās ipſum eſt in mineris in terra, vt patet tertio Meteo. Te.cō.10.

OPPOSITVM vult Ariſto. qui dicit, q̄ grauia & leuia moueātur a generante: quia quod eſt factiuū grauis & leuis eſt motiuum eorū. Idē vult in. 8. Phyſicorum. 4. coeli. Te.cō.28. Te.cō.31.

D

CONCLVSIO.

Grauia & Leuia Mouentur a generante.

SCiendū q̄ motus eſt actus entis in potentia. 3. Phyſi. ſicut ergo habet potētiā diuerſimode ad motū, ita indiget mouēte multipl̄r & diuerſimode. Vno modo eſt in potentia eſſentiali, alio mō i potentia accn̄tali, & eſt aliq̄d in potētia eſſentiali gn̄aliter loquēdo, cui deficit q̄ditas vel forā requiſita ad motū, ſiue hēat cōtrarium ſiue nō ſicut aq̄ actu eſt in in potentia eſſentiali ad motū ſurſum, quia deficit hitus, vt leuitas, q̄ eſt principiū illius motus: & ſic eſt in potentia eſſentiali ad eſſentiā vel ad operationem conſequentē illam eſſentiam, ſed aliquid eſt in potentia actuali, q̄d habet actu formā, vel habitum, quem conſequitur motus: tn̄ impeditur per accn̄s, vt p̄ detinēs, vt lapis detentus ſupra colūnā, habet. n. formam, quā co Te.cō.6

sequitur grauitas, q̃ est principium mouẽdi deorsum, & tñ impeditur per extrinsecum detinẽs. Silr ignis est in potẽtia actuali ad calefactionẽ, quia actu habet formã, per quam põt calefacere: sed impeditur p extrinsecũ, vt calefactibile. Tũc dicendũ ad q̃onem, q, si loquamur de potentia eẽntiali, tunc grauia & leuia inaiata mouenť a generante. Rõ primi, dans formã dat accñtia consequẽtia formam, fm Auer. in isto. 4. quia ab eodẽ datur forma gñati & oĩa accidẽtia formæ, sicut dans aiam hois sic risibile dat: sed generans dat formam gñati, qm̃ extrahit ipam de potentia ad actũ, sed motus est de accñtibus ꝯñtibus formã, & sic intelligatur de motu leuis sursum: & dicit Cõ. si generatur ex oleo ignis, q fuit in potentia sursum, tunc q̃tũ generãs dat sibi de forma ignis, tñ dat de motu sursum: & qñ completa fuerit ignis in oleo, tunc completus est motus & esse sursum. Et notandũ, q licet generans qd reducit graue de potẽtia essentiali ad actũ moueat ipsum, non tñ immediate, sed mediãte forma: qm̃ inter mouens immediatum & motũ non debet esse aliqd medium, sed generãs mouet graue mediãte forma quã prius inducit, vt dicit Cõmẽ. Notandũ, q Cõmẽ. mouet corollarie ꝓprium, qd per ipsum res mouetur ex se, quia nõ mouetur a gñante extrinseco, nisi mediãte principio intrinseco vt forma, vñ forma est principium intrinsecũ motus grauis, quia qđ mouetur ab extrinseco nõ moueť ex se: vt si lapis pure moueť ab extrinseco sursum nõ moueť a principio intrinseco & per se. Rõ. sedi, mouens ꝓpinquum & immediatũ debent esse siľ cum moto: & nullũ debet eẽ mediũ nec plenũ nec vacuũ: sed graue actu p̃t moueri de potentia actuali gñante corrupto vel adhuc exñte quod non est siľ secũ, vt gñans metallum potest esse in mineris, & tñ iam mouetur deorsum in aere.

Rãsio. AD rõnem mouens debet esse &c. verũ est qđ mouetur vere motu imediate. Et cũ dr̃, generans &c. dicendũ q qñ graue mouetur ex potẽtia actuali, tunc nõ oportet gñans esse siľ cum moto: qa põt esse corruptum: sed si mouetur ex potentia essentiali: tunc oportet siľ esse vsquequo totũ factũ est, & sic mouetur a generante vt faciens est simul cum facto & continuum sibi & sic generans est simul, & tñ non mouet immediate sic, sed mediante forma sicut qđlibet habet accñtia propria mediante forma & sic intelligitur de graui & leui.

Tex.c.25. *Mouet autẽ & quod a principio fecit & impedimentum remouens aut vnde resiluit.*

QVÆSTIO XVIII.

An Graue & leue moueantur a mouente probibens.

COnsequẽter q̃riť, Vtrũ graue & leue moueñť a remouẽte ꝓhibẽs. Arguiť q nõ. In oi mobili mouẽs ꝓpinquũ dẽt eẽ siľ cũ moto. 7. Phy. sed remo-
Tex.c.10. uẽs nõ ẽ siľ cũ graui moto actu deorsum, qa põt multũ distare ab ipo vt remouẽs colũnã, q̃ detinet lapidẽ. ideo &c.

Tex.c.25 OPPOSITVM vult Aristo. in isto. 4. & . 8. Phy. q graue in actu, qñ mouetur a descendẽte in aere, moueť
Tex.c.32. a remouente prohibens: & idem vult Commentator.

CONCLVSIO.

Grauia, & leuia mouentur a remouente probibens in initio motus, quo uero ad motus posteriores partes, non mouentur ab illo sufficienter & immediate.

NOtandum, q graue in actu inq̃tum descendit dupľr consideratur. Vno mõ q̃tũ ad initium mot᷒, Alio mõ quo ad ptes posteriores initio motus.

Tunc dicendũ est ad q̃onẽ, q graue in actu inaiatũ, qñ descendit detẽtũ supius moueť a remouẽte ꝓhibens q̃tũ ad initiũ motus. Scdo dicendũ q q̃tũ ad ptes posteriores initio motus nõ moueť a remouente ꝓhibẽs sufficiẽter & imediate. Rõ primi, illud est cã motus grauis, quo posito & pñte poniť motus, & quo remoto & deficiente nõ
Tex.c.20. est motus, qa ex. 2. Phy. cã est qua posita poniť effectus, & qua remota remoueť effectus, sed pñte remouẽte ꝓhibẽs columnã lapis descẽdit, & non pñte remouente ꝓhibẽs lapis non descẽdit, iõ &c. Rõ sedi. In oi motu mouẽs

B ꝓpinquum dẽt esse siľ cum moto, quia nõ debet esse medium nec plenum nec vacuũ, & ita per negationẽ medij debent eẽ siľ, vt patet. 7. Phy. & hoc ẽ magnũ fundamẽtũ sicut dicit Cõm. ibidẽ, sed remouẽs ꝓhibẽs cõtingit aliqñ dũ eẽ cũ graui: quod moueť actu q̃tũ ad partes posteriores initio motus: qm̃ põt distare multum, vt patet ad sensum: ut si aliquis est superius & facit lapidẽ cadere remouendo columnam & ipse non cadit cum lapide.

AD argm̃tũ in oi motu &c. cõcediť siẽ mouens ꝓpinquũ & imediatũ &c. dicẽdũ q q̃tũ ad principiũ motus: tũc remouens ꝓhibẽs est simul cũ moto: qa tãgit ipm remouẽdo impediens, sed quantũ ad partes posteriores initio motus nõ est simul cũ moto, qa sic nõ est mouens immediatum: vt dictum est in positione. Rãsio.

Quemadmodum dictum ẽ in primis sermonibus: in qbus determinauimus q nibil borũ seipm mouet: propter quam igitur causam fertur latorum vnumqđ q & ferri in suiipsius locum quid est, dictum est. Tex.c.25.

QVAESTIO XIX.

An graue inanimatum quoquomodo moueatur a naturali uirtute existente in loco.

COnseq̃nter q̃riť, Vtrũ graue iaiatũ moueať a virtute nãli loci, ita q limos virt᷒ sit principiũ effectiuũ mot᷒ grauis deorsum: arguiť q sic, qa manifestũ est q graue actu motũ deorsum, q̃to pl᷒ appropinquat ad locũ mediũ, tãto velocius mouetur: qa motus nãlis velocior ẽ in fine. 1. huius, sed hoc nõ eẽt nisi virtus nãlis loci sui eẽt pricipiũ effectiuũ motus deorsum. Tex.c.89

OPPOSITVM vult Ari. in isto. 4. & . 8. Phy. & vbicunq; inquirit Arist. de mouẽte, q mouet inanimata grauia, & leuia, non inuenitur pure dicere principium effectiuum motus grauis & leuis virtutẽ naturalẽ loci, sed dicit ipsa moueri a generante, vel remouente prohibens. Tex.c.25 Tex.c.32.

CONCLVSIO.

Graue inanimatum non mouetur a naturali uirtute loci.

SCiendũ, q aliqui dñt, q graue in actu, qñ moueť de potẽtia actuali, tũc mouetur a virtute naturali deorsum. Silr dicẽdũ est de motu leuis i actu sursum, hoc ꝓbauerunt p rõnẽ prius inductã & recurrať ibi. Sed illud non ualet: qm̃ vr̃ eẽ cõtra intentionẽ Ari. qa nunq; inuenitur ponere vbi loquitur de mouente grauiũ & leuium inaiatorũ virtutem naturalẽ loci esse principium effectiuũ motus grauium & leuiũ, sed dicit vbi. 4. q vel mouentur a gñante, vel a remouẽte ꝓhibens: vt de potentia eẽntiali a gñante, & de actuali a remouente, & hoc ꝓbatur rõne. Si graue inaiatum actu qñ mouetur deorsum, si moueretur a virtute naturali loci, tũc si eẽt alius mundus terra illius mũdi nõ moueretur ad medium istius mũdi: sed hoc est falsum: & cõtra Ari. in primo h᷒, vbi ꝓbat nõ esse aliũ mũdũ: qa si esset alius mundus, tũc graue vt terra illius mũdi moueret ad mediũ istius mũdi, cõsequẽtia patet: qm̃ virtus loci est virtus corporea & mouet ad determinatã distantiã: & sic nõ moueret ad terrã alterius mũdi cũ illa virtus sit qm̃ naturalia in suis orbibus. Item, mouens immediatũ debet esse siľ cũ moto. 7. Phy. sed lapis descendẽs deorsum virtus naturalis loci nõ est siľ cũ lapide: qm̃ illa nõ est nisi in loco naturali, ergo si esset siľ cũ lapide, tũc lapis eẽt in loco naturali cũ moueť deorsum & sic nunq; moueret deorsũ nisi cũ eẽt i loco nãli eius, sed hoc est ridiculũ cũ qescat in loco nãli eius. Itẽ illud est contra Cõ. q dicit q graue moueť a sua forã, vñ forã mouet ipsum inq̃tũ forã & moueť inq̃tũ est forma i materia, quã sequitur virtus receptiua materialis, quae est in materia. Tex.c.10 Tex.c.79

AD argm̃ graue inaiatũ &c. cõcediť: qm̃ motus nãlis velocior est i fine: & q̃to ꝓpinquior est loco tãto velociꝰ moueť nisi sit aliqd ꝓhibẽs. Et cum dr̃, hoc nõ eẽt &c. negať: qa hoc esset pp hoc vt effectiue moueť a virtute loci: sed qa plures partes aeris insequunť lapidẽ circa mediũ q̃ i alio loco, q ptes aeris velocius ꝓpellũt lapidẽ ibi pp hoc lapis velociꝰ ibi moueť. iõ nõ valet. Rãsio.

FINIS.

AVERROIS CORDVBENSIS DE SVBSTANTIA ORBIS ABSOLVTVS AC PERVTILIS SERMO

cum Ioannis Gandauensis expositione.

Caput primum. Ex substantiæ generabilium & corruptibilium comparatione, substantiam cœli & eius formam ac materiam, & libri titulũ inuestigat.

IN hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus, ex quibus componitur corpus cœleste. Declaratum est enim corpus cœleste componi ex naturis duabus, sicut corpora generabilia & corruptibilia. Sed tamen in istis fuit declaratum has duas naturas esse per generationem & corruptionem, & esse inuentas in eis, in cœlestibus autem propter motum localem.

LIber iste, qui intitulatur de Substantia Orbis, diuiditur in procemium & executionem, quæ incipit ibi, (Principium autem.) Circa procemium sic ꝓcedit: quia primo præmittit Auerrois. quod declaratum est ab Arist. in suis libris de natura corporis cœlestis. Secũdo ex C illis elicit ea, de quib⁹ determinaturus est in hoc libro ibi. (In hoc tractatu.) Circa primum duo facit, primo dãs intentionem suam generaliter, præmittit illud, quod declaratum est ab Arist. de corpore cœlesti: secundo tangit rationes, quibus illud fuit declaratum ibi. (Quia enim declaratum est.) Primo dicit, ꝙ in hoc tractatu intendimus inquirere de rebus, ex quibus componitur natura cœlestis corporis: & quia supponit corpus cœleste esse compositum, quod declaratum est ab Aristo. alibi, ex duabus naturis: sicut corpora generabilia & corruptibilia, sed diuersis viis & apparentibus fuit inuenta & determinata cõpositio generabilium & corrupubilium, & ipsius corporis cœlestis. Nam determinatum, est generabilia & corruptibilia habere duas naturas, scilicet materiam & formam in substantia sui esse per viam, quæ dicitur generatio & corruptio: corpora autem cœlestia habere duas naturas, scilicet motorem, & motum, fuit declaratum per motũ localem. Notandum, ꝙ sicut apparet ex Primo Physicorum q. natura materiæ primæ innotuit per transmutationem de forma in formam: & ideo dicitur ibi, ꝙ materia cognoscitur in analogia ad formam, forma vero innotuit per operationem, vt dicit Commenta. octauo Metaphysi. quia sicut transmutatio facit scire materiam, ita operatio formam: cum igitur appareant sibi succedere inuicẽ diuersos actus: & omnis actus est forma, sicut dicit Themistius in Tertio de Anima: impossibile est transire de actu in actum, nisi subeunte potentia, quæ deferat actum illum: ergo necesse est illa esse cõposita ex materia & forma, in quibus diuersi actus sibi inuicem succedunt.

Materia p transmutationẽ, forma p operationẽ nobis innotuit

D

Quia enim declaratum est, hęc corpora moueri ex se, & in loco: amplius autem illud, quod mouetur ex se, componitur ex duabus naturis, scilicet recipiente & agente: quoniam declaratum fuit omnem motum A *habere motorem.*

Tangit rationes, quibus dictum est cœlum componi ex duabus naturis: & primo tangit rationes, secundo concludit intentum ibi. (Cum hoc inquam ita sit.) Ad hoc auctor tangit primo duas rationes. secũda ibi. (Amplius aliquid.) Primo dicit, corpora cœlestia moueri ex se: omne autem quod mouetur ex se, compositum est ex agente motum, & recipiente: cuius declarationem subdit, quia omne motum habet motorem. Intelligendum est, sicut apparet septimo Physico. omne quod mouetur, mouetur ab alio. Item circa principium octaui Physicorũ ostenditur, q. omne, quod mouetur ex se, diuiditur in per se mouens, & per se motum, & sicut apparet Secundo Cœli & Mundi, cœlum mouetur ex se, & ideo dicitur animatum ex quo concluditur, ꝙ cœlum diuiditur in per se mouens & per se motum, & sic compositum est ex duabus naturis.

B *Amplius aliquid motum esse & mouens in eodem impossibile est.*

Tangit secundam rationem dicens, q. aliquid esse mouens & motum est impossibile. Notandum, q. mouẽs secundum ꝙ huiusmodi est in actu, motum uero in potentia est: aliquid autem esse respectu eiusdem & eodem modo actu simul & potentia est impossibile: quia actus & potentia sunt differentiæ valde oppositæ, vt dicit Cõmenta. in procemio de Anima, & ideo, cum cœlum mouetur ex se, & sup. motor & motum sint diuersa, necesse est cœlum esse compositum ex diuersis naturis.

Cum hoc inquam sit, declaratum est cœlum componi ex duabus naturis.

Concludit hic quod dictum est, & apparet in litera. Deinde cum dicit.

In hoc ergo tractatu perscrutaturi sumus de his C *duabus naturis, ex quibus corpus cœleste componitur, vtrum sint similes illis naturis, ex quibus generabilia componuntur: quarum altera dicitur forma, altera materia, scilicet vtrum hæc materia & forma, quæ sunt hic, sint eædem cũ illis, aut diuersę secundũ magis & minus. Sed si sint diuersę specie, tunc ęquiuoce dicitur de eis corporeitas, aut secundum prius & posterius.*

Ex dictis elicit ea, de quibus determinaturus est in hoc libro. Secundo, quia aliqua de propositis sunt quasi manifesta, ea abiicit a sua perscrutatione. Tertio concludit ea, quæ specialiter sunt hic determinanda tanquam minus nota: secunda ibi. (Quoniam autem hæ duæ.) tertia ibi. (Quæcunque autem perscrutando.) Primo dicit inferẽdo ex præmissis, ꝙ in hoc tractatu ꝑscrutabimus de istis duabus naturis, ex quibus componitur corpus cœleste, vtrum sint similes. i. eiusdem generis cum illis duabus na- D turis, ex quibus com onuntur generabilia & corruptibilia, quæ sunt materia & forma, ita ꝙ sint eadem in genere & in specie omnimode hic & ibi, aut istæ naturæ sunt diuersæ in gñe & in spẽ in cœlo, & in gñabilibus & corruptibilibus: & hoc simplr, vel saltẽ differunt secundum magis & minus. Nã multum refert: qa, si istæ naturæ duæ. s. mã & forma sunt diuersæ spẽi in cœlo, & in istis inferioribus: corporeitas dr̃ æquiuoce de istis uel secũdum prius & posterius: quia corporeitas est quasi genus vel natura, in qua conueniunt istæ duæ naturæ. Nota, secũdum ꝙ dicitur in ꝓdicamẽtis, species coæqueuæ sunt sub genere, quãtum ad hoc genus & ratio generis de ipsis æqualiter prædicatur, & ideo genus inquãtũ hmõi est vniuocũ ad suas species, modo, corporeitas ꝑ prius dr̃ de cœlo q̃ de istis inferioribus: quia corporeitas cœli est cã corporeitatis

istorum inferiorum, & cum aliquid dicit de causa & causato, per prius dicitur de causa q̃ de causato, vt patet Primo Posteriorum. & Secundo Metaphysicæ. Si igitur materia & forma coeli, & istorum inferiorum fuerit diuersa in genere, certum est, q corporeitas dicitur de eis æquiuoce: quia s̃m nomen solum. Si autem fuerint diuersæ in specie, conueniunt tñ in hac natura communi tanquam in genere. quæ est corporeitas: tūc ergo dicetur de ipsis s̃m prius & posterius. Aut ergo istæ duæ naturæ, ex quibus componitur coelum & ista inferiora non sunt eadem. s. eiusdē speciei, aut corporeitas de eis dicitur æquiuoce, uel saltem s̃m prius & posterius, cum non possint esse diuersæ spēs sub eodem genere, & tota ratio est, quia corporeitas per prius dicitur de coelo q̃ de istis inferioribus.

Quod autem hę duę naturę existentes in his generabilibus & cælestibus corporibus non sint conuenientes specie, manifestum est, posito corpore cælesti ingenerabili & incorruptibili, & corporibus quę sunt apud nos, generabilibus & corruptibilib⁹. causas. n. corporis gñabilis & corruptibilis et æterni eē easdē īpossibile ē.

E Ostendit manifestum esse istas duas naturas. s. materiā & formam generabilium & corruptibilium non esse eiusdem speciei cum duabus naturis, ex quibus cōponit̃ corpus cœleste, & hic abiicit a sua consideratione tanquā notum dicens, q hæ duæ naturæ existentes in his duobus s. in coelo & in inferioribus non sunt cōuenientes in specie i. non sunt eiusdem speciei: hoc est manifestum, si ponamus corpus coeleste esse ingenitum & incorruptibile: quod probatum est Primo Cœ. & Mun. Et, si ponamus corpora, quæ sunt apud nos generabilia & corruptibilia, quod probat̃ primo de Generatione & secundo: cuius rationem etiam subdit, q generabilium & corruptibilium & etiam æternorum impossibile est esse easdem causas. s. intrinsec s. Nota, vt scribitur. 10. Met. q corruptibile & incorruptibile plus differunt q̃ genere: quia differunt p habere materiam & non habere. Cum ergo coelum sit incorruptibile, ista autem inferiora sunt corruptibilia, vt iam dictum est, dr̄nt genere & plus: quare impossibile est, q habeant easdem causas intrinsecas, & dico causas intrinsecas, ex quibus res componitur.

Non eadē sunt intrinseca principia generabiliū & corruptibiliū & incorruptibilium.

Excitatū est ergo has duas naturas, ex quibus componitur corpus cœleste, non esse eiusdem speciei, neque eiusdem generis cum duabus naturis, ex quibus componuntur generabilia.

Concludit ea, de quibus hic intendit inquirere dicens ita, q excitatum est has duas naturas, ex quibus componitur corpus coeleste, non esse eiusdem speciei, nec etiā eiusdem generis cum duabus naturis, ex quibus componuntur generabilia & corruptibilia: immo etiam differūt plus quam suo genere, & sic non est inquirendum vtrum differant, cum sit quasi manifestum.

Deest in ō multis codd. hęc verba.

Restat igitur perscrutari de eis, de quibus hæ duę naturę, quę sunt in corpore cœlesti differūt ab eis, quæ sunt in corpore generabili & corruptibili.

Remanet ergo perscrutari de illis, in quibus hæ duæ naturæ, quæ sunt in corpore coelesti, differunt a duabus naturis quæ sunt in generabilibus & corruptibilibus, hoc est inquirere, quæ & quales sunt istæ duæ naturæ, ex quibus componitur corpus coeleste, ex quibus apparebit, in quibus differunt a duabus naturis istorum generabilium & corruptibilium, & in quibus conueniunt. hæc est sententia lectionis procemii.

Principium quidē perscrutationis est in hoc. Aris. enim, cum inuenit q, indiuidua existētia per se, hęc, quę

F *vocantur substantiæ, transferri de vna dispositione ad aliam, & inuenit hanc transmutationem duobus modis, aut transmutatione in dispositionibus extrinsecis a quidditatibus substantiarum existentium per se, quæ non facit illa indiuidua differentia illas dispositiones transmutari in nomine & diffinitione, sicut sunt dispositiones, quę dicuntur quantitates & qualitates, & alia prędicamenta, quæ dicuntur accidentia. Aut transmutationem in dispositionibus, quę faciunt indiuidua differentia ipsas transmutari nomine & diffinitione, quæ transmutatio dicitur generatio & corruptio.*

Huius transmutationis meminit in 2 Phy.

Finito procemio, Cōment. exequitur: & quia proposuit se determinaturum de duabus naturis, ex quibus cōponitur coelum, & de illis in quibus differunt & conueniunt a duabus naturis generabilium & corruptibilium, ideo sic procedit, quia primo determinat de natura coeli secundum q componitur ex istis duabus naturis. s. motore & mobili: ostendendo qualiter istæ duæ naturæ conueniunt & differunt cum duabus naturis generabiliū & corruptibilium. Secundo determinat de istis duabus naturis. s. motore & mobili in propria forma. i. de quolibet eorum per se. ibi. (Quia declaratum est circa finem libri.) Primo facit duo. Primo ostendit qualis est forma & materia coeli, vel motor & mobile, & qualis sit forma generabilium & corruptibilium, & quomodo cōueniunt & differunt s̃m istas essentias. Secundo ostendit in quibus conueniunt & differunt quantum ad accidentia ibi. (Remanet autem considerare.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quæ, & qualis est sub̄a coeli quantum ad materiam & formam, comparando ipsam sub cōuenientia & differentia ad substantiā gñabiliū. Secūdo oñdit qualis est compositio coeli ex materia & forma, cōparando ipsam

G ad cōpōnem gñabiliū & corruptibiliū ex sua mā & sua forma ibi. (Perscrutandū.) Et quia nā gñabiliū & corruptibiliū est magis nota quātum ad formā & quātum ad materiam q̃ sit ipsum coelū, ideo sic pcedit, quia primo ostendit qualis sit mā & forma gñabiliū &c. Secūdo q̃lis est mā & forma coeli ibi. (Cū igitur fuerit declarata.) Prima in duas. quia primo facit q dictum est, secundo remouet dubium Auicēnæ. ibi (Vnde putauit Auic.) Circa primum duo facit: quia primo oñdit qualis est mā gñabilium & corruptibilium. Secundo qualis est forma ibi. (Et quia formæ mobiles.) Circa primum duo facit. Primo ostendit qualis est materia generabilium &c. s̃m se. Secūdo ostendit qualis est in ordine ad recipiendum formam ibi. (Et cum inuenit substantiales formas.) Adhuc circa primū duo facit. Primo ponit diuisionē vnā, per quā notificat̃ nā materiæ generabiliū & corruptibilium. Secundo ex hac diuisione concludit naturā ipsius materiæ ibi. (Vnde natura huius subiecti.) Prima adhuc in duas. Primo ponit diuisionē. Secūdo ostendit conuenientiā & dif

H ferentiā inter mēbra diuisionis ibi. (Cum autē considerauit.) Primo dicit q principium perscrutationis in hoc libro, sup. sit hoc: q Ari. inuenit indiuidua substātiæ, quæ sunt per se subsistētia, transmutari de vna dispōne in aliā, & vidit transmutationem fieri duobus modis, aut sup. in dispōnibus accidentalibus, per quarum transmutationē nec transmutat̃ nomen nec diffinitio rei: sicut est transmutatio in quantitate, qualitate, & in aliis accidentibus, vel p̄dicamentis, quæ vocantur accidentia: aut in dispōnibus per quarum transmutationē nomen est diffinitio illius indiuidui, cuius sunt dispōnes, transmutant̃, & hæc trāsmutatio dicitur generatio & corruptio, & sic est duplex trāsmutatio. s. substantialis uel in substantia, & in accidētibus. Ad euidētiā huius nota q dr̄. 5. Met. & Com. 1. Phy. Ens dr̄ de sub̄a & accn̄te: mō, vt dr̄. 1. Phy. oīs trāsmutatio ad aliquod ens tēdit: & ideo necesse est duos modos eē trāsmutationis

duplex est transmutationis genus.

mutationis ſm duos modos entium .ſ. tranſmutationem ſubſtantialem & tranſmutationem accidentalem. Itē nota q̃ tranſmutatio, quæ mutat ſuum ſubiectum nomine & diffinitione, eſt tranſmutatio ſubſtantialis: quoniā nomen & diffinitio comprehendit totam ſubſtantiam rei: et talis tranſmutatio tendit ad ſubſtātiā primo, & ad accidēs ex conſequenti, vt Com. dicit primo Phyſi. & .5. Met. ſed tranſmutatio, quæ non mutat ſubiectum ſuum nomine & diffinitione, tendit ſolum ad accidens, & ideo dicitur accidentalis, vt eſt tranſmutatio ad qualitatem, & ad alia accidentia, vt hic dicit Commen. & primo Phyſi.

Cum autem conſiderauit hos duos modos tranſmutationis, inuenit in eis cōmunia & propria. Cōmunia quidem ſunt quinque, quę inſunt tranſmutationi ſubſtātiali & accidentali. Eſt enim cōmune eis duabus habere vnum ſubiectum recipiens tranſmutationem.

Quinq; cōia ſunt tranſmutationi.

B Comparat membra dictæ diuiſionis ſub conuenientia & differentia & primo oſtendit in quibus conueniunt, ſecundo in quibus differunt ibi. (Differunt aūt.) Prima in quinque, ſm quinque, quæ ponit, in quibus cōueniunt. ſecunda ibi. (Amplius neceſſarium.) tertia ibi (Similiter inuenitur.) quarta ibi (Amplius inuenitur.) quinta ibi. (Et habere idem genus.) Primo dicit, q. Ariſto. conſiderauit hos duos modos tranſmutationis ſubſtantialis & accidentalis, & inuenitur in eis aliqua cōia, in quibus cōueniūt, & aliqua ꝓpria, in quibus differunt, & ſubdit, quæ ſunt illa, in quibus conueniunt, & dicit q̃ ſunt quinque. Primum eſt q. in vtraque tranſmutatione .ſ. ſubſtantiali & accidentali neceſſe eſt vt ſit aliquod vnum ſubiectū quod trāſmutatur de vno ad aliud & quod ſuſtentet trāſmutationem. Intelligendum, q. ſicut dicit Com. 8. & 1. Phy. cōis cōceptio omnium pborum fuit, q. ex nihilo nihil fit: ſed omne quod ꝓducitur, oportet ex alio fieri. quia potentia nō radicatur ex nihilo: ſimiliter oportet aliquid eſſe quod tranſmutationē recipiat, & hoc idē dicit Themiſtius in. 3. de A ia .ſ. q. impoſsibile eſt tranſire de aptitudine in actū non ſubiiciente materia ſeu potentia, quæ differat illum actum, & hoc eſt rationale. Deinde etiam dicit.

Subāl & accidētali cōmune eſt primo habere cōe ſubm.

C *Amplius neceſſarium eſt non eſſe pręcedere eſſe generabilis & corruptibilis in eis, & omnino in habere eius eſſe quod fit. Non enim fit, niſi illud, quod non eſt.*

Secundum.

Ponit ſecundum in quo conueniunt, & eſt q. in omni factione & trāſmutatione nō eſſe p̃cedit eſſe eius, quod fit uel generatur, & p̃cedit vlr & gn̄aliter ſm ſuū eſſe, quia non fit niſi quod non eſt. Intelligendum, q. ſicut dr̄. 1. Phy. q. omnis motus eſt de cōtrario in cōtrariū & eſt de contrario priuatiuo, quia nihil mouetur ad illud quod habet & ideo, ſi aliquid fit ſiue ſubſtantialiter ſiue accidētaliter, nō eſſe vlr præcedit ſuum eſſe. Deinde cum dicit.

D *Similiter autem inuenitur poſſe pręcedere in ſubiecto eſſe neceſſarium in vtroque modo factionis, quod enim eſt impoſsibile, non fit.*

Tertium.

Ponit tertiū in quo conueniūt, & eſt q. poſſe p̃cedit eſſe eius quod fit: quia nihil fit niſi quod pōt eſſe. Nota vt dicit. 3. Phy. & .9. Met. nihil per ſe vadit ad actū, ſed p aliqd exiſtēs in actu, & ſic ſimplr actus p̃cedit potētiā, verūtn̄ in eodē prius eſt aliquid in potentia antequam ſit in actu, & ſic potentia præcedit actum: & ſic neceſſarium eſt, q. poſſe præcedat eſſe in ſubiecto.

Amplius inuenitur eſſe neceſſario illud, ex quo eſt factio illius rei, & ad quod eſt eſſe contraria.

Quartum.

Ponit quartū, & eſt illud ex quo aliqd fit: & illud qd' fit ſunt contraria in vtraque tranſmutatione. Nota q. ſi aliquid tranſmutaretur ab eodē in idē tranſmutatio eſſet fruſtra: quod eſt impoſſe. & ideo oportet q. fiat trāſmutatio a contrario in contrariū: ſed iſta pn̄t eſſe pfecta contraria, vel nō pfecta, perfecta ſunt, quæ maxime diſtāt, vt albū & nigrū, dulce & amarū, & talia extrema, inter q̃ eſt trāſmutatio, nō perfectæ ſunt, q̃ hn̄t aliquid contrarietatis, ſicut aliquid medium cum extremo, vt Cōmen. dicit. 5. Phyſi. & Quinto Metaphyſi.

Et habere idem genus, & q. illa contrarietas reducitur ad contrarietatē primā .ſ. non eſſe & formam.

Quintum.

Ponit rem quintā q̃ eſt, q. tranſmutationes debēt habere idem genus ſubicibile & p̃dicabile, & q. illa contrarietas reducitur ad primā, q̃ eſt non eſſe, hoc eſt priuationis & habitus. Nota q. o.a contraria hn̄t idē genus p̃dicabile adinuicē: qa oībus contrariis eſt vnū genus primū & ſubm, ad quod oīa cōtraria reducunt, & non ſolū cōtrariorū eſt vnū genus p̃dicabile, ſed ſubiicibile quod eſt ſubm primū dīpōnum contrariarū, ut apparet. 4. Meta. Nota etiā, q. oīa contraria reducunt ad prima cōtraria, prima vero contraria ſunt, q̃ maxime diſtāt: & talia ſunt priuatiue cōtraria: & ad ea oīa alia reducunt, vt appet. 1. Phy. & .4. Met. nā priuatio & hitꝰ ē pria radix ꝯtrariorū.

Priuatio et hitus pria eſt cōtrariorū radix.

Differunt aūt in hoc, quoniā inuenit tranſmutationē indiuiduorū in ſuas ſubſtantiis cogere ſubiectū non eſſe ens actu, & non habere formā, qua ſubſtantiatur. Si .n. haberet formā, nullā aliā reciperet niſi illa deſtructa: vnā .n. formā habere niſi vnū ſubiectū impoſsibile eſt. Et ſi eſſet ſubſtantia ſimpliciter exiſtens in actu, tunc eſſet impaſsibile, & non receptiuum. Quod .n. eſt actu non recipit aliquid, quod eſt in actu.

Vnū ſubm hře pluſq̃ vnā formā eſt impoſsibile.

Oſtendit in quibus differunt p̃dictæ tranſmutationes, & primo ponit dr̄iam, ſecūdo ꝓbat eam. ibi (Si enim haberet formā.) Primo dicit, q̃ licet iſtæ tranſmutationes conueniant, vt iam dictum eſt, differunt tn̄, quia ſubiectū tranſmutationis ſubſtantialis non eſt ens actu, ſed ſolū in potentia. ita q̃ de ſe nullā habet formā, qua ſubſtantiatur in actu, & ſtatim ꝓbat cū dixit. (Si .n. haberet formā) duabus rationibus, quarū ſecūdā ponit ibi. (Si eſſet ſubſtātia ſimplr.) Primo dicit, ſi ſubm trāſmutationis ſubālis haberet formā de ſe in actu, nullā reciperet, cuius declaratio eſt, quia impoſſe eſt q̃ vnū ſubm habeat niſi vnā formam ſubſtantialē, & econuerſo, vna forma ſubālis non eſt niſi ſubiecti. Notandū eſt hic, q̃ ſubm trāſmutationis ſubālis oportet q̃ ſit ens in potentia: quia, ſicut eſt in trāſmutatione accidētali, ita & in ſubāli: ſed in accn̄tali ſic eſt ſubm, q̃ qn̄q; ſtat ſub vno accn̄te, qn̄que ſub alio, & nunq̄ ſiat in actu ſub vtroque cōtrariorū ſimul: quare eodē modo erit in ſubāli, q̃ ſubm qn̄que ſtat ſub vna forma ſubāli in actu, ad quā prius fuit in potentia, & tn̄ ſub vna in actu exn̄s eſt ad eius operationem in potentia & non in potētia ſimul. Itē notādū, q̃, ſi forma eſſet de eſſe materiæ, & q̃ actu eēt in ea, ſequeretur, vel q̃ duæ formæ ſubāles eēnt in eodē actu, vel q̃ aliquid fieret ex nihilo: quorū vtrūq; eſt falſum. quia, ſi forma eſſet de eſſentia materiæ, tunc nō poſſet aliqua forma ſibi aduenire niſi illa prima deſtructa: & ſi illa prima deſtrueretur, deſtrueretur eſſe materiæ, & tunc oporteret aliā fieri ex nihilo, vel dare oēs ſimul actu. (Et ſi eſſet ſubſtantia ſimplex.) Ponit ſecundā rōnem ad hoc dicens, q̃, ſi illud ſubiectū, quod ſubſtentat tranſmutationē ſubālē eſſet ſubſtantia ſimplex in actu exiſtens, tunc, non pateretur aliquā trāſmutationē, nec eſſet receptiuum: quia nihil quod eſt in actu recipit aliquid ſm q̃ eſt in actu. Notandum, q̃ ſicut dicitur Secundo de Generatione. & tertio de Anima. Vnumquodque agit per formā, & patitur p materiā, & recipit: licet alia & alia receptio arguat aliam & aliam formam.

Potētia est substātialis materiæ primæ differentia 8. Ph. 70

Vnde natura huius subiecti recipientis formas substantiales. s. primę materiæ, necesse est esse natura potentiæ. s. q. potentia est eius differentia substantialis. Et ideo nullam habet formā propriā & naturā existentem in actu, sed eius substantia est in posse: & ex hoc materia recipit omnes formas.

Cōcludit ex dictis naturam materiæ primæ, & primo facit hoc, secundo remouet dubiū ibi. (Sed posse hoc q.)

Quid sit materia prima.

Dicit, ex quo ita est ꝙ subiectum transmutationis substantialis non est ens in actu, necesse est ꝙ natura huius subiecti. s. materiæ primæ sit natura potentiæ, ita ꝙ potentia est quasi differentia substantialis eius, & ex hoc est q. nullam habet propriam formam, nec accidentalem de se. sed eius substātia est in potentia, vel in posse. & ex hoc habet ꝙ recipit omnes formas substantiales & accidentales, & hæc est descriptio materiæ primæ. Nota, ꝙ licet intellectus, & sensus, & materia prima sint naturæ receptiuæ, diuersimode tamē recipiunt, vt dicit Com. 3. de Anima, quia intellectus non recipit formas indiuiduales, sicut sensus: & materia prima: nec etiam recipit formas cum corruptione contrarii, sicut materia prima, nec sensus similiter hoc facit: & ideo istæ receptiones sunt similes quantū ad aliquid, & dissimiles quantum ad alia. Item nota, vt dicit Com. 3. Cœ. & Mun. ex hoc ꝙ materia prima est ens solum in potētia, ex hoc est q. recipit omnes formas de sua natura: & ideo dicit Com. ibidem, ꝙ, cū elementa sint aliquid de se in actu, ideo de natura sua non sunt in potentia ad omnes formas, sed solum ad formas mixtorum, quæ sunt in eis in potentia solum, sed materia prima est in pura potentia ad omnes formas, ita ꝙ primo recipit formas imperfectas. s. elementorum, deinde perfectas. s. substantiales mixtorum. Tertio & vltimo accidentales: sic etiam intellectus, si debet recipere omnes formas intellectuales, debet esse denudatus ab omnibus, & nullam habere apud se, vt dr̄. 3. de Aia a Pho, & Commentatore.

Sed posse hoc, quo substantiatur hoc subiectum, differt a natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse in hoc, quod posse dicitur respectu formæ: hoc autē subiectum est vnum entiū: existentium per se & elementū vnum ęternum existentium per se, quorum substantia est in potentia per se.

Hic remouet dubium, primo facit hoc, secundo ex dictis infert corollarium ibi (Et ideo difficile) primo, qa dixerat statim, ꝙ natura materiæ primæ est natura potentiæ, ex hoc crederet aliquis ꝙ materia & ipsa potentia essent eiusdem essentiæ primæ cum natura potentiæ, hoc remouet, & dicit, quod posse quo substantiatur hoc subiectum. s. potentia, quæ accipitur quasi pro differentia substantiali ipsius materiæ primæ, differt a materia prima: qa materia prima est substantia & ens sm̄ se, potentia vero est quidam respectus & habituatio ad formas, & sic materia est de natura substantiæ, habitudo autem de natura accidentis & relationis: & ita differt materia prima & sua potentia. Notandum, ꝙ, cum dicit Com. ꝙ potentia nō est de natura materiæ. ratio huius est: quia sunt diuersorū prædicamentorum, vnum. s. substantiæ e se aliud relationis: & quia vnum corrumpitur, & aliud manet, materia enim permanet, sed potentia semper corrumpitur. Alia autem ratio est ad hoc: quia illa differunt, quorum vnum multiplicatur & aliud non, modo potentia multiplicatur & diuersificatur sm̄ diuersitatem formæ, materia autem prima semper est eadem & vna.

Et ideo difficile est intelligere, vel imaginari illud nisi in cōparatione ad alterum, sicut dixit Aris.

Infert corollarium ex dictis dicens, ꝙ materia prima sit

B solum ens in potentia: & ideo difficile est eam intelligere nisi in cōparatione ad aliquid. s. formā, vt dicit Commēt. Notandum est, quia dicit hic Cōmē. & in primo Phy. ꝙ natura materiæ primæ non est bene intelligenda sm̄ se, ratio est, quia quicquid intelligitur primo vel est actus vel in actu: sed materia prima non est huiusmodi; ideo nō bene intelligitur sm̄ se. Et est notandum, ꝙ ipsa intelligitur per analogiam ad alterum. s. ad formam: quia sicut in artibus forma intelligitur in comparatione ad aliam formā, quæ iam est in actu, vel est aliquid quod est sub tali forma: sic ē de intellectu materiæ primæ, qa non intelligitur primo, sed ex consequenti: eo ꝙ de se non est in actu nec actus. Sic sunt illa, quæ non habent materiam, quæ materia est impedimentum intellectionis, vt deus ēe, & separatá a materia, quæ sunt act⁹ puri, & de se maxime intellivi.

Quomodo materia prima est intelligibilis.

Et, *cum inuenit substantiales formas diuidi secundum diuisionem huius subiecti, diuisio autem non est huic*

F *subiecto, nisi inquantum habet quātitatem, sciuit q. primum eorum, quę existunt in hoc, sunt tres dimēsiones, quę dicuntur corpus.*

Postq̄ determinauit auctor de natura materiæ primæ generabilium & corruptibilium sm̄ se, hic determinat de ea in comparatione ad formas substantiales: & ostendit in quo ordine & respectu se habet ad formas quod idem est. circa quod duo facit. Primo ostendit generaliter ꝙ dimensiones interminatæ præcedunt formam vnamquāq; in materia sm̄ indiuiduum, & ꝙ dimensiones terminatæ sequuntur formam in materia. secundo redit specialiter ad declarandum ꝙ dimensiones interminatæ nunquam separantur a materia. ibi. (Et quia inuenit oēs formas.) Prima in duas. primo declarat generaliter ꝙ dimensiones interminatæ præcedunt, secundo ꝙ dimensiones terminatæ sequuntur formam in materia ibi. (Et tamen inuenit in his dimensionibus.) Primo dicit, ꝙ, cū Aris. diuidi formās sm̄ diuisionem subiecti, in quo sunt, diuisio autē substantiæ non debetur nisi per quantitatem, cū ergo subie-

Dimensiones interminatæ præcedūt formas in materia, terminatæ autē sequuntur formam.

G ctum hoc ꝙ est materia sit substantia: & prius naturaliter diuiditur q̄ habeat formam sequitur ꝙ prius naturaliter existunt in hoc subiecto dimensiones tres, quæ dicuntur corpus q̄ forma, & per consequens q̄ aliquid aliorū, quæ sequuntur formam, & ideo dicit absolute, ꝙ primū eorū, quæ existunt in hoc subiecto, sunt dimensiones. Notandum, vt Commē. dicit. 9. Meta. ꝙ in multitudine generabilium & corruptibilium ab vno generante. s. indiuiduorum, est multiplicatio per materiam & diuisio in partes, in quas agens agit, cum ergo formæ non diuidantur nisi per diuisionem materiæ, & materia diuiditur per dimensiones. ergo dimensiones prius adueniunt materiæ q̄ hæc forma vel illa, & etiam dicit. 8. Phy. q. quantitas immediatius adhæret materiæ. Sed obiicitur, quia dimensiones, ex quo sunt accidentia, non habent esse nisi a forma, qa vt dicitur. 7. Met. accidentia non sunt entia nisi quia entis, quare non videtur ꝙ præcedant formā in materia. Ad hoc dicatur, ꝙ dimensiones vt sunt interminatæ debent

H esse materiæ, vt autē sunt terminatæ dn̄r formæ: & ideo dimēsiones sunt in composito terminatæ ratione formæ, interminatæ vero ratione materiæ licet igitur dimensiones non habēt esse extra animam actualiter, put sunt interminatæ, sicut nec materia prima habet esse extra animam sine forma, vt dicit Commē. 12. Meta. essentia tn̄ materiæ est alia ab essentia formæ & cōpositi, sic est de dimensionibus, quia licet sint semper determinatæ in re extra, alia tn̄ est essentia sm̄ q. dimensiones. & vt sunt dimensiones hn̄tes terminos: quia terminum recipiūt a forma, essentia tn̄ dimensionū nunq̄ corrūpitur cū corruptione huius & illius termini: sicut nec essentia materiæ corrumpitur, cū procedit ad hanc formam particularem, & ad illam.

Et, *cum inuenit in his dimensionibus communicari formas omnes, quarum qualibet habet propriam quā*

tacem

201

titatem terminatam, sciuit diuisiones terminatas, vltimo actu non posse esse, nisi postq̃ forma substantialis existit in eo, sicut est dispositio de aliis accidentibus existentibus in actu.

I di secūdo de aīa.c.4 & .3.co.c. 17.72.

Terminatę dimēsiones formam sequuntur.

Ostendit, q̄ dimensiones terminatæ consequuntur formam in materia: & hoc declarat tribus rationibus, quarũ secundam ponit ibi. (Et etiam inuenit) tertiam ibi. (Et etiã accepit signum.) Primo dicit, q̄, cum Arist. inuenit oẽs formas coĩcare in istis dimensionibus, quælibet autẽ forma habet quantitatem terminatam ꝓpriam, manifestum fuit ei, q̄ dimensiones terminatæ non possunt in vltimo actu & perfectione existere in subiecto, nisi postq̃ forma substantialis in eo fuerit, sicut nec alia accidentia in actu perfecto existunt nisi sm formas. Notãdum, vt Comẽ. dicit 6. Phy. q̄ sicut vnaquæq; forma habet qualitates determinatas, ita habet quantitatem determinatam ad minimum & ad maximum: & hoc idem dicitur. 2. de Anima q̄ omnium natura constantium terminus est magnitudinis: & ideo, cum terminus quantitatis sit forma dimensionum, manifestum est, q̄ dimensiones terminatæ sm q̄ actu habent terminos proprios formarum, consequunt formas substantiales in materia. Item notandum q̄ passiones & accidentia de se sunt interminata, vt habetur ex 8. Meta. terminata vero sunt a forma: quia oĩs terminus est a forma, vt dicit Cõm. Tertio Cœ. & Mun.

Et inuenit etiã subiecta omniũ accidẽtiũ indiuidua substantiæ, q̃ sunt in actu, de q̃bus determinatũ fuit ab eo esse cõposita ex formis & subiecto, qđ est in potẽtia.

Declarat hic secundam rationem dicẽs, q̄ subiecta omnium accidentium sunt indiuidua substantiæ, sed dimensiones sunt de numero accidentiũ existentiũ actu in subiecto. ergo subiectum eorum vel subiecta erũt indiuidua substantiæ, sed indiuidua substantiæ sunt cõposita ex materia & forma: ergo dimensiones terminatæ posteriores sunt forma in materia: quia accidẽs est posterius subiecto naturaliter. Notandum est sicut dicit Cõm. 3. de Aĩa q̄ licet forma substantialis & accidentalis in hoc conueniant q̄ sunt in subiecto: differunt tamen, quia forma substãtialis non requirit q̄ præexistat suum subiectũ actu, immo ipsa dat actum essendi: forma vero accidentalis nõ potest existere nisi subiectum sit in actu, quod eam in actu recipit, saltem natura prius, & ita est de dimensionibus terminatis: & hoc est quod dicit Cõm. 7. Met. s. q̄ indiuiduum substantiæ p̄cedit indiuiduum accidentiũ. 8. Phy. & dicit q̄ via substantiæ ad esse p̄cedit natura esse accidentium.

Et accepit etiam signũ ex hoc, q, hoc subiectum recipit accidentia contingentia in eo q, non est simplex, quoniam, si esset simplex actu, non posset recipere accidentia: pati enim contrarium est ipsi actui.

Declarat hoc idem tertio dicens, q̄ signũ etiã ad hoc. s. q̄ dimensiones terminatæ sequantur formam in materia est, q̄ illud subiectum quod habet dimensiones terminatas, requirit accidentia contraria & cõtingẽtia, ita q̄ qñq; vnum, qñq; aliud, modo illud subiectum quod qñq; recipit vnum qñque aliud non est subiectum simplex in actu existens: quia recipere est quoddam pati, illud aũt quod est simplex actus est impassibile. & non est passibile: quia pati contrarium est actui. ergo erit tale subiectum compositũ ex forma, quæ est actus, & materia quæ est in potentia: & ita subiectum dimensionum terminatarum est cõpositum ex materia & forma: quare dimensiones terminatæ sequentur formam substantialem in materia.

Nec denudat prima materia a dimēsionibus interminatis.

Et quia inuenit omnes formas cõmunicari in dimensionibus nõ terminatis, sciuit q; prima materia nunquã denudatur a dimensionibus non terminatis: quoniam si denudaretur, tunc corpus esset ex non corpore, & dimẽ-

A *sio ex non dimensione.*

Descendit ad declarandum specialiter, q̄ dimensiones interminatæ nunquam separãtur a materia: & primo declarat ratione, secundo declarat omnia supradicta sensu, et exemplo ibi. (Et hoc totum contingit.) Circa primũ ponit duas rationes deducentes ad inconuenientia duo secũda ibi. (Et tunc forma corruptibilis.) Primo dicit. q̄ oẽs formæ communicant in dimensionibus non terminatis. nam omnis forma materialis requirit quantitatem & dimensionem: & ideo manifestum est, q̄ materia nunquã denudatur a dimensionibus non terminatis: quia si ita esset q̄ denudaretur ab eis, tunc dimensio fieret ex non dimensionibus, & corpus ex nõ corpore, quod est impossibile, quare sequitur q̄ nõ denudatur ab eis. Notandũ, q̄ sicut dicit Commen. 2. Cœli & Mun. Ex quo aliquid fit ex materia prima, oportet ipsum esse situatum in vniuerso, cuius declaratio sit, quia ex materia non fit aliquid

Dimēsiões interminatę semp adsunt materię.

B & maxime corpus nisi per transmutationem, nihil autẽ transmutat materiam nisi corpus, vt Cõmẽ. dicit. 7. Meta. sed illud, quod transmutatur ab agente corporeo, debet habere situm determinatum in vniuerso, & idem dicit. 4. Physicorum, & Philosophus. 1. de Generatione, corpus agit per contactum: quia si aliquid fit ex materia ipsa debet esse situata in vniuerso, si tamen non haberet situm nõ esset dimensionata: ideo impossibile est aliquid fieri. s. aliquid corpus a materia non dimensionata.

Et tunc formę corporales essent contrarię, & succedentes sibi in hoc subiecto, sicut est dispositio de formis substantialibus.

Ostendit aliam rationem hic. d. q̄, si materia prima denudaretur a dimensionibus interminatis, tunc sequeretur q̄ formæ corruptibiles essent sibiinuicem cõtrariæ & succedẽtes sibi in eodem subiecto; hoc est q̄ corporeitas cõtrariaretur corporeitati, ita q̄ sicut vna forma substantia-

C lis contrariatur alteri saltem per qualitates & dispositiones proprias, & vna corrumpit aliam, sic vna contrarietas corrumperet aliam: hoc autem est falsum: quare sequitur, q̄ materia prima nunquam denudatur a dimensionibus interminatis. Notandum, q̄ corporeitas, quæ est in materia, & forma corporeitatis non opponuntur adinuicem nec contrariæ nec priuatiue. Non opponuntur priuatiue, quia oppositorum priuatiue, si vnũ est perfectũ, reliquum imperfectum, modo, corporeitates non sunt tales inquantum corporeitates. Nec opponuntur etiam cõtrariæ, quia contraria maxime a se inuicem distãt: modo in dimensionibus uel incorporeitatibus non est dare maximum uel minimum, ut apparet Primo Physicorum quare non erit maxima distantia, & per consequens nec contrarietas. ergo dimensiones & corporeitates non corrumpunt se adinuicem, & ita non succedunt sibi inuicem in eodem subiecto. Item quantitates non sunt de genere virtutum actiuarum, vt Commenta. dicit quarto Physicorum. & ita dimensiones non agunt in se inuicem. Ex

D quo ergo materia prima nunq̃ est sine dimensionibus, sicut nec sine formis, & si dimensiones non succedunt formæ substantiali, sequitur q̄ materia prima nunq̃ denudetur a dimensionibus, ut sunt interminatæ, quia termini bene succedunt sibi inuicem, & corrumpuntur: sed dimensiones semper permanent.

Et hoc totum conuenit sensui. Videtur enim q, forma caliditatis quando agit in aquam, incipit aqua augeri & crescere in dimensionibus, & vicinari dimensionibus aeris: cũ igitur peruenerit ad maximã quãtitatẽ aquæ, tunc subiectũ eius denudatur a forma aq̃ & q̃titate dimẽsionũ aq̃ ꝓpria, & recipit formã aeris, et quã-

titatem dimēsionū propriarū formę aeris, & similiter facit contrariū forma frigiditatis, in aere. s. q. dimēsiones aeris non cessant diminui donec expolietur a sua forma & recipiat formam aquę.

Et hoc totum declarat dictum suum exemplo. & primo declarat hoc de dimensionibus terminatis di. ꝙ hoc totum, quod dictum est, insinuatur sensu. nam videmus ꝙ ex aqua fit aer ab agente per caliditatem, & aqua incipit augeri in dimensionibus, & appropinquare dimensionibus aeris, cum autem aqua venerit ad maximā extensionem, quam aqua potest recipere, & tunc vlterius processerit actio agentis, corrumpitur, forma aquae, & subiectum simul denudatur a forma aquae, & a quantitate propria dimensionum aquae, & introducitur forma aeris in quantitate propria, & terminis propriis dimensionum aeris: & sic est agens per formam sufficiens, quando ex aere fit aqua. s. dimensiones aeris continue diminuunt donec subiectum expolietur forma aeris, & introducetur forma aquae cum terminis aquae propriis. Deinde c. d.

Dimensiones autē simplices, quae appellantur corpus simplex, non denudantur a prima materia: sicut nec alia accidentia cōia omnibus corporibus contrariis, aut duobus eorum, aut plus: verbi gratia dyaphanitatē, in qua cōmunicant ignis & aer.

Declarat dictum suum ex dimensionibus interminatis dicens, ꝙ dimensiones simplices, quae appellātur corpus, nūquam separantur a materia prima, & dicit formas has non separari a materia prima, sicut nec alia accidentium, quae sunt communia omnibus formis contrariis, vel aliquibus vel pluribus, quia tunc licet vna forma corrūpatur per aduentum formae contrariae, accidens tamen, qd' est commune ambabus formis, non corrumpitur, vt apparet in dyaphanitate: in qua communicant ignis & aer, quae non corrumpitur quando ex igne fit aer & econuerso, vt apparet primo de Generatione. Notandum, ꝙ sicut dicit Commen. Secundo de Anima ignis habet raritatem maximam, deinde aer, postea aqua: ita ꝙ ignis est finis raritatis, sed cum raritate sua est latitudo ad maius & minus: ita ꝙ, si ex eo fit aqua vel aer, potest fieri minus rarus & magis, & sic tota trāsmutatio fit in dimensionibus propinquis ignis, vsque ad finem transmutationis quando corrumpitur forma ignis & introducitur forma aeris vel aquae: ita ꝙ materia semper est sub dimēsionibus, sed non est semper sub eisdem terminis dimensionum. Nota, ꝙ ista successio non fit in forma substantiali, sed magis in dimensionibus & qualitatibus formarum substantialium, & hoc est quod Commen. dicit Secundo & sexto Physico. ꝙ forma indiuisibilis transmutationis non est in rebus diuisibilibus Primo Physicorum etiam dicit, ꝙ in spermate apud generationem hominis non cessant partes spermatis recedere & partes hominis fieri, donec forma humana perficiatur: si forma recipit partitionem. Si autē non, illud necessario sequitur in actibus, propriis formae generatae, & hoc vltimum est verum, sicut dicit ipse postea secundo, & sexto Physico. Item nota, ꝙ in generatione substantiali qualitas symbola non corrumpitur. sed contraria corrumpuntur, vt vult Philosophus Primo de Generatione & ideo dicit in Secundo eiusdem, ꝙ in habentibus symbolum facilior est transitus, verbi gratia sicut dicit Cōment. in eodem secundo, quando ex aere fit ignis, caliditas, quae est qualitas communis vtrique, non corrumpitur, sed magis intenditur &c.

Hŭiŭ symbolū facilior est trāsitus q̄ nō habētium.

Et quia illa forma. s. forma dimensionis non terminatę existit in prima materia primitus, & succedit sibi in ea, cum sit impossibile hoc subiectum recipere duas

B *earum inexistentia terminatę quantitatis, ideo impossibile est a subiecto denudare formā, vel subiectū denudari a forma, nisi per formę destructionem. Nec est etiam possibile ipsam fieri in subiecto, nisi per agens extrahens illam de potentia in actu. Vnde necesse est has formas esse contrarias, adeo q. altera corrumpet suā contrariam, & subiectum reciperet formā similē.*

Postq̄ auctor determinauit de natura materiae generabilium & corruptibilium, hic determinat de natura formae ipsorum, circa quod duo facit, quia primo facit qd' dictum est, secundo ex his, quae determinata sunt de natura materiae & formae generabilium & corruptibilium cōcludit causas generationis & corruptionis ibi. (Declaratū est igitur.) Adhuc prima in duas: quia primo determinat de natura formae, secundo ex hoc infert duas cōclusiones

De natura Formae generabiliū & corruptibilium.

F ibi. (Vnde formae elementorum.) Primo dicit ꝙ ista forma interminatae dimensionis. i. dimēsiones interminatae, quae appellantur ab aliquibus formae corporeitatis, existunt primo in materia prima, dimensiones autem terminatae succedunt sibi inuicem in materia, cum impossibile sit formas substantiales, quae habent proprios terminos & distinctos suarum quantitatum simul existere in eadē portione materiae: ideo impossibile est vnam formā substantialē denudari a subiecto, vel subiectū denudari a forma substantiali, nisi per corruptionem formae illius, cum qua ibi introducitur. nec etiā possibile est fieri in hoc subiecto nisi per agens extrahens illam de potentia in actum: & ideo necesse est formas substantiales esse contrarias, ita ꝙ altera corrumpit alteram cui succedit, vel agens generans vnam formam corrumpit aliam prius existentem, & tunc subiectum recipit formam similem. s. ipsi agenti. Notandum est, ꝙ in materia prima sunt simul diuersae formae ꝓpter hoc, ꝙ in ipsa materia naturaliter prius existunt dimensiones, mediantibus quibus diuiditur & reci-

G pit in diuersis partibus suis diuersas formas, sed in eadem portione materiae nunq̄ simul existunt diuersae formae substantiales, sed successiue s. mō vna, modo alia: & hoc ideo, quia vna contrariatur alteri, & corrumpit eam, sed subiectum est cōmune ad omnes vt infra patebit. Itē nota, ꝙ forma contraria nō fit de nouo nisi per nouā actionem & dispositionem agentis contrarii: quae erat in potētia actiua, & etiam in materia in potentia passiua: & hoc est quod Cōmē. dicit. 12. Met. ꝙ oēs formae, quae sunt in materia prima in potentia passiua, sunt in motore primo in potentia actiua. Itē dicit Com. ꝙ necesse est, ꝙ istae formae sint contrariae, vt patet primo de Gene. generatio & corruptio sunt simul natura & contraria: quia generatio vnius est corruptio alterius: & ideo per eandem actionē, per quam agens corrumpit vnam formam, generat aliā: & econuerso. Quod non aduertunt dicentes in omni generatione simpli semper oportet fieri resolutionē ad materiam primam, ita ꝙ oia accidentia, q̄ prius fuerant corrūpantur simplr, & alia de nouo sm totū fiant: quia tunc

H generatio vnius non esset corruptio alterius, sed motus essent distincti.

Vnde formę elementorum sunt contrarię. & ideo dicuntur passiua quodammodo esse contraria, & quodammodo esse similia.

Infert duas cōclusiones. secūdā ibi. (Vn̄ si aliqua.) Prio dicit, ꝙ ex hoc apparet ꝙ formae elntorū sunt contrariae, q̄a mutuo se corrumpunt: & ideo passiua quodāmō dn̄r cōtraria esse, & quodāmō silia: nā passiua sunt in pricipio ꝯtraria agēti, in fine vero silia, vt apparet. 1. de Gene. & . 7. Met. Notādū, vt scribit. 12. Met. q. ꝯtraria dn̄r, q̄ maxie distāt sm ꝓprias q̄litates & nō solū sm magis & minus, & iō, cū Ale. credidit q̄litates pr. as eē foras elntorū, dixit elnta subālr eē ꝯtraria adiuicē, ut patet. 2. de ge. & . 4. Meteororum,

Elementorum formae sunt contrariae mouentque agēr & patiuntur.

rorum: sed hoc non est verum de formis substantialibus, quia substantiæ nihil est contrarium, sed, si accipiantur cōtraria impropriè & large secundum perfectum & imperfectum, tunc elementa vt sic bene sunt contraria, & mutuo actiua & passiua per qualitates proprias: vt apparet Primo de Generatione capitulo de actiuis & passiuis.

Vnde, si aliqua corpora simplicia sunt, quorū forma caret contrariis, contingit q, illę formę sint nec generabiles, nec corruptibiles, nec hn̄tes subiectū cōe.

Infert secundam conclusionem dicens, q, si sint aliqua corpora simplicia, quorum formæ carent contrariis, huiusmodi formas non esse generabiles & corruptibiles, nec habere subiectum cōmune contrariis, vt sunt formæ cœlestes. Notandum, q generatio vel corruptio, vel natura generabilis vel corruptibilis non sunt vbi non est contrarietas vel subiectum cōmune, vt patet ex libro de Longitudine & Breuitate vitæ: quia natura non ponit actiuū sine passiuo, nec econuerso: quia si sic, tunc aliquid fecisset ociosum & frustra: sed Deus & natura nihil faciunt frustra, vt dicitur in Primo Coeli. &c.

Declaratum est igitur, q, causa corruptionis entiū & factionis eorum est contrarietas existens in suis formis, & cōmune subiectum, quod nullā habet propriā formam sed est potentia recipiens numerum secundū formas diuersas in specie, & numerum secundum formas diuersas nūero, & quę fit secūdū maius & minus.

Ex omnibus præcedentibus cōcludit cās generationis & corruptionis istorū inferiorū. & primo facit hoc, secundo ex hoc dicit quādam cōclusionē aliā. ibi (Et qa istud,) Adhuc circa primū duo facit, prio ex dictis cōcludit cās generationis. secūdo ex dictis oñdit qūo prædicta cōclusio infert ibi. (Et causa huius totius.) Primo dicit, q ex pdictis declaratū est. i. pōt cōcludi ex dictis, q causa corruptionis entiū & factionis. i. gñonis ipsorū est duplex. s. cōtrarietas, q̄ est inter formas substantiales, & subiectū, qđ est cōmune oibus formis. i. materia prima, q̄ est in potentia ad oēs formas nullā hn̄s de se, sed est recipiens numerū ſm diuersas formas numero & specie, & ſm diuersas formas ſm magis & minus. i. q ipsa mā prima est recipiens numerū per formas diuersas ſm magis perfectū & minus perfectū, cuiusmodi sunt formæ simpliciū & mixtorū.

*Et causa huius totius est, quia hoc subiectum recipit primitus dimensiones recipientes dimensionem terminatam: & quia est multum in potentia: quoniā, si nō haberet dimensionē, non reciperet insimul formas diuersas numero, nec formas diuersas specie * sed in eodē tēpore non inuenitur nisi vna forma. & cū hoc, q, eius materia est vna numero, si non esset multa in potentia, non denudaretur ab illa vna forma, quam reciperet, & esset forma in substantia illius subiecti, & istud subiectū eēt īpossibile, vt denudaret' a sua forma oīno, aut corrūperetur illa forma, & fieret alia forma.*

* ō. L. addit, nisi in temporibus diversis

Ostendit qūo illud sequitur dicens, q causa huius. s. q hoc subiectū est in potētia recipiēs formas diuersas in numero & spē, est quia illud subm. s. mā prima recipit dimēsiones interminatas, q̄ sunt in potētia ad diuersos terminos & sunt recipiētes dimēsiones terminatas. Per has autem dimensiones interminatas est subiectum multum in potentia. Cuius ratio est, quia si non haberet dimensiones, quibus divideretur, non posset simul recipere diuersas formas nec specie, nec numero, nisi in diuersis temporibus successiue, sed in eodem tempore non esset nisi vna forma in tota materia, quia materia secundum se est vna numero, & si non haberet dimensiones nō posset diuidi: ex quo sequeretur q, non esset multa in potentia, nec denudaretur ab illa forma. quam post reciperet, & tunc forma illa esset in substantia illius subiecti. i. esset de essentia eius: ita q esset impossibile denudari ab illa forma omnino: quare illa forma nunquam corrumperetur, nec alia generaretur. Ex quo apparet q per dimensiones interminatas materia prima est multum in potentia.

A

Ad intellectum huius nota q Commentator dicit q, materia prima est vna numero, & etiam Philosophus in multis locis, Commen. 7. Meta. ostendit quomodo materia prima est vna numero: & quomodo vnum numero pōt inueniri in pluribus. s. illud quod est in potentia, & tale dicitur vnum numero per priuationem differentiarū indiuidualium, per quas differunt singula ab inuicem, & per priuationem etiam formæ, per quam res etiam dicit esse vna numero, & ex hoc etiam quia caret forma quæ dicitur cōmunis omnibus formis, non igitur est idem numero ex hoc, sed quia caret differentiis formarum indiuidualium, ex hoc autem est communis pluribus, quia nullam formam habet in actu: & sic materia prima est communis omnibus formis ſm q est solum in potentia, ita q cōicatio materiæ primæ cum omnibus formis non intelligitur nisi per priuationem omnium formarum indiuidualium, & ita ista communicatio est pura priuatio. sed materia prima cum sit quoddam ens extra animam: quia est subiectum indiuisibile sensibilis, non habet esse extra animam ſm q habet medium, sed est extra animam ſm q. sentitur sub formis & passionibus, intelligitur autem essentia per priuationem omnium formarum, & hæc est vera imaginatio materiæ primæ, vt idem dicit Cōment.

Quomodo materia prima est una nūero y priuatione formarū indiuidualium.

B

Et, quia istud subiectum non recipit multas formas insimul, vel successiue, nisi ex hoc q, recipit dimensiones tres primitus, manifestū est q, si subiectū aliqđ sit quod non recipit nisi vnam formā semper, & eius subiectum est vnum numero simpliciter. & quod multitudo non est in eo omnino, nec potentia in actu, & q, non diuidit' secūdū formā, nec forma per eius diuisionē.

Subm unū formā recipiēs est simpliciter unū, nulli[us] actu uel potētia multitudinē admittens.

C

Ex præcedenti autem quæstione elicit quandam aliam cōclusionem. circa q, duo facit: primo facit quod dictum est, secundo ostendit quomodo dicta conclusio sequitur ex prædictis. ibi. (Et causa in hoc.) Primo dicit q idem subiectum, quod est materia prima, nō recipit multas formas simul: ideo propter hoc non recipit dimēsiones tres, scilicet interminatas: igitur est manifestū si sit aliquid subiectum, quod non recipit nisi vnam formam, quæ semp est in eo, tale subiectum est simpliciter vnum in numero, scilicet in actu & in potentia, ita q. non est aliqua multitudo nec actu, nec potentia, nec diuiditur tale subiectū per formas: nec forma eius diuiditur ſm eius dimensiones.

Et causa in hoc est, quia non recipit quantitatē primo ante receptionem formarum, quia, si reciperet, esset diuisibile secundum formam, & forma diuisibilis secundum eius dimensiones, scilicet secundum diuisionem subiecti: & finiti essent actus secundum finitatē illius quantitatis: & esset possibile in ea formam recipere maius & minus, & partem & totum.

D

Dat cām huius qōnis, uel oñdit qūo infert ex dictis. & primo facit hoc. secūdo oñdit cōuersam istius ibi. (Si igit aliqua forma est.) Primo dicit, q cā huius. s. q illud subiectū, quod nō recipit nisi vnā formā, est vnū simplr nullā hn̄s multitudinē nec actu nec potētia ē diuisibile ſm forās, ota cā est, qa nō recipit q̄ntatē, post āc receptionē forarū

recipit diuisionem. nam, si reciperet quantitatem prius naturaliter, tunc illud subiectum esset diuisibile secũdum formam: quia ex hoc haberet per quod diuideretur .s. quantitatem: & in diuersis partibus eius possent recipi diuersæ formæ in specie: & sic est illud subiectum diuideretur per formas: forma etiam diuisibilis esset secundum diuisionẽ eius, quia in diuersis partibus eius posset recipi forma eadem ſm speciem: & sic diuideretur forma ſm diuisionem subiecti. Adhuc etiam, cum forma introducitur in subiecto dimensionato eadem forma indiuidualis extenderet ſm extensionem subiecti: & sic actus essent limitati & finiti ſm finitatem quantitatis subiecti: ex quo sequeretur, q̃ talis forma posset recipere magis & minus, ita q̃, in maiori corpore esset maiori saltem ſm virtutem: & in minori minor etiam haberent partem & totum: quia esset diuisibilis ſm diuisionem subiecti. Notandum, q̃, sicut apparet secũdo & quarto Met. in vnoquoque genere est dare primum, quod sit causa illorum in illo genere: & etiam in genere diuisibilium est dare vnũ principium. & sic cũ quantitati & substantiæ debetur diuisio, quantitati debetur primo & per se, substantiæ vero per accidens: quia p̃ quantitatem, vt apparet sexto Physicorum &. 1. a Com.

Diuisio quantitatis primo & per se conuenit

Si igitur aliqua forma est, quę non recipit magis & minus, neque diuiditur per diuisionem sui subiecti, nec subiectum diuiditur per diuisionem formę. s. per eius diuersitatem, manifestum est, q̃, in subiecto istius formæ non existunt dimensiones primitus, sed postq̃ formę existit. Et intelligo post secundũ esse, non post secũdum tempus, sicut est dispositio in omnibus accidẽtibus in prima materia, scilicet q̃, non inueniuntur in ea, nisi secundum q̃, habet formam existentem in actu.

Ostendit cõsequentiam dictæ conclusionis dicens: q̃, si est aliqua forma, quæ non recipit magis & minus, ita supple, q̃ non diuidatur per diuisionem sui subiecti nec suum subiectum diuiditur per formas diuersas specie vel numero, manifestum est, q̃, in subiecto talis formæ non existunt dimensiones primitus i. prius q̃ forma substantialis in eo existit. Et subdit ad intellectum huius, quod dicit, postq̃ est forma: & dicit, q̃ intelligit q̃ dimẽsiones existunt in tali subiecto: postq̃ forma substantialis extiterit in eo post ſm esse, id est secundum naturam, non post secundum tempus: sicut est dispositio in omnibus accidentibus existentibus in prima materia. s. q̃ non inueniuntur in ea, scilicet in actu, nisi ſm q̃ habet formam existentẽ in actu. Sicut igitur materia, in qua dimensiones naturaliter præcedunt hanc formam substantialem & illam, est multa in potentia: & forma in ea est ſm diuisionem subiecti, sic a destructione consequentis, sic aliqua forma nõ diuidit diuisionem subiecti, nec subiectum per formas, tale subiectum non recipit prius naturaliter dimẽsiones, q̃ formas, nec formas per dimensiones, sed magis econuerso dimensiones recipiunt per formas. Notandum est, q̃ sicut dicit Commen. 4. Cœ. & Mun. agens transmutans ad formam substantialem transmutat ad accidentia propria formæ. s. ad quantitatem propriam & qualitatem simul tempore, sed nõ simul natura. nam causa prior est natura simpliciter suo effectu, licet non sit prior tempore &c.

Vnde putauit Auicenna, q̃, dispositio trium dimensionum existentium in materia simpliciter. s. non terminatarum est dispõ dimẽsionum terminatarum in ea, quapropter dixit necesse est primam formam existere in prima materia, anteq̃ dimensiones existant in ea.

Postq̃ Commentator declarauit naturam materiæ & formæ generabilium & corruptibilium, hic excludit cir-

B ca hoc errorem Auicen. & primo ponit errorem, secũdo excludit ibi. (Ex quo accidunt.) Dictum est prius, q̃, dimensiones terminatæ sequũtur formam in materia: quia prima accidentia nunq̃ inueniuntur in actu perfecto in materia nisi postq̃ forma substãtialis fuerit in ea. dicit modo, q̃, Auicẽ. ideo putauit q̃, dimensiones simpliciter. s. dimensiones interminatæ, quæ existunt in materia, existũt in ea sicut dimensiones terminatæ. s. post aliquam formã communem: & ideo dixit Auicẽ. q̃ necesse est primam formam existere in prima materia anteq̃ dimẽsiones existant in ea. Notandum est hic, q̃ sicut apparet ex primo tractatu sufficientiæ, Auicẽ. capi. secundo: opinio Auicẽ. fuit, q̃ in materia prima sit forma corporeitatis, per quã formam insunt in materia prima tres dimẽsiones. istæ autem tres dimensiones variabiles sunt ſm veritatem substantialium formarum. sicut cera, cum inter digitos multiplicatur, inuoluitur, & complicatur, multas figuras recipit, ipsa tamen semper manet corpus per formam corporeitatis cõem omnibus illis figuris: & ita dicebat in mate-

Opio Aui. Forma corporeitatis in materia præcedit alias oẽs formas

F ria prima esse corpus, per quã formam cõem consequuntur dimẽsiones interminatæ, hæc autem corporeitas ſm se vacua est ab hac forma in actu, & ab illa. & sicut eius aptitudo est recipiendi formas specificas cohærentes ei, sic aptitudo eius recipiendi formas specificas est duplex, scilicet vniuersalis & propria. vniuersalis est ſm q̃ considera tur ipsa corporeitas absolute, vt cõmunis est omnibus. Propria vero, vt ista corporeitas p̃ aliquas dispositiones appropriatur quibusdam formis & non aliis, & ita corpus in eo q̃, corpus habet hoc principaliter, supple vlẽ, & formam corporeitatis: hæc fuit Auicẽnæ opinio.

Ex quo accidunt ei multa impossibilia. quorum primum est, formam non diuidi per diuisionem materię, quapropter non recipit: diuisionem. & ipsam esse ęternam non diuisibilem per diuisionem sui subiecti. & ipsam non habere contrarium succedens sibi in eodẽ subiecto, quod si ita esset, tunc materia nullã reciperet formam pręter istam sibi propriam.

G

Excludit istam opinionem dicens, q̃ ex ista opinione Auicẽ. accidunt multa inconuenientia. & ponit quatuor inconuenientia, quæ ad eam sequuntur. Vnum, q̃ illa forma, quæ præcedit dimensiones, non diuiditur ſm diuisionem materiæ, & sic nullo modo diuiditur: quia sicut apparet ex Primo Phy. diuisio non debet alicui nisi per quãtitatem primo: ex quo igitur forma corporeitatis naturaliter præcedit dimensiones & quãtitatem, & ipsa forma ſm se non diuiditur, nec materia in qua forma recipit similiter ſm se diuiditur. Ex quo sequitur impossibile q̃ ſm ipsa forma sit æterna. nam ex quo non extẽditur ſm extensionem subiecti, nec diuiditur, nec subiectum per eã diuiditur nec extenditur, sequitur q̃ non corrumpit: quia non patitur, ex quo secundum ipsum non extendit. Ex quo etiam sequitur tertium inconueniens. s. q̃, illa forma non habeat contrarium succedens sibi in subiecto, eo q̃

Opio Aui. est impossibilis.

H posset pati per subiectum: & hæc sunt absurda. sup. q̃ esset aliqua forma materialis istorum inferiorum, quæ non diuideret diuisione subiecti, & esset æterna, non hñs contrarium succedens sibi in subiecto. Addit etiam quartũ inconueniẽs. si ita esset. s. q̃, materia nullã aliã formã reciperet habendo illam sibi propriam. nam ex quo illa forma esset substantialis, quam sequerentur accidentia seu dimensiones daret, ipsi materiæ aliquẽ actum essendi & cõplete: & ideo aliam formã non appeteret nec reciperet, saltẽ ad essendum in actu, sed si reciperet, hoc esset p̃p nobilius enã & tunc mã reperiret uel posset reperiri in actu reali sine omni forma specifica: cui⁹ oppositũ Phs declarat. 1. de Gñone. Notandũ, q̃ ex hoc, quod dicit Cõm. non est intelligẽdum, q̃ dimẽsiones interminatæ p̃cedunt in esse actuali simplr oẽm formã: quia nec ipa materia ita simplr

p̃cedit

præcedit formam, sed dimensiones absolutæ cum sint ex parte materiæ communes, sunt omnibus formis: & ideo præcedunt hanc formam vel illam: sm vero q habet determinatam quantitatem, eo q. istos terminos habent a formis propriis, vt sic sequuntur formas proprias, vt supra declaratum est.

A

Cum igitur fuerint declarata ab Arist. ista ppria rebus generabilibus & corruptibilibus ex parte subiecti, & ex parte formę, ex quibus accidit istis entibus sensibilibus generatio & corruptio. s. indiuiduis existentibus per se, & fuit declaratum etiam de corporibus cælestibus, ipsa esse nec generabilia nec corruptibilia, negauit ea habere subiectum recipiens numerum & diuisionem per existentiam simplicium dimensionum in eo primo ante existentiam formæ, & ipsum esse in potentia multa, & vnum numero. Et negauit formas corporum cælestium diuidi per diuisionem sui subiecti, & esse finitarum actionum per finitatem eorum corporum, quoniam potentia totius in formis diuisibilibus per diuisionem sui subiecti est maior q̃ potentia partis.

Subiectum corporum cælestium alterius rõnis est a materia corruptibiliũ & gñabiliũ prio cont. a Te 124 vsq in finẽ

B

Ostendit modo quæ & qualis sit materia corporum cœlestium. & primo facit hoc, secundo concludit intentionem huius capituli determinatam. ibi (Declaratum est in fine huius lib.) circa primum duo facit: quia primo ostendit generaliter qualis est materia & forma cœlestium corporum per negationem eorum, quæ sunt propria generabilibus & corruptibilibus. secundo hoc idem declarat p ea quæ sunt propria ipsis corporibus cœlestibus ibi. (Nã si formæ eorum existerent in materia.) Primo dicit: q, cum fuerit declaratum ab Aristo. ea quæ supra dicta sunt esse propria generabilibus & corruptibilibus tam ex parte materiæ, q̃, ex parte formæ, ex quibus cõtingit istis generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio: & fuit etiam declaratum corpora cœlestia non esse generabilia & corruptibilia, igitur negauit illa propria esse in corporibus cœlestibus. Et subdit recapitulando illa propria, quæ supradicta sunt. s. negauit corpora cœlestia habere subiectum recipiens numerum. i. diuisionem, p hoc, q, non existunt in eo dimensiones simplices. s. interminatæ prius ante illam formam substantialem: & hoc est, q. subiectum corporum cœlestium non est diuisibile sicut materia generabilium: quia non existunt in eo primitus dimensiones interminatæ, quibus fiat diuisibile ante receptionem formæ, & per consequens non est multũ in potentia. sed est vnum numero, negauit etiam formas corporum cœlestium diuidi per diuisionem subiecti ex hoc, q ipsum non habet, per quod diuidatur ante susceptionẽ formæ naturaliter: negauit etiam ex eodem formas corporum cœlestium esse finitarum actionum per finitatem suorum subiectorum: potentia enim totius est maior potentia partis, & ita finitantur formæ per finitatem subiectorum, & vniuersaliter videtur sic arguere, Subiectum, in quo primo existunt dimensiones simplices, quæ sunt potentia ad diuersos terminos, mediantibus quibus dimensionibus recepit formas substãtiales, tale subiectum est multa potentia, & ex hoc est subiectum generationis & corruptionis ergo quod non est tale non recipit primo dimensiones simplices & cætera. Notandum est; vt dicitur in procemio de Anima, accidentia magnam partem conferunt &c. cum igitur in corporibus cœlestibus vt in istis inferioribus reperiantur diuersimode dimensiones & alia accidentia, ex diuersitate accidentium arguitur rationabiliter alia & alia natura tam formæ quàm materiæ.

Accidẽtia ꝓpria n aĩa ꝑ notitiã conferunt.

Nam, si formæ eorum existent in materia dimensionibus mediantibus, tunc potentiæ eorum essent finitæ propter hoc, q, diuiduntur per diuisionem sui subiecti. Cum igitur inuenit eorum actiones esse infinitas, conclusit eorum formas non existere in subiecto mediãtibus dimensionibus. s. eas non esse potentias in corporibus, & demonstrauit ex diuersitate potentię totius & partis in formis diuisibilibus per diuisionem sui subiecti, impossibile est. n. potentiam infinitam esse in corpore finito, quę agat actionem infinitam, aut potentiam finitam in corpore infinito. & cum figebatur in istis proportionibus inuenit potentias cælestes agere actionem infinitam, conclusit mediantibus dimensionibus has virtutes non esse in corpore omnino, nec habere materiam recipientem eas mediantibus dimensionibus. nec materiam multam in potentiam, nec recipere magnum & paruum, nec habere contrarium. & totum hoc sequitur ex hoc, q, formę eorum agunt actionem infinitam, & est omne hoc probatum in Naturali Philosophia.

Formæ cœlestiũ corporũ indiuisibiles sunt, & infinitæ, nec recipiuntur i materia dimẽsionib⁹ affecta, si cut inferiorũ formæ.

Ostendit naturam corporum cœlestium per ea, quæ sunt propria ipsis corporibus cœlestibus: & primo ostendit formas cœlestes non diuidi per diuisionem suorum subiectorum, nec sua subiecta recipere formas mediantibus dimensionibus, & per consequens non recipiunt primo dimensiones. Secũdo ostẽdit quomodo eas recipiũt, ibi. (Et quia manifestum est sensui.) prima in duas, secundum q, duabus rationibus probat corpora cœlestia non recipere formam mediantibus dimensionibus, nec habere materiam multum in potentia ibi. (Et quum perscrutatus.) Primo dicit, quod dictum est, q formæ cœlestes non existent in materia per dimensiones præcedentes. quia si sic esset. tunc earum potentiæ essent finitæ. i. finitæ virtutis, & finitæ actionis, eo q diuiderentur secundum diuisionem suorum subiectorum. cum ergo actiones formarum cœlestium sint infinitæ in duratione, concluditur ipsas non esse in subiecto mediantibus dimensionibus: & ita non sunt potentiæ in corporibus, nec formæ materiales: & hoc demonstratur secundum Aristote. ex diuersitate totius & partis, quæ est in formis diuisibilibus per diuisionem suorum subiectorum. nam impossibile est, q, in corpore finito existat potẽtia corporea, quæ agat actionem infinitam vel econuerso. ex quo enim diuiditur sm diuisionem subiecti, necesse est ipsam finitari vel infinitari secundum finitationem vel infinitationem subiectorum. Et subdit, q, cum Aristo. figebatur in istis propositionibus sic euidentibus, & vidit potentias vel formas cœlestes agere actionem infinitam, concludit istas virtutes nõ esse in corpore, nec habere materiam recipientem eas præcedentibus dimensionibus: ex quo sequitur, q. non habent materiam multum in potentia, nec ipsæ recipiunt magnum & paruum, idest non extenduntur secundum intentionem subiecti, ita q in maiori parte subiecti sit maior pars virtutis, & in minori minor. nec etiam istæ formæ habent contrarium, quia nõ sunt passibiles, ex quo non subsistunt in subiecto. Et omnia illa sequuntur ex hoc, q. istæ formæ agunt actione infinita, vt declaratum est in Naturalium Philosophia, scilicet in. 7. Physicorum. & syllogismus istius rationis potest sic formari, ille motor vel illa forma non diuiditur diuisione sui subiecti, vel mouetur, quæ agit per tempus infinitum: motores Cœli vel formæ sunt huiusmodi: ergo &c. Item notandum, q, formæ, naturales diuiduntur diuisione subiecti sui, vt albe-

C

D

Formæ sub iectis extenduntur extensione sub iecti.

do, quæ est in pariete, diuiditur per diuisionem parietis: & de talibus virtutibus semper est verum; quod est maior in maiori corpore, & minor in minori cæteris parib⁹, vt probatur Octauo Physico. Item notandum, ꝙ sicut probatur in Octauo Physico, impossibile est potentiam infinitam vel virtutem existere in corpore, ita vt sit in materia. quia, cum nullum corpus possit esse infinitū, vt probatur Tertio Physico. & Primo Cœli & Mundi, & potentia vel virtus in corpore extenditur extensione corporis, consequitur omnem virtutem corpoream eē finitam, & sic non agit per tempus finitum: quod igitur agit per tempus infinitum non existit in corpore.

Te.c.20. 22.inde.

Et cum perscrutatus est de natura istorum corporū in Primo Cęli & Mundi, fuit declaratum ipsa esse simplicia, ex hoc, q. motus eorū sunt simplices, & q. natura eorum nec grauis, nec leuis, idest natura non innata disponi per grauitatem & leuitatem: &, fuit declaratū ei, q. corpora grauia & leuia sunt contraria, quia motus eorum sunt contrarii: amplius, & q. motus corporū cęlestium non habent contraria: conclusit hæc corpora esse ingenerabilia & incorruptibilia, & ipsa non habere subiectum recipiens dimensiones prima receptione, ita q. suæ formæ diuidantur per diuisionem sui subiecti, & hoc intendit cum dixit in Primo Cęli & Mundi, q. formæ horum corporum carent cōtrario & subiecto, quemadmodum conclusit hoc idem ex hoc, q. motus eorum a principiis, quæ sunt in eis, sunt infiniti.

2 ad idem ratio.

Hic ponit secundam rationem ad hoc dicens, q. cum Aristo. fuit perscrutatus de natura corporum cœlestium in primo Cœli & Mun. fuit manifestum ista corpora esse simplicia per hoc, ꝙ motus eorum sunt simplices, & etiā, ꝙ eorum natura non est grauis, nec leuis. Et fuit ei manifestum corpora grauia & leuia esse contraria, per hoc, q. motus eorum sunt contrarii: & quia motus corporū cœlestium non habet contrarium, igitur fuit ei manifestum, ipsa corpora cœlestia non habere contrarium. quod autē non habet contrarium, est ingenerabile & incorruptibile: & ideo concludit corpora cœlestia esse ingenerabilia, & incorruptibilia. ipsa etiam non habere subiectum, quod primo recipiat dimensiones, mediantibus quibus recipiat formas substantiales, ita ꝙ eorum formæ diuidantur diuisione subiecti, ac si sic argueret, illud quod non habet cōtrarium, nec est generabile nec corruptibile est: cui⁹ subiectum non recipit primo dimensiones, ita ꝙ sua forma diuidatur per diuisionem sui subiecti: sed cœlum est huiusmodi. ergo &c. Hoc est q. intendebat Philosophus Primo Cœli & Mun. cum dixit, ꝙ formæ istorum corporum non habent contrarium, & carent contrario vel subiecto: & ex hoc volebat concludere eandem cōclusionē, quā concludit Octauo Phy. ex infinitate actionis. Nota, q. in corporibus simplicibus motus arguit naturā: quia sicut in mixtis operatio arguit formam. & transmutatio materiam, & in cœlestibus motus facit scire naturā, quia alius & alius motus arguit aliam & aliam naturam, & primus motus primam naturam. ideo Aris. Primo Cœli & Mundi ex natura motus circularis, quia est alius a motu rectorum, quia est primus inter alios & simplicissimus non habens contrarium, arguit naturam aliam corporū cœlestium a naturis istorum inferiorum priorem & simpliciorem & sine contrario & corruptione.

Et, quia manifestum est sensui, q. corpora cęlestia recipiunt dimensiones, & terminatas secundum suas

E *formas, nec recipere possunt formas mediantibus dimēsionibus interminatis, sicut est dispositio de formis generabilibus & corruptibilibus, necesse est ea recipere dimensiones tali modo, ex quo non contingit formas eorū esse generabiles & corruptibiles: quod est quia materia eorum recipit dimensiones prima receptione mediātibus suis formis, & non recipit formas mediantibus dimensionibus existentibus in eis in potentia, scilicet non terminatis, sicut est dispositio in dimensionibus, quæ sunt in prima materia cum forma istius materię, sed dimensiones, quę sunt in materia cœlesti, sunt propriū propriorum eius.*

F Ostendit quomodo corpora cœlestia recipiunt dimensiones, & est impossibile recipere dimēsiones terminatas nisi per suas formas ita probatum est iam ꝙ non recipiūt formas mediantibus dimēsionibus interminatis: sicut faciunt generabilia. ergo necesse est ipsa corpora cœlestia recipere dimensiones tali modo, ex quo non conuenit eorum formas esse generabiles & corruptibiles: & statim subdit istum modum dicendi. ꝙ materia cœlestis recipit dimensiones suas prima receptione mediantibus suis formis, & non recipit formas mediantibus dimensionibus non terminatis. i. q. in cœlestibus corporibus dimensiones non præcedunt naturaliter suas formas, nec terminatæ, nec interminatæ sicut est dispō in dimēsionibus. s. interminatis, q̄ sunt in materia prima, quæ præcedūt naturaliter vnamquāq; formam ipsius materiæ, sed dimēsiones; quæ sunt in materia cœlesti, sunt proprium propriorum eius. i. sed est dicendum ꝙ dimensiones cœli simpliciter sunt sicut accidentia proprie propria, quæ consequuntur formas in materia. Notandum, ꝙ sicut Commenta. scribit circa secundum Cœli & Mundi in natura cœlesti G est simile formæ naturali & formæ abstractæ. assimilatur enim forma cœlestis formæ naturali, eo ꝙ ipsa dat corpori suo motum circulare, & ita est in corpore quod mouetur per ipsam. Sed assimilatur formæ abstractæ, quia forma talis non diuiditur per diuisionem subiecti in quo est, propter quod non dicitur habere subiectum nec contrarium, & ipsa materia cœlestis recipit formam cœlestem et adunatur cum ea sine aliquo, ad cuius adunationem naturaliter consequuntur dimensiones corporales, sicut & alia accidentia, quæ in eo inueniuntur, & ideo forma & formatum in eo sunt idem numero, verūtamen non sunt in cœlo, forma & formatum idem numero ita perfectæ, sicut in formis abstractis recipiens & receptum, intelligens & intellectum, & causa huius adunationis inter formam cœlestem & materiam suam est, quia forma non cohæret materiæ suæ mediantibus dimensionibus, sicut formæ generabiles & corruptibiles, & ideo ista natura cœlestis differt ab aliis formis. Et ex hoc sequitur etiam. vt subdit ibi Commenta. ꝙ istæ formæ non diuiduntur diuisione H corporis, sicut intellectus, & ideo secundum naturam sunt intelligibilia & animata. Notandum, ꝙ dimensiones, quæ sunt in materia prima, sunt in potentia ad multas figuras & terminos, quia, vt sunt interminatæ nō habent esse a forma, sed magis sunt ex parte materiæ, dimensiones vero cœlestes non sunt in potentia ad plures figuras, aut terminos, quia totum suum esse est naturaliter post formam. Ideo Commentator. in Primo Cœl. & Mun. dicit, ꝙ esse elementorum propinquius est ad esse materiæ q̄ ad esse formæ, corpus autem cœleste econtrario, nam suum esse propinquius est formæ, & ex hoc est, ꝙ cœlum non potest habere maiorem quantitatem vel minorem, quia potest finitas inueniri in rebus per formas, & illud dicit Commentator. circa, quarto Cœli & Mundi.

Et, cum fuerit declaratum ei de corporibus cœleſtibus eorum formas exiſtere in ſubiectis ſuis tali exiſtentia quod ſcilicet non diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti: & quod cauſa in hoc eſt, quia non exiſtunt in ſubiectis, ſecundū quod ſunt diuiſibilia, fuit declaratū ei, quod iſtę formæ non conſtituuntur per ſubiectum: immo ſunt abſtractæ in eſſe, quoniam, cum exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuiduntur per diuiſionem eius, contingit quod non conſtituuntur per ſubiectum. Non *enim exiſtunt in eo, nec in toto: nec in parte, & vniuerſaliter nec in diuiſibili, nec indiuiſibili.*

Formę celeſtes ſcilicet nō ſubſiſtūt per ſua ſubiecta, ſed ſeipſis.

Poſtquam determinauit & oſtendit formas cœleſtes non diuidi per diuiſionem ſuorum ſubiectorum, nec habere ſubiectū in potētia, conſequenter declarat huiuſmodi formas nō ſubſiſtere in eſſe per ſua ſubiecta, nec cōtrario. Circa quod duo facit, primo facit quod dictū eſt, ſecūdo circa hoc excludit errorem quorūdā ibi. (Quod dicunt incipi.) Primo in duas, primo facit quod dictum eſt, ſecundo ex hoc infert quandam cōcluſionem ibi. (Et cum ita ſit.) Primo dicit, ꝙ, cum fuit declaratum ab Ariſto. de natura corporū cœleſtium, ꝙ eorum formæ exiſtunt in ſuis ſubiectis tali modo, ſcilicet ꝙ non diuidantur per diuiſionem ſuorum ſubiectorum: & manifeſtum fuit ei, ꝙ cauſa huius eſt, ꝙ non exiſtunt huiuſmodi formæ ī ſuis ſubiectis mediantibus dimenſionibus: ex quo ſequitur, ꝙ non ſunt diuiſibiles, ideo ſciuit huiuſmodi formas non conſtitui in eſſe per ſua ſubiecta: ſunt enim formæ abſolute in eſſe, nam, cum ſint in toto ſubiecto, & non diuidantur per diuiſionem eius, ſequitur, ꝙ ſuum eſſe non ſit per ſuum ſubiectum, nec ſubſunt per partem, nec per totum: & ita non ſunt quantum ad ſuum ſubſiſtere in parte diuiſibili, nec indiuiſibili. Ex quo etiā ſequitur, quod huiuſmodi formæ non dant eſſe ſimpliciter ſuis ſubſtantiis: quia omnis forma dans eſſe ſuo ſubiecto conſtituitur in eſſe per ſubiectum, & ideo talis forma non præcedit ſuum ſubiectum. Nota, vt dicit Commentator ſecundo Phyſic. materia & forma mutuo ſunt ſibi cauſæ, ita ꝙ forma dat materiæ actum eſſendi, & materia ſuſtentat formam, & quia corpora cœleſtia non habent materiam, quæ ſit in potentia ad actum, vt haberi poteſt ex octauo Phy. & quarto Metaph. & primo Cœ. & Mun. a commen. non recipit formas mediantibus dimenſionibus, ideo manifeſtum eſt formas nō ſubſiſtere in eſſe per materiam, nec corpora cœleſtia recipere actum eſſendi a ſuis motoribus, quæ dicuntur ſuæ formæ. Item nota, ꝙ Com. dicit octauo Phy. ꝙ motores in nullo corpore ſunt: & hic dicit, ꝙ exiſtunt in toto ſubiecto ſuo. Dici debet, ꝙ intelligit hic has formas eſſe in toto quãtum ad influentiam & motus, quæ in eis influunt. vnde in. 8. dicit, ꝙ in nullo ſunt ſubiecto quantum ad exiſtere, nec in parte diuiſibili, nec indiuiſibili.

Et, cum ita ſit, neceſſe vt forma, quæ mouetur, ſit illa, ad quam mouetur. In *formis enim conſtitutis per ſua ſubiecta differunt ſcilicet, quia forma, qua mouetur, non eſt illa, ad quam mouetur: & ideo omnis forma huiuſmodi, ſcilicet quæ mouetur ad ſeipſam perficiendam per aliam formam, neceſſe eſt vt ſuum mouere ſit finitum, cum non mouet niſi cum mouetur.* Et *hoc etiam eſt vnum eorum, quæ mouerunt* Ariſt. *ad opinandum, quod formæ corporū cęleſtium nō ſunt cōſtitutæ ꝑ ſua ſubſtãtia, quoniã tunc motus eorū eſſent finiti.*

Formę celeſtes ſeipſis perficiunt, inferiores ſic per formam quo parte diſtinctæ ſūt.

A Infert ex dictis quandam concluſionem, circa quod duo facit. Primo facit quod dictum eſt, Secundo circa prædictam concluſionem concludit quaſdam obiectiones, quæ poſſunt ſibi fieri, vel reſpōdet quibuſdam tacitis quæſtionibus ibi. (Et non eſt dicendum.) Primo dicit, ꝙ, cū ita ſit. ſ. ꝙ cum formæ cœleſtes non conſtituuntur in eſſe per ſubiectum, neceſſe eſt ꝙ in cœleſtibus forma, qua ſit motus, ſit eadē cum illa, ad quam ſit motus: ſed forma, qua ſit motus in inferioribus, nō eſt illa, ad quam ſit motus. i. efficiens & finis differunt. Et hoc probat ſtatim, quia omnis forma, quæ mouetur ad perficiendum ſe per aliã formam, ſuum mouere de neceſſitate eſt finitum. Cuius ratio eſt: quia huiuſmodi forma non mouet niſi mota ab appetibili, quod eſt ipſe finis: & ideo habito illo fine, ad quem ſit motus, ceſſat motus, & quieſcit quod mouebatur, vt dicitur primo de Generatione: habitibus enim exiſtētibus in materia ceſſat motus &c. Et ſubdit, quod hoc fuit vnum, quod mouit Ariſto. ad credēdum, ꝙ formæ corporum cœleſtium nō conſtituuntur in eſſe per ſuum
B ſubiectum, vt ſupple motus eorum eſſent finiti, ac ſi Ariſto. ſyllogizimus ſit nulla forma conſtituta in eſſe per ſuū ſubiectum mouet per tempus infinitum, ſed formæ cœleſtes mouent per tempus infinitum: quare non conſtituuntur in eſſe per ſuum ſubiectum. Notãdum, quod ſicut dicitur 12. Metaph. ꝙ in ſeparatis a materia non differt finis et efficiēs: ſed in materialibus differūt iſta duo: ꝙ enim mouet nos in loco differt ab illo, quod eſt finis motus. verbi gratia, balneum duplicem habet formam, vt ibi declarat Commen. ſ. in anima, & extra animam: ſed per illam formam, quæ eſt in anima deſideramus balneum: & ideo hæc forma eſt agens: & ideo hæc forma eſt agēs deſiderium & motum, forma autem, quæ eſt extra animam eſt in re finis motus, & non agens, & ideo, ſi forma balnei non eſſet in materia, tunc ipſa eadem moueret & ſecundum agens, & ſecundum finem: & ſic eſt intelligendum de motoribus corporum cœleſtium, ſecundum
C enim ꝙ ſunt formæ eorum: quæ ſunt hic, ſunt agentes motum: ſūt vero ꝙ non habent aliquid eſſe. ſ. materiale, ſunt fines eorum nobiles mouentes, & vt finis.

Et non eſt dicendum, q, formæ: quibus mouentur corpora cęleſtia, ſint aliæ ab eis, ad quas mouentur: & quod illæ, quæ dicuntur eſſe non in materia oīno, & q, quæ carent ſitu, ſunt formæ: ad quas mouentur, cum tamen illæ in quibus mouentur, ſint formæ in materiis, & ſint diuiſibiles per diuiſiones earum. Quoniam *ſi ita eēt: tunc illæ formæ exiſterent in ſuis ſubiectis, & mouerētur per motum ſubiectorum, & ſic diuiderētur ad diuiſionem ſubiectorum. motū enim, ſi mouetur eſſentialiter, erit diuiſibile eſſentialiter, & ſi per accidens, per accidens.* Ergo *nihil eſt in corporibus cęleſtibus, quo forā qua eſt mot⁹, differat ab ea, ad quã eſt mo-*
D *tus: immo ſunt eędem formæ, & non differunt niſi diſpoſitione.* Et *ſi ita eſſet, tunc ſuum mouere eſſet finitum: q, enim mouetur quando mouet, īpoſſibile eſt vt ſit principium motus ęterni, vt dicit* Ariſt. *& quia ītelligens & intellectum idem ſunt in corporibus cęleſtibus, & totum hoc dictum eſt in aliis.*

Niſi in cœleſtibus mouens et motum idem eſſent, extra materiam principium in eis non eſſet.

Secūdo cœli 13. & 74. com.

Excludit circa dicta duas dubitationes, ſecunda ibi. (Et non fuit dictum.) Circa primum ponit obiectionem dicens, ꝙ non eſt dicendum, ꝙ formæ, quæ mouent cœlum, ſiue corpora cœleſtia, ſunt aliæ ab eis, ad quas mouēt, ita ꝙ illæ formæ, ad quas ſit motus, ſint omnino immateriales formæ, & carentes ſitu, formæ vero quæ cau

sant motū effectiue sint formæ in materia, & diuisibiles per diuisionem subiectorum, in quo sunt. Deinde excludit hoc cum dicit. Quoniam si ita, dicendi ꝙ, si ita esset, vt iam dictum est, tunc sequeretur, ꝙ illæ formæ efficientes motum subsisterēt in esse per sua subiecta, & mouerentur per motum suorum subiectorū, sicut est de anima nostra, quæ, cum mouet corpus nostrum, ipsa mouetur per motū corporis: ex quo sequæretur, ꝙ huiusmodi formæ diuiderentur per diuisionem suorum subiectorum. nā omne, quod mouetur, est diuisibile: quod enim mouetur, si mouetur essentialiter, est essentialiter diuisibile, si vero mouetur per accidens, est diuisibile per accidens: & quia hæc sunt impossibilia in formis cœlestibus: igitur apparet ꝙ eadem est forma in cœlestibus, qua fit motus: & ad quam est motus: & nihil est, in quo differant, immo sunt eædem non differentes nisi in dispositione. nam, si differunt, tunc suum mouere esset finitum, qa sic mouerentur quando mouerēt: & quod mouetur qn̄ mouet, impossibile est, vt sit principium motus æterni, vt dicit Aristo. octauo Physic. & ideo intelligens & intellectum idem sunt in corporibus cœlestibus. Et totum hoc dictum est in aliis, vt in octauo Phy. & decimo Metaphy. Nota, quod illud quod mouetur est diuisibile: quia omne quod mouetur est corpus, vel i corpore, sed corpus mouetur per se, vt apparet. 7. Physi. & ideo corpus, cum sit continuum, per se est diuisibile: quod autem mouetur in corpore potest esse diuisibile per accidēs, eo ꝙ diuiditur per diuisionem corporis, etiam declaratum est in sexto Phy. ꝙ causa in continuatione motus est ipsum mobile quantūcūq; continuationem habet, vel per se vel per accidens secundum diuisibilitatem. Notandum est, sicut vult Commenta. septimo Metaphy. & secūdo Cœ. & Mun. ꝙ æterna, sicut formæ cœlestes sunt, & corpora cœlestia agunt propter se prima intentione, & propter inferiora secunda intentione. Cum igitur formæ cœlestes moueant corpora cœlestia, & ipsæ non moueantur: motus autem earum est propter se prima intentione: mouent ergo ad seipsas, idest vt sit similitudo earū ad primum principium, quæ & in eis cōseruetur: & ideo non mouent ad aliud nouum acquirendum, sed ad conseruationem suæ perfectionis & esse, vt habentes sanitatem deambulant propter conseruationem eius, vt dicit Commenta. 12. Metaph. & ex hoc non cessat motus earum: quia non mouentur ad aliud nouum acquirendum ex quo patet ꝙ forma efficiēs motus, & ad quam est motus in cœlestibus sunt eadem.

Mobile p se vel p accidēs diuisibile est

Mouentur cœlestia pp se prima intentione secundario uero, pp inferiora.

Et non fuit dictum cœlum habere animam nisi propter appetitum existentem in eo & motum localem, appetitus autem, qui est in hoc corpore, non est, nisi quia est corpus cœleste viuum per se, appetens per se, nō propter potentiam existentem in eo diuisibilem per eius diuisionem: (esset enim generabile & corruptibile.) & dicitur esse motum per principium separatum, quod est in eo, non per principium, quod est pars in eo: & hoc modo dicitur viuum & intelligens. Et si esset intelligēs per partem in eo, non esset intelligens per se: & esset simile homini in hoc, ꝙ homo est intelligens per partem in ipso, & similiter est viuus, & appetens, & motus in loco.

Mouet cœlum p principium existens in eo indiuisibiliter, nō ab aliquo mō in ratione appetitu.

Excludit secundam obiectionem: & primo facit hoc, secundo ex hoc infert secundam cōclusionem ibi. (Et qa vniuersaliter.) Primo ostēdit, quia dictum fuit prius, ꝙ formæ cœlestes non substant per sua subiecta: aliquis posset dicere, ꝙ immo, quia corpora cœlestia non dicuntur animata nisi per animam existentem in ipsis, scilicet propter appetitum & animam mouentem localiter existentem in ipsis, & hoc excludit dicens, ꝙ corpus cœleste

B dicitur esse animatum, quia est viuum per se, & appetens per se, non parte sui, vel per potentiam existentem in eo (esset enim generabile & corruptibile:) sed est viuum, & motum per principium separatum, scilicet in esse, quod est in eo indiuisibiliter, si & nō per principium, quod est pars in ipso, sed dicitur sic viuum & intelligens, si autem esset intelligens per partem, non esset intelligens per se & primo, sed esset simile homini, eo. s. ꝙ homo est intelligēs per partem sui, & ideo homo non est intelligens per se totum primo, & eodem modo homo est viuus & appetēs motus in loco, scilicet per partem sui. Nota, ꝙ sicut dicit Commenta. circa principium Cœli & Mundi, & iam supra præassumptum est, in corporibus cœlestibus forma & formatum sunt idem numero maiori adunatione q̄ in istis inferioribus, licet non illa perfectione vnitatis sicut in formis abstractis recipiens & receptum, vel intelligens & intellectum: & causa huius adunationis maioris in cœlo q̄ in istis inferioribus est, quia forma cœlestis non cohæret materiæ mediantibus dimensionibus,

F sed p seipsam: & dimensiones simpliciter consequuntur formam, & ex hoc est, ꝙ formæ non diuiduntur diuisione corporis: & ex hoc sequitur, quod huiusmodi formæ sunt intellectiuæ, quæ non sunt diuisibiles per materiam, quia huiusmodi corpora secundum numerum sunt animata & intelligibilia, & ita sunt animata per se primo, & non per partem.

Potior est vnitas in cœlestib⁹, quā in his inferioribus.

Et quia vniuersaliter declaratum est actionem illius corporis esse æternam, declarabitur formam eius nō existere per suum subiectum, & suum subiectum est simplex non compositum ex materia & forma: quoniā si ita esset, esset generabile & corruptibile.

Cœli non est cōpositum ex forma & materia, & ingenerabile ac incorruptibile.

Infert ex dictis, quandam conclusionem: & est, ꝙ, qa declaratum est actionem huius corporis. s. cœlestis esse æternam, sequitur ex hoc formam non subsistere per suū

G subiectum: sequitur etiam suum subiectum esse simplex non compositum ex materia & forma, esset enim generabile & corruptibile: & de hoc autē vltimo. s. subiectum cœleste nō esse compositum ex materia & forma, latius apparebit infra in illo capitulo, quia declaratum est &c. quia apparebit in prima quæstione.

Et ꝙ dicunt incipiētes Philosophari, ꝙ animæ istorum corporum cœlestium sunt formæ in materiis, scilicet quæ sunt in materia: & ꝙ acquirunt æternitatem ex formis immaterialibus, nihil est. Contingit enim ꝙ, illud, quod non habet naturam essendi æternum, acquirat æternitatem ab alio, & totum hoc est impossibile. Natura enim generabilis & corruptibilis non recipit æternitatem ab alio, & hoc est manifestum ei, qui considerat fundamenta Aristo.

Formæ cœlestes sꝑ se æternæ sunt.

H Excludit circa dicta errorem Quorūdam dicentium, ꝙ animæ cœlestes sint formæ materiales, & de se corruptibiles, & acquirunt æternitatem a formis non materialibus, sed hoc nihil est, idest falsum est omnino, quod dicunt, nam, si ita esset, vt dicunt, contingeret quod nō habens naturam essendi æternum acquireret æternitatem ab alio: sed hoc est impossibile, q̄a natura generabilis & corruptibilis non acquirit æternitatem ab alio: sed hoc est manifestum ei, qui considerat fundamenta Arist.

Notandum, sicut apparet in fi. primi Cœ & Mundi. hæc opinio fuit Platonicorū primo. s. ꝙ aliquid sit æternum, quod tamen potest corrumpi. & Commē. dicit circa finem octaui Phy. ꝙ Alex. in quibusdam suis tractatibus dixit hoc de corpore cœlesti, supple ipsum de se esse

Nullū æternū corruptibile est apud Aristotelem.

corruptibile, sed acquirere aeternitaté a suo motore. Aul. vero audiens verba Alexan. opinatus est duplex esse necessarium, scilicet necessarium ex se & simpliciter, & necessarium ex alio, contingens tamen ex se, vt Commenta. dicit in dicto loco, scilicet. 8. Phy. sed Aristote. in fine primi Coeli & Mundi multipliciter & sufficienter probat q fit impossibile esse aeternum, quod sit in potentia ad corruptionem, dicit enim ibidem, q immo omne corruptibile de necessitate corrumpetur.

Declaratum est igitur ex hoc sermone, quae est substantia coeli: & hoc est quod fuit hic dictum, quemadmodum inuenitur probatum ab Aristo. i suis libris, & quemadmodum sequitur ex suis dictis. Sed apparet ex verbis Aristo. q, iam declarauit omnia ista i libris, qui non peruenerunt ad nos. Vocetur ergo iste tractatus sermo de Substantia Orbis: dignius enim est hoc nomine quod intitulaui hoc titulo

Concludit intentionem huius circa determinata, vel epilogat cum hoc imponendo titulum huic libro dicens. Quod declaratum est ex hoc sermone. s. iam dicto, quae est substantia coeli: & hoc quantum ad naturam sui subiecti, & suae formae essentialiter, & subdit, q hoc fuit dictum de Substantia coeli, & de aliis quibusdam accidentibus, prout inuenitur probatum ab Aristo. in suis libris expresse, & quodammodo, licet non inueniatur expresse ab eo, potest haberi ex verbis eius. Sed apparet nihilominus ex verbis Arist. q omnia ista determinata sunt ab eo expresse in libris, qui non peruenerunt ad nos.

Quis Titulus libri. Et subdit q vocetur tractatus iste de Substantia Orbis, hoc est, q ex quo in isto libello recolliguntur omnia quae Arist. in pluribus libris declarauit de Substantia Orbis, vocetur ergo iste liber de Substantia orbis, nam dignius est intitulari hoc nomine q alio.

CAPITVLVM. II.

Quae nam Corporis coelestis natura, quo pacto. s. simplex, non compositum sit, nec graue, nec leue, deq; pluribus illius accidentibus.

PErscrutandum igitur de natura corporis celestis, & quid intelligunt, cu dicut ipsum esse simplex, & non compositum, & ipsum esse nec graue, nec leue.

POstquam Commentator ostendit quae & qualis est substantia coeli & natura comparando ipsum ab sub stātiam generabiliū & corruptibilium, in hoc capitulo ostendit quae & qualis est substantia coeli & natura ex suo subiecto & sua forma, comparādo ipsam ad compositionem generabilium ex sua materia & forma. Et primo facit hoc secundo declarat incidentaliter quaedam dubia tertio recapitulat determinata in hoc capitulo. secunda ibi. (Et videtur q corpus coeleste.) tertia ibi. (Quoniā igitur coelum,) Adhuc primo dat intentionem suam, secundo exequitur ibi. (Dicamus igitur.) Primo dicit, q perscrutandum est de natura corporis coelestis, idest postquam dictum est & ostensum quae & qualis est substantia coeli ex parte subiecti, & ex parte formae, nunc inquirendum est de natura coeli quantum ad suam compositionem, & quomodo intelligendum est cū dicitur, coelum non compositū, & quomodo sit intelligendum ibi, vtrum coelum sit compositum ex materia & forma, sicut corpora simplicia, vel sicut animalia ex corpore & anima. Et quia ad compositionem formae cum materia sequitur grauitas vel leuitas, quae sunt formae simplicium accidentales, vt patet Quarto Coeli & Mundi, ideo subdit, A q inquirendum est quid intelligitur cum dicitur coelum esse nec leue nec graue.

Dicamus igitur, q, illud corpus non componitur ex materia & forma, sicut corpora generabilia & corruptibilia componuntur, nulla enim potentia est in eo omnino, omne enim, in quo est potentia, nō est potentia, nisi ad duo cōtradictoria, scilicet potētia, quae est i substātia Coelū non est cōpositū ex materia & forma, cum careat cōtradictionis potentia.

Hic exequitur & primo ostendit corpora coelestia nō esse cōposita sicut generabilia & corruptibilia. s. ex materia & forma, sed solū sicut animalia corpore & anima comparando ipsum ad conuenientia & differentia, secunda ibi. (Sed cum nos inspexerimus.) Circa primum duo facit, quia primo ostendit coelum non esse compositum B ex materia & forma, sicut simplicia generabilia & corruptibilia. s. ex materia & forma. Secundo excludit ipsum componi ex anima & corpore. ibi. (Remanet autem.) Circa primum duo facit, sm q dupliciter probat coelum non componi ex materia & forma, sicut ista generabilia & corruptibilia: & primo ponit hoc ex parte subiecti ipsius coeli, secundo ex parte formae, ibi. (Et manifestum est.) Primo dicit, dicamus igitur, q. illud corpus caeleste non componitur ex materia & forma, sicut generabilia & corruptibilia, cuius ratio est, qa omne illud, quod habet potentiam ad esse, habet potentiam ad duo contradictoria. s. ad esse & ad non esse: modo, coelum nō habet potentiam ad non esse: ergo nec ad esse, quae est potentia ad substantiam. Et ratio ista potest componi sic, omne illud, cuius subiectum non habet potentiam ad esse tale, non est compositum ex materia & forma: coelum est huiusmodi, ergo &c. Maior est manifesta de se, quum enim propria forma det esse, ipsa materia de se non habet esse. nam, si haberet, tunc frustra componeretur cum forma, C quia iam haberet actum essendi, & ita illud, cuius subiectum non est in potentia ad esse, non est compositum ex materia & forma Minorem declarat. s. q subiectum coeli non habeat potentiam ad esse, quia tunc etiam haberet potentiam ad non esse. Quod autem coelum non habeat potentiam ad non esse, ipse declarat primo Coeli & Mundi ex hoc, quia non habet istam potentiam, quum nunq corrumpatur, si propria autem operatio eius possibilis est aliquando corrumpi vel transire de forma in formam, quod idem est, tunc sequeretur q illa potentia esset frustra: quia nunq includeret finem quem nata est includere. s. propriam operationē. hoc autem est impossibile: quia deus & natura nihil faciunt frustra.

Et manifestum est etiam, q, forma, quae mouetur, nō est generis formarum quatuor elementorum quoniam si ita esset, esset graue, aut leue, aut moueretur per se, aut etiam per accidens, vt declaratum est in Octauo D Physicorum. Remanet igitur vt natura eius sit natura animae. Natura coeli nō est potentia, sed forma, quae non est graue, neq; leue, ipsum enim mouet, nō ut elementa, neq; tamen sit anima. Com. 31.

Ponit secundam rationem ad hoc, & arguit sic, omne quod mouetur localiter, aut mouetur a forma naturali, aut ab anima: coelum est huiusmodi: ergo &c. sed non mouetur a forma naturali: ergo &c. huius rationis supponit maiorem, & minorem prosyllogismi ponit in littera, per hoc, q formam naturalem, quae est principium motus localis, cōsequitur semper grauitas & leuitas, quae sunt causae immediatae motus localis: quum igitur corp coeleste nō sit graue nec leue, sequitur ergo q non mouetur a forma naturali. Item, si moueretur a formali naturali, moueretur vt grauia & leuia, postq sunt in actu comple to, quod est falsum, vt declaratum est in. 8. Physi. & ple

tilis a Comment. in Tertio & Quarto Cœli & Mundi: quare, cœlum nō mouetur a forma naturali, ex quo statim concludit q remanet, vt natura mouēs ipsum sit anima. Notandum, vt dicit Commētator Tertio Cœli & Mundi, q causa formæ elementorum est locus eorū: quia non est ita de locis corporum simplicium, sicut est de locis compositorum, loca enim in elementis sunt causæ locatorum, in aliis autem corporibus est econuerso. ſ. q locata sunt causæ, cuius principium est anima locatorum, sed tamen fm prius & posterius, ita, q compositorum illud quod est propinquis elemētis prius indiget loco fm suum esse, et quod est remotius minus indiget de hoc eo, & hoc est quia forma elementorū est de moueri: & ideo accidentia accipiuntur in ipsis loco differentiarum substātialium, quum igitur perfectio elementorū sit locus, necessarium fuit vt formæ elementorum sint grauitas & leuitas, quæ sunt principia motus localis: quibus mediantibus habent inclinationem mouendi se ad loca propria, quum violenter fuerint extra ipsa, & contra naturam: & licet loca sint magis essentialia, vt sint accidentia ad perfectionem elementorum quam compositorum, possunt tamē accidentaliter a locis propriis separari. Notandum sicut apparet ex Septimo Phy. & Tertio ac Quarto Cœli & Mundi a Commen. corpora simplicia, quum sunt extra loca propria mouentur ad ipsa a seipsis per accidens: quia, quum in eis non distinguatur mouens a moto, mouent seipsa, vt nauta mouet per se nauim, sed seipsum per accidens, vt plenius declaratur Tertio Cœli & Mundi: quare hic concluditur, q, si cœlū moueretur a forma naturali moueret se per accidens, vt corpora simplicia grauia & leuia ex quo sequitur, quod non esset primum motum: quia omne motum per accidens reducitur ad aliquid per se.

Sed, cum nos inspexerimus animalia, quæ sunt hic, inueniemus duo principia duorum motuum: quorum alterum est principium motus recti, scilicet motus ad inferius, aut ad superius, & secundum principium est motus localis processiui. Et inueniemus motum istum esse contrarium motui declinationis essentialis: qui est i eo. Et ideo accidit ei fessitudo, & cogitur ad quietem, vnde necesse est, vt principium motus cœlestis corporis sit generis animæ tm: & q motus, quem habet circulariter, sit motus proprie animæ secundum q est anima. G

Cum cœli motus sit sine labore, animam assequi necessariū est non aliud aliquod corporum principiū.

Ostēdit quomodo cœlum est compositum ex anima & subiecto, comparando ipsum ad compositum animalium sub conuenientia & differentia. Circa quod duo facit primo ostendit cōpositionem cœli, & comparat ipsum ad animalia fm conuenientiam, secundo comparat fm differētiam ibi. (Sed quia anima quæ est in corpore.) Circa primum tria facit, primo facit quod dictum est, secundo concludit quandam conclusionem, tertio respōdet tacitæ quæstioni, siue respondet ad quoddam dubiū. secunda ibi. (Et quum ita sit.) tertia ibi. (Et anima quæ hic est.) prima in duas, pr o ex motibus naturalibus animalium, ostendit naturam compositionis eorum, secundo ex hoc infert naturam compositionis cœli, ibi. (Vnde necesse est.) vel potest legi continue, & melius est. H

De prima dicit, iam dictum est prius immediate: q natura mouens cœlum est anima: & subdit, quod, quū nos considerauerimus animalia, quæ sunt hic, inueniemus in eis naturas duorum principiorum motuum, vnū est principium motus recti. ſ. ad inferius, aut superius, & ille motus est ex parte principiorum naturalium, scilicet corporis, qui fm naturam est elementi prædominantis, vt patet primo Cœli & Mundi. Aliud est principium motus progressiui, et ille motus progressiuus contrarius est alii motui recto, quem motum declinationis vocat, propter hoc, q per illum motum inclinatur corpus ad locum elementi prædominantis: & quia iste motus progressiuus, cuius principium est anima, contrarius est motui recto, ideo accidit animalibus fessitudo in motu progressiuo: & ex hoc coguntur animalia quiescere, ex quo concludit statim, q necesse est vt principium motus cœlestis sit anima, & quod motus circularis, quem habet, sit proprius animæ fm q anima est: quia in motu cœlesti non accidit fessitudo, nec intercipitur quiete, eo q non habeat aliud principium motus q animam solum, nam, si haberet cōtrariatur motui animæ, & ita contingeret ei labor in mouendo, quare quiesceret, & vlterius, quum non habeat aliud principium motus nisi solam animam, nec est resistentia ex parte mobilis, & motus eius est circularis, sequitur igitur, q motus animæ proprius, fm q est anima, est circularis. Nota, sicut dicit Commen. Secundo Cœli & Mundi, q laboris motus in animalibus est potentia moti opposita potentiæ mouentis, idest inclinatio naturalis & potentia moti supra mouens, ita quod si sit ibi resistentia, tunc causatur labor in mouendo: quia ergo in cœlo non est labor in mouendo, cōcludit ibi non esse causam facientem laborem. B

Et quum ita sit, sequitur, q, illa natura est, quæ facit ipsum esse corpus neq; leue, neq; graue, & moueri circulariter.

Vide primo de Aīa 4. & 2. Cœli c. 56 (?)

Ex dictis cōcludit quādam cōclusionem dicens, quod quum ita sit, sicut dictum est. ſ. q principium motus sit anima, sequitur q ista est natura. ſ. anima eius, quæ facit ipsum esse nec graue, nec leue, & quæ facit ipsum moueri circulariter. Sed notandum, vt dicit Comment. primo Cœli & Mundi, formæ diuersarum naturarum natæ sunt diuersas materias informare; quia diuersitas formarum est causa diuersitatis magnitudinum recipientium formas, & maxime ex causa qualitatum diuersarum: & ideo dicit etiam primo de Anima, q membra vnius animalis non differunt a membris alterius, nisi quia anima differt ab anima; quum igitur cœlum habeat animam solum principium sui motus & non aliud, & etiam anima eius differt ab anima inferiorum, vt infra patebit, necesse est quod habeat aliud subiectum: & ideo eius subiectū nec est graue nec leue. G

Et animali, qd est hic, contingit nō moueri circulariter, nisi quia eius anima constituitur per corpus, quod mouetur motu recto, & sic opponitur declinatio hic.

Quo differat aīa Cœli & aīa animalium in motu.

Respondet quæstioni tacitæ, quia dictum est prius, q motus circularis proprius est animæ fm q anima est, aliquis posset dicere, q, si hoc eēt verum, sequeretur q animalia mouerentur circulariter, quia habent animas: qd tamen non videbimus. Ad hoc excutiendum Commenta. respondet q ideo animal, quod est hic, non mouetur circulariter, quia habet animam, quæ constituitur in esse per corpus, quod mouetur naturaliter motu recto, & sic sibi opponitur inclinatio: hoc est, q corpus quod substētat animam mouetur naturaliter motu recto fm motum elementi prædominantis in ipso, anima autem vellet mouere circulariter fm se, sed resistit sibi motus & inclinatio corporis: & ideo ex istis duobus motibus sic differentibus, & quodammodo oppositis, causatur motus medius, qui est motus progressiuus, quem vocat hic declinationem, et sic motus progressiuus causatur ex recto et circulari. H Notādum, q motus animalis est mixtus ex motu circulari & recto, & quodammodo circularis est: quoniam est ab eodem in idem, vt patet per sistolem & diastolem cordis, & talis est ab anima appetitiua, a qua incipit motus, & ad quā terminatur, non tamen est purus circularis propter resistentiam corporis, sed anima cœlestes mouet circulariter perfecte, quia eius subiectū est

Motus progressiuus ex recto & circulari mixtus intelligitur.

simplex non habens inclinationem contrariam. Vlterius notandum, q sicut apparet Primo Cœli & Mundi, motus circularis est purus & simplicissimus & profundissimus, & ideo proprijssime competit corpori simplicissimo & perfectissimo.

Al. cœlesti.

Sed quia anima, quæ est in corpore grauí aut leui, non est in nata moueri circulariter ab eo quod est inatum circulariter moueri, quia non est anima in eo vt in corpore graui aut leui, quum ipsum moueatur ex se & ab anima, ideo animã habet tantum, & non habet aliud principium, & quia mouetur circulariter: scimus quod proprium illius animæ secũdum quod est anima, est mouere circulariter. Natura igitur istius corporis nõ est, nisi natura animæ mouentis in loco.

Nõ mouentur cœlestia corpora ad motũ suorũ subiectorũ, sed ab ipsa ipsorũ anima, vide p hoc 3. de Anima 55.

Comparat cœli compositionẽ ad ista inferiora sub differentia. Et primo ostendit differentiam inter cœlum & animam ex parte compositionis, secundo ostendit differentiam inter corpus cœleste, & corpus animalium, & etiam inter animam cœlestem & inter animas animalium diuisim. ibi. (Sed quia natura corporis.) Primo dicit, q anima, quæ est in corpore graui & leui: & est litera corrupta vt videtur, & debet esse, anima, quæ est in corpore cœlesti, nõ est nata moueri circulariter ab eo, quod est natum moueri circulariter. i. non est nata moueri ad motũ sui subiecti, quod ipsum mouetur, sicut sup. quum animæ animalium mouentur ad motum suorum subiectorum. idcirco non est anima in ipso, sicut in corpore graui & leui. i. in corporibus, quæ cõsequuntur grauitatem & leuitatem, aut suorum simplicium, ex quibus componũtur. sed ipsum corpus cœleste mouetur ex se, et ab a. a, ex se mouetur subiectiue, ſm q inclinationem naturalẽ habet ad illum motum, quo ipsum mouet anima sua, & nõ ad motum animaliũ: & mouetur ab anima effectiue, ex hoc concludit quod habet animam tantum, & nõ aliqđ principium motus actiuum, & subdit q mouetur essentialiter motu circulari. Ex quo enim non est ibi aliquod principium motus, nec est ibi aliqua resistentia & essentialiter sic est motum, sequitur q proprium huius animæ sit mouere. Cõcludit etiam vltimum, q natura huius corporis non est nisi corporis mouentis in loco: quæ omnia iam declarata sunt superius. s. qualiter formæ cœlestes non constituũtur i esse per sua subiecta, & per cõsequẽs non mouentur motu suorum subiectorum.

Sed, quia natura corporis est alia a natura animæ, quia est compositum: sine dubio ex mouẽte & moto, & necesse est mouens & motum esse diuersa, necesse est cõsiderare de natura illius corporis.

Ostendit differentiam inter animam & corpus cœli, et inter animam & corpus animalis diuisim, & primo dat differentiam inter corpus cœli & corpora animalium, secundo inter animas cœli & animas animalium ibi. (Et quia declaratum est.) Circa primum duo facit primo dat intentionem suam, secundo exempla ibi. (Et quia declaratum est.) Primo dicit, & quia dictum est, quod natura istius corporis est alia a natura animæ mouentis in loco: & subdit statim quod alia est natura corporis a natura animæ i cœlo: & quia cœlum est compositum ex mouente & moto, mouens autem & motum necesse est esse diuersa: ideo necessarium est considerare de natura istius corporis, quod est altera pars cõpositi. s. ipsum motũ. nã totum compositum scitur a natura componẽtium, vt dicit Commen. Primo Physicorum.

Cœli petitur subiecto, quã ex materia cõ

Et, quia declaratum est hoc corpus esse ingenerabile & incorruptibile, apparet quod est necesse vt sit corpus simplex non compositum ex materia & forma. Et, A *quia est indiuiduum demonstratum: & ens demonstratum in actu, & habens vnam figuram i actu: & omnia ista sunt in corpore propter materiam: & sunt in materia propter formam, necesse est, vt hoc corpus cœleste sit materia animalium cœlestium, quæ mouentur circulariter ex se, & vt sit pfectius modis cæteris materiæ, non enim est in eo de potentiis nisi potentia i loco, & de motu locali nobilior omnibus. s. circularis, quemadmodum habet nobilissimã & perfectissimam figurã, scilicet sphæricam.*

positũ est: neq; in eo alia quã ad vbi potentia intelligẽda est, quæ est actu.

Vide prio. Cœl. com. 12. & secundo. 12. 23

Hic exequitur dicens, q declaratum est iam ex dictis supra, q hoc corpus. s. cœleste est ingenerabile & incorru B ptibile. ideo sequitur necessario ipsum eẽ simplex, & non compositum ex materia & forma, verumtamẽ, quia est indiuiduum determinatum & ens in actu demonstratũ ad sensum habens determinatam figuram, & alia accidẽtia. s. raritatem & densitatem, & quum hæc omnia sint in corpore per materiam, et sint in materia animalium propter formam: necesse est vt illud corpus cœleste sit materia animalium, quæ mouentur ex se circulariter: ista tamẽ materia est perfectior omnibus aliis modis materiæ, quia in eo non est aliqua potentia, nisi potentia in loco, & de motibus habet nobiliorem. s. circularem, sicut habet nobilissimam & perfectissimam figuram. s. sphæricam, & sic apparet natura huius corporis cœlestis in habitudine ad suam animam. Ex quo manifestum est i quo a natura corporum animalium differat. Sed nota ſm Commentatorem primo Cœli & Mundi, quia cœlum est ingenitum & incorruptibile, necesse est ipsum eẽ simplex, & non compositum ex materia & forma circũscri pro suo motore, nam, si esset compositum cum materia, C de se non haberet esse, sed esset in potentia ad esse, & per consequens ad non esse: quare ad se esset corruptibile. & ideo de necessitate corrumperetur, vt probatur in fine primi Cœli & Mundi. igitur consequenter sequitur, q, si non est corruptibile non est compositum.

Vlterius notandum, sicut dicit Com. 2. Physi. formæ & accidentia dependet a materia in hoc q sunt in subiecto & dicunẽ de subiecto, materia vero est propriũ subiectum: quum igitur in cœlo appareat nobis figura. s. densitas & raritas & alia accidentia, necessarium est in ipso intelligere materiam, quæ sit subiectum accidentiũ. Item dr̃ Secundo Meta. q in omni eo, quod mouetur, necesse est intelligere, materiã: accidẽtia vero non sunt actualiter in materia nisi per formam, vt apparet Septimo Meta. ex s[...]ra dictis: quare cogimur cœlũ necessario dicere eẽ compositum ex materia & forma, sed in sempiternis nõ est potentia ad corruptionẽ. ideo in eis nõ est talis materia sicut est generabiliũ & corruptibiliũ, sed solũ habent materiã, quæ est in potentia ad vbi, & nõ ad formã, sicut D dr̃ Octauo Meta. et ideo materia talium æternorũ est aliquid existens in actu. s. corpus, quod dignius est dici subiectum q̃ materiã, vt dicit Cõmẽ. Ex quibus apparet materia animalium cœlestium, ita q non erit aliqua compositio essentialis nisi motoris & mobilis, & ipsum mobile est subiectum accidentium, & accidentia sunt in mobili propter mobilitatem, & non propter aliã formam, quæ dat esse: & hæc est vera imaginatio de cœlo ſm intẽtionẽ Philosophi & Commen.

Et, quia declaratum est de formis cœlestibus ipsas non habere constitutionem per corpora cœlestia: nam si haberent, tunc mouerentur ex se per accidens, & indigerent moto ex se primo essentialiter: declaratum est

enim Octauo Physicorum, quod mota ex se, quæ sunt hic vna eẽntia in specie, reducunť ad mouens ex se essentialiter & motum, & quod sit compositum ex vno mouente, & vno moto primo, & quod illud mouens nõ sit potentia in corpore omnino: videtur quod formæ corporum cœlestium, & maxime forma corporis vltimi cõtinentis sit quodammodo anima, scilicet propter appetitum existentem in eis, & propter mouere sit quodammodo intellectus, & sit forma simplex, per quã animal cœleste componitur ex vno mouente & vno moto.

Cœlũ est ex se motũ est.

Ostendit differentiam inter animã cœli & animã animaliũ, & primo facit hoc, secũdo recapitulat dr̃iam iã dictam cœli & animalium tam ex parte formæ q̃ ex parte subiecti ibi. (Corpus autem cœleste.) Primo adhuc cõtinuans se infert proprietatem vel naturam animæ cœlestis secundo naturam aliorum animaliũ. ibi. (Econuerso est de animalibus.) Primo dicit, ꝙ iã dictũ est, ꝙ formæ cœlestes non constituuntur in esse per corpora cœlestia: quia, si constituerentur, mouerentur ex se per accidens: quare cœlum non esset primo motum, sed indigeret alio ex se primo motore essentialiter. nã sicut declarat Octauo Physicorũ, mota, quæ sunt a se hæc apud nos vt vna essentia in specie, idest quæ sunt composita ex motore & mobili, & hæc duo faciunt vnam essentiam in se, reducuntur ad motum ex se primo & essentialiter, quod motum ex se est compositum ex vno mouente & vno moto primo, cuius mouens nõ est in corpore potentia. cum igitur cœlum sit potentia primum motum, ideo videtur quod formæ corporũ cœlestium, & maxime forma corporis vltimi, scilicet primi cœli sit anima appetitiua & intellectiua, propter appetitum, qui est in eo, & suum moueri est intellectus, idest ab intellectu: & ideo huiusmodi anima est simplex, per quam animal cœleste cõponitur ex motore vno & vno moto. G Item sciendum, sicut dicitur Octauo Physico. anima non est primus motor animalium, sed aliud extrinsecum aduenient corpori, quia, si anima esset primus motor simpliciter, qui mouetur, non moueret nisi vno motu tantum: & quia in animalibus, motor .s. anima mouetur per accidens, valet per motum sui subiecti, ideo animalia sunt mota ex se per accidens quia motor eorum .s. anima, nõ est motor primus: & ideo oportet illã mota ex se per accidens reducere ad motum ex se essentialiter, qui nõ inuenitur nisi in corporibus cœlestibus. Item notandum, ꝙ cœlum vltimum maxime videtur esse motum ex se primo. nam licet Cõmenta. declaret Octauo Physico. ꝙ alij orbes inferiores mouẽtur a motore superioris orbis præter motũ, quem habent a propriis motoribus. ideo videtur motibus & motis aliqua auctoritas motus inesse. nam dimensio motoris est vt suum motum moueri ab alio ideo concludit ibi Commentator, quod perfectior mouentium est motor motus diuturni cum hoc non accidentia: & hoc intellexit cum dixit. Et maxime forma corporis vltimi. H

Motũ ꝑ accidẽs ad ꝑ se motũ necessario reducitur.

Vlterius notandum, quod sicut patet Tertio de Anima, omnis forma abstracta, quæ supple constituitur in esse per subiectum est intellectus: & ideo Comm. 1. Metaphy. dicit, ꝙ de virtutibus animæ tantum habent desiderium & intellectum.

Econuerso de animalibus, quæ sunt hic, apparet enĩ quod mouens in istis cõponitur ex duobus mouẽtibus .s. ex anima, & re desiderata extrinsecus mouente animã & ideo motũ in eis inuenitur compositum, nõ simplex.

Motũ i ĩſe motibus cõpositũ est, sicut & motoris. Vide 3 de Aĩa. 49. & 54. & 12. Metap cõ. 36

Quia dictum est, ꝙ iam anima cœlestis & forma simplex, per quam animal cœleste componitur ex vno motore & vno moto: nunc ostendit ꝙ econuerso est de animalibus, quæ sunt hic, quia motor in eis non est solum vnus, immo componitur ex duobus motoribus, scilicet ab anima & appetibili. Appetibile autem est principium mouens animam, vt patet Tertio de Anima: & quia mouens & motum debent esse proportionata, mouens autẽ compositum est in animalibus, ideo concludit ꝙ motũ in eis est compositum & non simplex.

Corpus autem cœleste est quasi materia istius formę abstractæ: quia est materia existens in actu: & ideo non assimilatur materiæ nisi ĩ hoc tm̃, quia est materia fixa ad recipiẽdum formã, & ideo dignius dicitur subiectum quam materia. Materia enim, quæ est hic, dicitur materia, quia est in potentia ad formam fixam in ea, & dicitť subiectum, quia est fixa formę: & fit compositum ex ipsa & forma. F

Cœlum dicitur potius subiectũ quã materia. Idem 8. Meta. com.

Recapitulat differentiam iam dictam animalium cœlestium, & inferiorum, tam ex parte animæ quam corporis dicens: quod corpus formæ cœlestis est quasi materia ipsius formæ abstractæ, quæ non constituitur in esse per subiectum, vt sunt animæ animalium, & quia dixerat, quod est quasi materia, subdit declarationẽ huiusmodi dicens, quod est materia existẽs in actu: & ideo non est vere materia, sed assimilatur materiæ: nisi in hoc quod est fixa ad recipiendum formam, & ideo dignius est ipsam vocari subiectum quam materiã: & hoc idem dicit Commentator Octauo Metaph. & subiungit causam siue rationem: quoniam materia, quæ est huiusmodi, dicitur materia pro eo, quod est in potẽtia ad formã, quæ de se nõ habet actum, dicitur etiam illa materia subiectum eo quod est fixa formæ recipiens formam, & sic est pars compositi: quia ex ipsa fit compositum ex materia & forma, modo supple, cum cœlum non est in potentia ad formam & actum essendi: quia in ipso non est potentia nisi ad vbi & ideo non communicat cum materia istorum inferiorum: propter quod improprie ipsa vocatur materia, nihilominus ipsum cœlum est fixum subiectum ad recipiendum formam abstractam, & ita communicat cum materia istorum inferiorum, ꝓpter quod vocatur subiectum: quare dignius est ipsum vocari subiectum quam materiam.

8 Metaph com. 12.

Et videtur ꝙ, ad esse corporis cœlestis non sit necessaria eius forma, sicut est dispositio de corporibus animalium, quę sunt hic: in animalibus enim: quæ sunt hic, videtur ꝙ, animæ eorum sunt necessariæ inesse suorũ corporum, & ꝙ, non saluarentur animalia nisi per sensibilem animam & imaginatiuam: corpus autem cœleste, quia est simplex & non transmutabile ab aliquo extrinseco, non indiget in suo eẽ anima sensibili nec imaginatiua, sed tm̃ indiget anima mouente ipsum in loco semper & virtute, q̃ non sit corpus, nec ĩ corpore ad largiendum ipsi permanentiam æternam, & motum æternum, qui non habet principium nec finem. H

Idem 3. de aĩa 59. 60 61. & sic de Aĩa. 15. & 62. 1. de 2. Cœ. 37. & 61. & 12 Meta. 36. Cœlũ indiget tm̃ aĩa mouẽte in loco semper & virtute, q nõ sit corpus ad largiendũ sibi ꝑmanentiã æternã, & motũ æternum Vide op. 2. cœli. Vide cõtradictionem similem.

Postq̃ Auctor ostendit compositionem cœli ex anima & corpore, comparando ipsam ad compositionẽ animalium ex anima & corpore sub conuenientia & differentia, in parte ista declarat quædam dubia incidentaliter de natura cœli, circa quæ sic procedit, primo præmittit quãdam differẽtiam cœli & animaliũ, quæ iam potest haberi ex præcedentibus, ex qua dicit dubia quæ intendit,

dit, ſecundo declarat illa dubia, ibi. (Et debes ſcire.)

Primo dicit, videt ꝙ corpus cœleſte non indiget in ſuo eẽ forma, quæ eſt eius motor, ſicut corpora animalium, quæ ſunt hic indigent in ſuo eſſe ſuis animabus neceſſario in ſuo eſſe ſuorum corporum: quia corpora animalium non ſaluarentur in eſſe tali præter animam ſenſitiuam, per quam ſentiunt & iuuantia & lędentia: & per animam vegetatiuam, quam imaginantur ea, & illa neceſſaria acquirunt, & corrũpentia fugiunt, vt apparet Secundo de Anima. Corpus autem cœleſte, cum ſit ſimplex intranſmutabile non habens corrumpens intrinſecum, nec indiget in ſuo eẽ anima ſenſitiua, nec imaginatiua: & hæ cauſæ implicite dictæ ſunt prius. Sed ex hoc ipſe ſubiungit, quod intendit declarare cum dicit. (Sed indiget anima mouente ipſum in loco, & etiam indiget virtute, quæ non eſt corpus vel corporea, vt det ei permanentiam æternam, & motum æternum, quæ non habent principiũ neq; finẽ.) Nota etiam, ſicut apparet Secundo de Anima, ſenſus tactus neceſſarius eſt omni animali ad ſalutẽ animalis: omne autem habens ſenſum & motum neceſſarium eſt vt habeat deſiderium & imaginationem. nã vbi eſt ſenſus, ibi neceſſe eſt eſſe delectationem & triſtitiam, & apprehenſionem rei ſenſibilis, vt ex hoc ſequatur motus ad proſequendum delectabile, & fugiendum triſtabile: & q͂a corpus cœleſte omnino eſt inalterabile alteratione corruptiua: ideo nullo indiget ſenſu, nec imaginatione ad proſequendum aliquid vel fugiendum.

Vide commẽ. 2. Phy. 74. & 8. Phy. 15. & 4. de Aia. 5. & 6. & 2. de Gene. & animali c. 4.

Et debes ſcire, ꝙ iſtud corpus cœleſte non indiget virtute mouente ſemper in loco tãtum, ſed virtute largiente in ſe, & in ſua ſubſtantia permanentiam æternam, quoniam, & ſi ſit ſimplex, & non habet in ſe potentiam ad corruptionem, tamen eſt finitæ actionis neceſſario, quia eſt finitarum dimenſionum, & terminatarum ſuperficie continente ipſum. & omne tale, cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe, abſque eo ꝙ aliud largiatur ipſi permanentiam & ęternitatem, neceſſe erit vt ita ſit de finitate ſuę permanentiæ, ſicut eſt de finitate ſuę actionis: & ideo neceſſe eſt in intellectu potentiam eſſe largientem ipſi permanentiam ęternam, quemadmodum largitur ipſi motum proprium ęternum.

Hoc videt ſuperius dicto repugnat, ꝙ cœlum eſt ſimplex, & carens potẽtia ad corruptionẽ. Sed notum a leſ ns iſtorum.

Declarat quædam dubia de natura cœleſti. circa quod duo facit. Primo facit quod dictum eſt, ſecundo, quia in hac declaratione a propoſito principali fecit digreſſionẽ, reuertitur ad propoſitum repetens aliqua de iam dictis, & aliqua addit, ibi. (Iam induxit amor.) Primo adhuc duo facit. primo declarat illa dubia, ſecundo ex hoc infert quandam concluſionem ibi. (Vnde videmus cœlum:) Prima in duas. primo declarat cœlum indigere virtute largiente ſibi permanentiam æternam, Secundo oſtendit ipſum indigere virtute largiente ſibi motum proprium & figuram, & motum & menſuram, ordinem & qualitatem agendi ibi. (Et non habet tantum.) Primo dicit, ꝙ ſcire debemus, ꝙ corpus cœleſte non ſolum indiget virtute, quæ mouet ipſum in loco, ſed cum hoc indiget virtute, quæ det ſibi permanentiam & durationem æternã, ſcilicet quantum ad ſuam ſubſtantiam. quia, quãuis cœlũ ſit ſimplex non hñs potẽtiam ad corruptionem, eſt tñ nihilominus virtutis finitæ in agendo, quia eſt finitæ quãtitatis. In magnitudine autẽ finita non põt eſſe virtus infinita actiua, vt probatur Octauo Phyſicorum, & Secundo Cœli & Mundi: omne autem tale, quod eſt finitæ magnitudinis & virtutis in agendo, ſi intelligatur per ſe ſi-

Cœlũ indiget virtute largiente ſibi motum.

A ne aliquo dante ſibi permanentiam æternam, neceſſe eſt, ꝙ ſicut eſt finitum in virtute actiua, ꝙ ita ſit finitum in duratione & permanentia ſuæ ſubſtantiæ: quare apparet, ꝙ cœlum indiget virtute largiente ſibi motum. Notãdum, quia videtur, ꝙ Commen. contradicat ſibiipſi hic, & in Duodecimo Metaphy. ꝙ in corpore cœleſti non eſt potentia vt corrumpatur, ſed permanens æternum p̱ ſuam ſubſtantiam, motus autem eius poteſt corrumpi: & ideo æternitas motus eſt ens ab alio: & tota cauſa eſt, quia motus cœli habet contrarium ſ. quietem: ideo quantum eſt de ſe, poteſt corrumpi. ideo æternitatem ab alio poteſt recipere: ſubſtantia vero cœli non habet contrariũ: & ideo de ſe eſt incorruptibilis, & ſi eſſet corruptibilis ab alio nõ poſſet p̱petuari: quia ſubſtantiæ eſt per ſe exiſtere, & ideo ſuum eſſe quantum ad durationem eſt ex ſe, licet originaliter & inchoatiue poſſit eſſe ab alio: & ideo, ſi ſubſtantia cœli ſecundum ſe eſſet corruptibilis, non poſſet ab alio perpetuari, niſi natura poſſibilis mutaretur in naturam neceſſariã: quod eſt impoſſibile, vt probatum eſt in fine primi

B Cœli & Mund. & ideo etiam Comment. circa finẽ Octaui Phyſi. dicit, ꝙ in cœlo non eſt infinita potentia actiua, ſed in eo eſt potentia receptiua infinita ſecundum ſe, &c. Item videtur dicere Primo Cœli & Mundi, & in fine huius libelli, ꝙ cœlum ſecundum ſe eſt infinitæ permanẽtiæ: quare videtur ſibi contradicere omnibus ſupradictis.

Dicendum, ꝙ ſicut dicit Commentator Quarto Cœli & Mundi in ſubſtantiis ſempiternis non eſt agens niſi ſecundum ſimilitudinem, ſcilicet inquantum eſt forma conſeruans vt finis. Idem dicit Commenta. duodecimo Metaphyſi. modo, cum dicit Commenta. ꝙ cœlum indiget virtute largiente ſibi permanentiam æternam ſiue æternitatem permanentiæ, intelligit ꝙ iſta forma ſit finis & non efficiens. quaſi diceret, ꝙ illud quod eſt finitæ virtutis in agendo, & eſt determinatum in quantitate finita non eſt ad eſſendum per ſe ſimpliciter abſolutum ab alio, ita ꝙ ſit primum, immo de neceſſitate eſt propter aliud, propter quod tanquam propter finem ſic eſt permanens æternũ ſine corruptione: & ita ordinem habet & dependentiam

Super ad dictæ contradictiõis diſſolutio.

C ad aliud, ſicut ad finem. [I]ntellexit vero in prædictis locis cœlum habere permanentiã ex ſe formaliter, non ab alio efficiente, & hoc intelligitur ex verbis eius, & ita non eſt contradictio hic, nec ibi.

Et non hoc tantum, ſed neceſſe eſt hoc eſſe virtutẽ, quę largitur ei motum proprium, ſiue actionem, quæ eſt æternitas inter cæteros motus, ſcilicet localem motum in circuitu, & figuram proprium iſti motui, ſcilicet ſphęricam, & menſuram propriam vnicuique iſtorum corporum, & conuenientiam inter ea adinuicem in ordine & quantitate, ita ꝙ ex omnibus perficiatur vnus actus ſcilicet totus mundus. Nulla enim differẽtia eſt inter indigentiam virtutis actiuę in corpore &

D *in omni corpore, aut in vno corpore compoſito ex corporibus ſimplicibus huiuſmodi, & indifferenter, ſiue illud corpus fuerit generatum, ſiue non generatum.*

Oſtendit cœlum indigere virtute largiente ſibi motũ [p]roprium, & figuram, ordinem, & qualitatem agendi dicens: ꝙ cœlum non tantum indiget virtute largiente ſibi æternitatem permanentiæ, vt iam dictum eſt, ſed etiam cum hoc indiget virtute dãte ſibi motum, ſiue actionem, quæ actio eſt fixa, & æternitas, ideſt æterna: inter terminos autem motus localis circularis eſt qui proprie poteſt eſſe æternus, vt patet Quarto Phyſico. Indiget etiam virtute dante ſibi figurã propriam, & neceſſariam. ſ. mo-

tui circulari, videlicet sphæricā, & largientē sibi mensurā propriam vnicuique orbi cœlesti in qualitate actionis, & conuenientiā & ordinē agendi adinuicē, ita ꝙ ex actione omniū orbium & suorum motuū perficiaf vnus actus, q est totus mundus. Et subdit, ꝙ non est dĩa in hoc, vtrum cœlum sit corpus simplex, aut cōpositū, quantū ad hoc, vt indigeat virtute, per quā possit agere: quia vlr oē corpus siue simplex vel cōpositum, genitum vel ingenitum semper indiget virtute quæ est alia essentia a suo corpore, per quā agunt: & ista virtus est ab alio. Notandum fm Cōm. 2. Coe. & Mun. ꝙ actio diuina est prima intētione ꝓpter se, secunda vero intentione agit ꝓpter alia: & quia actio sua est ꝓpter suum esse, & quia suū esse est æternitas. ergo sua actio est æternitas: & hoc est etiā quod dicit hic. Notandū, ꝙ cœlū recipit a motore motū, & qualitatem mouendi, & conuenientiā motuum: quia ab alio & alio motore est alia & alia velocitas motus. & dicit ꝓpter hoc Phs. 2. Coe. & Mun. ꝙ si in primo cœlo essent plures stellæ vel maiores, vel nō moueref cœlum, vel moueref tardius: & hmōi rō est, quia corrūperef proportio inter motorē & mobile. Et ideo, sicut dicit ibi. Com. quia diuersi motores hñt diuersas virtutes, & diuersas proportiones ad diuersa mobilia. Itē, motus diuersorū orbium sunt diuersi in velocitate & tarditate: &, quia ꝓprietates eorum ad sua mobilia sunt ordinatæ, ideo est ordo & conuenientia inter motus: & hmōi ordo est a primo ordinante. & quia motui æterno primo cōuenit figura circularis, quæ est prima aptissima & perfectissima ad talem motū, ideo ꝓpter talem motum ab alio habet figuram tanq̃ a cā finali, ꝓpter quā est. Intelligendū, ꝙ oē corpus simplex vel cōpositū, genitum vel ingenitū semper indiget alio largiēte sibi virtutē agentē: ex quo .n. non pōt esse principium simplex, indiget alio in suo eē. si. n. ꝑ se posset agere, absq; quocūque alio posset subsistere, ita ꝙ esset principiū simplex: propter quod sit eius essentia tanq̃ propter finē, vt dictum est supra. sequitur igitur necesse ꝙ alio indiget sibi dante virtutem agendi.

Vnde videmus cœlū habere vnā virtutē non tantū mouentē omnia, sed agentē & conseruantē omnia, sicut est dispositio in corpore hominis, & in corpore facto propter finē propriū. Finis. n. significat agens significatione necessaria, sicut motum significat mouens.

Ex prædictis infert conclusionem. & primo facit hoc, secundo subiungit quandam distinctionem de agentibus ibi. (Sed de genere agentium.) Primo dicit, ꝙ, quia omne corpus indiget virtute sua dante sibi virtutem agendi: ex hoc concluditur, ꝙ ideo nos videmus cœlum non solū moueri ab alio, quæ actio sup. apparet ex suo motore, sed etiā videmus ipsum agere omnia ista inferiora, & conseruare ea deducendo ea ad debitos fines, sicut apparet in corpore humano, & in corpore facto ꝓpter aliquē finē. illud. n. quod generat corpus humanū, nō generat ipsum quocunque modo, sed ex modo quo sequitur finē propter quē. Ex quo sequif, ꝙ illud generans non solū mouet, sicut vnum corpus motum mouet aliud, sed agit ordinate cōseruando & deducendo ipsum in finē debitum: & ita finis significat nobis agēs, sicut motus significat motorem. Et facit hic Commen. dĩam inter agentem & mouentem: qm̄ per agens intelligit illud, quod in finē ordinatum deducit per mouentem quod solum mouet, sicut motum est ab alio: sicut apparet de mouente localiter, quod aliud mouet per suum motū. ex quo vult habere, ꝙ cœlum non solum est sicut motum a suo motore, sed etiam agit conseruando & ducendo in suum finē. Ex quo apparet, ꝙ habet virtutē actiuam, & per consequens ꝙ ipsam recipit ab alio, quia est corpus. Vlterius notādum, ꝙ finis significat agens significatione necessaria: quia nullum agens agit nisi propter finem, aliter actio esset frustra, vt apparet ex Secundo Phy. & ideo finis est, qui imponit necessitatem agēdi: sed q̃nque finis est acquirere quod non habet, vt in istis inferioribus, q̃nque cōseruare habita, vt in superioribus, siue separatis, vt Cōmen. dicit. 12. Meta. Intelligendum etiam, ꝙ, si corpora cœlestia agunt ꝓpter finem, necesse est esse aliud agens cōprehendens finē in virtute cuius agat: & hoc dicit Cō. in. 2. coe. & Mun. & in. 12. Meta. ꝙ corpora cœlestia non agunt nisi mota ab agentibus nobilissimis, quæ sunt Deus & Intelligentiæ.

Sed in genere agētiū quoddā est prius tēpore acto, & est omne, quod fit in sphęra istius mundi istius agentis, et istius acti: quoddā est prius naturaliter tantum, sicut est dispositio tēporis cum orbe, quem sequitur tempus, cui accidit et agens orbem. s. faciens ipsum in dispositionibus necessariis in inueniēdo finē, ꝓpter quē fuit.

F Ex hoc dat distinctionem vnam de agentibus. & intendit istam distinctionem, ꝙ de numero agentium quoddam est agens solum, & non actum, & quoddam est agens actum: sed istam distinctionem non dat explicite, sed satis dat eam intelligere ꝑ hoc. ꝙ ponit membra eius: sed statim secundum membrum huius diuisionis subdiuidit dicens, de numero agentium actorum, quoddam est prius tempore acto, & supple non natura: & talia supple sunt agentia inferiora, quæ sunt in sphæra mundi, scilicet inferioris. Quoddam vero est agens prius tempore & natura q̃ suum actum, & hic est orbis, quem sequitur tempus, & cui tempus accidit. Præterea subiungit magis primum membrum primæ diuisionis dicens, Et agens orbem est agens actum, quod facit ipsum orbem in dispositionibus necessariis ad finem acquirendum, propter quē est. Et est notandum, ꝙ non facit ipsum factione productiua, vt dicitur, duodecimo Metaphysi. sed est sibi quasi forma conseruans & perficiens, tanquam illud per quod habet esse, & per tale esse intelligit ꝙ illud agens non procedit ab eo actu immediate tempore, sed solum natura.
G Notandum, ꝙ sicut vult Commenta. octauo Physico. agentia particularia uel inferiora sunt agentia per accidens, & ideo præcedunt actum suum tempore solum, nō natura. Sortes enim qui generat Platonem, præcessit ipsum tempore, non natura: hoc enim fuit accidens, potuit enim esse ꝙ Plato præcessisset & genuisset Sortem. Vlterius notandum, ꝙ secunda agentia reducuntur ad prima agentia, sicut artes secundariæ ad artes primas, & hoc dicit Commen. duodecimo Metaphysi. ꝙ agens actū non agit nisi mediante virtute primi agentis, scilicet non actus & ideo dicit Comment. primo Coe. & Mun. ꝙ cœlum ēē medium siue quoddam ligamentum inter generabilia & corruptibilia & ipsum primum: quia necessarium est, quod inter ipsa, puta æterna & res tēporales sit ens, quod nunquam in sua substantia transmutatur, transmutatur tamen in loco. Item notandum, ꝙ ipsum cœlum, quod est vnum de agentibus actiuis, præcedit sua acta siue suos effectus ab eo tempore & natura, quia ipsum est æternū
H & sua acta sunt generabilia & corruptibilia.

Et cū ignorauerint quidā hoc esse de opinione Ari. dixerūt ipsum nō dicef causam agētem, sed causam mouentem tātum, et istud fuit valde absurdū. Et non est dubium in hoc, q. agens ipsum est mouens ipsum. quod enim mouet ipsum motu illi proprio, est illud, quod largitur ei primo dispositiones, per quas acquirit motum proprium. Et ista virtus est illa, quam laudat Aris. in multis locis sui libri de Cęlo et Mūdo, et indicat ipsam esse nobiliorem cęlo et altiorem.

Excludit circa dicta errorem quorũdam dicens, ꝙ, cũ quidam ignorauerint hoc esse de intentione Aristo. .i. esse aliud agens faciens orbes in dispositionibus necessariis ad acquirendum suum finem: ideo dixerũt, ꝙ Arist. nõ dedit causam agentem totum siue causam vniuersalem, sed solum dedit causam mouentem. & hoc est absurdum valde dici a Philosopho: & non est dubium in hoc, ꝙ illud, quod est mouens primum ipsum cœlum, non est agens ipsum: quod enim mouet ipsum motu proprio, primo illud est quod largitur ei dispositiones & virtutem, ꝑ quã acquirit motum propriũ. Et subdit, ꝙ ista virtus .i. quæ dat cœlo dispositiones, quibus acquirit motum & perfectionem propriam, est illa, quam laudauit Aristo. in multis locis libri sui de Cœlo & Mundo: & sciuit ipsam nobiliorem & altiorem cœlo, sicut causa est nobilior suo effectu. Et semper notandum est, quod ipsum primum principium est agens cœlum, sicut sæpe dictum est, nõ vt producens, sed vt forma conseruans, & vt finis propter quẽ est, & habet perfectionem. Vtrum autem primum principium moueat cœlum in genere causæ efficientis vel finalis habet specialem quæstionem. Sed est manifestũ ꝙ mouet in eo ꝙ largitur ei virtutem per quam acquirit motũ proprium, & non dicitur principium mouens, quia ab ipso dependet totum in esse & in mouere, vt finis.

Et iam induxit nos amor explanandi hoc, facere digressionem a principali .s. declaratione corporis cœlestis, quod est de cœlo tanq̃ corpus de animali.

Superius Cõmen. declaratione quorundam incidentaliter digressionem fecerat a proposito: ideo in ista parte reducit se ad principale propositum. circa quod duo facit. primo reducit ad propositum, significans se digressionẽ fecisse. secundo resumit quædam de iam dictis, vt aliud addat ibi. (Dicamus primo.) Dicit primo, ꝙ amor declarandi hoc .s. ꝙ supra dictum est, qualiter cœlum indiget virtute largiente sibi motum & permanentiam æternam, illud fecit nos digressionem facere a proposito ꝑincipali: quod erat quomodo cœlum est compositum ex motore & mobili, sicut animalia ex aĩa & corpore: & in quib9 conueniebant & differebant, ideo sup. facta illa digressione vel declaratione redeamus ad principale ꝑropositum.

Redeamus igitur ad id, in quo fuimus, & dicamus, ꝙ corpus cœleste communicat cum corporibus generabilibus & corruptibilibus in hoc, ꝙ est ex tribus dimensionibus .s. substantia recipiens dimẽsiones, & ꝙ vtraq; substantia non est sine dimensionibus.

Resumit quædam superius dicta de conuenientia & differentia cœli & animalium, vt aliquid addat: & primo resumit ea, in quibus conueniunt & differunt cœlum & animalia ex parte corporum, secundo ex parte animarũ ibi. (Et substantiæ existentes.) primo resumit conuenientiam ex parte corporũ, secundo differentiam ibi, (Sed inuenimus substantiam.) Primo dicit, Dicamus igitur, idest

D post q̃ nos reduximus ad pricipale propositum, dicam9, ꝙ corpus cœleste communicat cum generabilibus & corruptibilibus in hoc, ꝙ est habens tres dimensiones, idest substantiam recipientem tres dimensiones, ita ꝙ vtraque substantia corporum generabilium & corruptibilium & cœli est subiectum trium dimensionum. Sed notandum secundum Philosophum Primo Cœli & Mund. ꝙ solũ cœlum est magnitudo perfecta, cum diuisibile sit per oẽs mensuras: mensuræ autem sunt dimensiones .s. longum, latum, & profundum: sine quibus nõ potest esse corpus, ideo omnia corpora in hoc communicant.

Sed inuenimus substantiam deferentem dimensiones, et dimensiones in corpore generabili et corruptibili, vel corporibus generabilibus et corruptibilibus eas

A *dem numero in potentia, non easdem actu .s. ꝙ dimensiones communes omnibus corporibus generabilibus et corruptibilibus sunt eodem modo in potentia, quia inuenimus idem corpus transferri de forma in formam, et ex dimensionibus in dimensiones alias in actu. verbi gratia ꝙ corpus, quod est aer, transfertur in corpus, quod est ignis.*

Resumit primo ea, in quibus differunt ex parte corporum generabilium & corruptibilium, secundo tangit cõditiones, in quibus differunt ex parte corporis cœlestis ibi. (Corpus vero cœleste.) Circa primum etiam duo facit. primo ponit conditiones generabilium & corruptibilium, secundo ex hoc mouet quandam quæstionem. ibi. (Quærẽdum est) Circa primum etiam facit duo. primo

B ostendit conditiones vel naturas generabilium, secundo probat eas, ibi. (Si igitur hoc corpus.) Primo dicit ita. Dictum est, ꝙ corpus cœleste & generabile in hoc communicant, ꝙ habent tres dimensiones: nunc dicit, sed inuenimus substantiam deferentem dimensiones easdẽ in actu numero & hoc est proprium generabilium, ꝙ subiectũ, in quo dimensiones, & etiam ipsæ dimensiones, quæ sunt communes omnibus generabilibus & corruptibilibus, sunt eædem actu, & ita, sicut subiectum dimẽsionum est idem numero in potentia, ita dimensiones, secundum ꝙ sunt communes omnibus formis generabilibus & corruptibilibus, sunt eædem numero in potẽtia, & nõ in actu: & hoc declarat in exemplo, videmus enim idem corpus transferri de forma in formam, & de dimensionibus in dimẽsiones alias in actu, eadem natura corporeitatis, quæ est ex subiecto & dimensionibus secundum se acceptis, transfertur de forma in formam, quæ dat alium actum essendi, & per consequens alios & alios terminos ipsis dimensionibus: & illæ dimensiones dicuntur alia actu. ver-

C bi gratia corpus, quod est aer, trãsfertur in corpus, quod est ignis, idest corporeitas, quæ est sub forma ignis: & ita tam subiectum ꝙ dimensiones prout sunt communes omnibus formis sunt eadem numero in potentia, & non in actu. Qualiter autem materia prima est eadem numero, declaratum est supra auctoritate Commen. 12. Meta. & etiam de dimensionibus declaratum est supra, sup. cũ probatum est, ꝙ sunt eadem in potentia & non in actu.

Si igitur hoc corpus cõmune formæ aeris et ignis esset idem numero in actu, tunc forma esset accidens. et si essent duo in actu, et transmutaretur vnum in alterũ, necesse esset corporeitatem destrui de corpore corrupto ad non corpus et corporeitatem generatam generari ex non corpore: vnde necesse est eas habere naturã corporalem sibi communem.

D Hic probat conditiones gñabiliũ dicens, si aliquis vellet dicere hoc corpus, quod est cõmune formæ aeris & ignis, sup. corporeitas, q̃ est ex dimensionibus & ex mã, quæ transfert de forma aeris in formã ignis, si esset eadẽ in actu ſm numerũ, tunc sequeret, ꝙ forma adueniẽs esset accñs: quia adueniret enti in actu. & sic, formæ substantiales essent accidẽtia, & etiã generatio non differret ab alteratione: quod est inconueniens, vt patet. 1. de Gene. Si vero aliq̃s diceret, ꝙ illa nã corpeitatis sunt duæ in actu, & cũ vna trãsmutaret in aliã, tũc oporteret corporeitatẽ corporis corrũpi in nõ corpus, & corporeitatẽ corporis generãdi gñari ex nõ corpore: & ita corpus fieret ex non corpore, quod est impossibile. Ex quo cõcludit, ꝙ necesse est illa corpora, q̃ adinuicem transmutantur, habere naturã corporalẽ cõmunẽ, ita ꝙ sint eadem in potẽtia & nõ

in actu, quæ omnia declarata sunt prius. Quod autē corpus fiat ex non corpore, hoc est impossē, ut apparet Primo de generatione.ca.de actiuis & passiuis: quia corpus non potest agere post q̄ corporeitas esset corrupta.

Quærendum est igitur, vtrum ista sit vna aut plures. & si vna, vtrum sit vna potentia, aut actu: & si plures, similiter.

Mouet circa dicta quandam qōnē.& primo mouet, secundo soluit ibi. (Cogimur igitur ponere.) Primo dicit, q̄ probatum est iam q̄ generabilia hn̄t naturā cōem corporalem: modo dicit, q. quærendū est de ista natura vtrū sit vna: & si vna, vtrum in actu, & si similiter sint plures, vtrum sint plures in actu.

Cogimur igitur ponere vnam in potentia, & plures in potentia. Declarabitur igitur secundum hoc, q. corpora, quę sunt hic, sunt generabilia & corruptibilia, ipsa componi ex substantia, quę est in potentia, & dimēsionibus existentibus in ea quę sunt potentia: & etiam, q. illud corpus, quod est vnum potentia, est multa in potētia: & cum exiuerit in actum, erit materia in actu.

12 Meta. comm.14

Vnde dicit Aris. q. materia non habet esse in actu, nisi secundum q. videtur, quemadmodum forma non habet esse in actu, nisi secundum q. intelligitur.

Soluit & dicit, q̄ quod cogimur ponere, q̄ ista natura, est vna in potentia, & plures in potentia, est vna in potentia per priuationē omnium formarū indiuidualium: & est plures habitudine ad formas diuersas, vt Cōmē. dicit. 12. Meta. & subdit conclusionem dicendo, q̄ declarabitur ex iam dictis, q̄ corpora generabilia sunt composita ex subiecto, quod est in potentia. s. materia prima, & dimensionibus existentibus in ea, quæ sunt in potentia ad diuersos terminos, & actus diuersarum formarum: & q̄ illud corpus, quod est vnum in potentia continens materiam, & dimensiones in potentia, cum exit in actū per formā, & materia in actu, & similiter dimensiones. Vnde Arist. ex dictis infert conclusionem vnā dicens, q̄ materia non habet esse in actu, nisi ſm q̄ intelligiť. Notandum, sicut dr̄ primo de Generatione, materiam nō esse posse existere sine forma, licet possit esse sine hac vel illa: per formam aūt habet actum essendi, & efficitur subiectum in actu accidētium, per quæ accidentia ipsa est sensibilis: & ita non habet esse in actu sine passionibus & accidentibus, quibus sentitur: forma vero est in materia per dimensiones & cōditiones materiæ. nam sic particularizata non est in actu: sed cum per virtutem agentis abstrahitur a conditionibus materiæ, sic intelligitur in actu, vt habeť tertio de Anima.

Quomodo forma ad intellectum, materia vero ad sensum spectet.

Corpus vero cœleste, cū non transmutetur secundū subiectū, necesse est ipsum componi ex substantia in actu & dimensionibus in actu: & ideo est ingenerabile & incorruptibile. Et, cū ita sit, corpus cœleste est materia recipiens formā cœli hoc modo, qui declaratus est de hac materia. s. de eius conuenientia cū materia generabili & corruptibili in aliquo, & diuersitate eius ab ea in aliquo. Nam in vtroq; est etiam materia, secundum q. videtur, & similiter etiā secundum q. inuenitur in eis potentia ad motum in loco: & si in corpore cœlesti non sit potentia ad transmutationem.

Nō vniuoce materia in cœlo & in gñab. & corrup. inueniť, tamen vtraq; sensibilis sit.

Tangit conditiones ex parte corporis, quia dixit, q̄ generabilia sunt ex subiecto & dimensionibus in potentia,

E modo dicit, Corpus vero cœleste, cum sit intransmutabile secundum subiectum, necesse est ipsum cōponi ex subiecto in actu, & dimēsionibus in actu quia hæc est causa, quare non transmutatur in substantia, vel q̄ sit ingenerabile & incorruptibile. s. nō habere materiā, quæ est in potentia ad esse nec dimensiones: ex quo concludit dicens, q. cū ita sit, sup. vt dictum est, corpus cœleste est recipiens formam cœli. s. motorem eius hoc modo, quo declaratū est: videlicet secundum differentiam & conuenientiam eius ad materiam generabilium & corruptibilium: & quia vocauit corpus cœleste materiam, subdit, q̄ vtraq; potest dici materia tam corpus cœli, q̄ materia generabilium: nā vtraque est sensibilis, saltem sensu visus, & vtraque est in potentia ad vbi, licet in corpore cœlesti non sit transmutatio in substantia, sicut in generabilibus.

Et substantię existentes in substantiis existentibus in corpore cœlesti non sunt potentia ad transmutationem, vt substantię existentes in substātiis existentibus

F *in corpore generabili & corruptibili sunt. & similiter est in corpore cœlesti. declaratū est. n. de eis eas esse cōuenientes cū formis generabilibus et corruptibilibus in aliquo, & differentes ab eis in aliquo. Et ex hoc modo illud, quod congregatur hic ex anima et corpore dicitur animal, cū hoc, q. illud, quod cōgregatur illic ex corpore et anima, dicitur animal non ęquiuoce sed secundum prius et posterius.*

Cōpōnit cœleste corpus ex actu similiter gñabilium vero ex actu & potentia.

Resumit ea, in quibus differunt ex parte animarum. & primo facit hoc, secundo ex hoc infert quādam conclusionem. ibi (Et ideo necesse.) Primo dicit, q̄ substantiæ existentes in substantiis, q̄ sunt sicut in corporibus generabilibus & corruptibilibus, idest formæ vel animæ, quæ sunt in corpore cœlesti, & animæ cœlestes declaratum est

G de eis qualiter sunt adinuicem conuenientes in aliquo, & differunt in aliquo: ita q̄ illud, quod est aggregatum ex anima & corpore tam in cœlestibus q̄ in istis inferioribus dicitur animal non æquiuoce, sed ſm prius & posterius. Declaratum est enim in p̄cedētibus, q̄ motores cœlestes conueniunt cum animabus animalium in hoc, q̄ dāt suis corporibus motum localem, ita q̄ per ipsas animas cœlestes cœlum mouetur ex se, & habet desiderium, & intellectum & figuram nobilissimam, & motum circularem p̄petuum, & alias perfectiones: ita q̄ illud corpus est materia animalium cœlestium, sicut corpora animalium, sed differunt in hoc, q̄ animæ cœlestes non subeūt in esse per sua corpora, nec dant suis corporibus esse: & ideo animalia cœlestia componuntur ex subiecto in actu & actu, vel animabus, aut motoribus suis, animalia vero inferiora cōponunť ex animabus & subiecto in potentia.

Et ideo necesse est in talib⁹ naturis, vt prius sit causa posterioris, vt dictū est de hac natura alibi. ver. gr.

H *illa, quę dicuntur calida, sed diuersificantur secundum magis et minus.*

Infert ex dictis quādam conclusionem dicens, q̄ ideo necesse est, q. in talibus naturis. s. dictis ſm prius & posterius, vt prius sit cā posteriorū, sicut dictum est alibi de tali nā. videlicet, q. illa, q̄ sunt calida dn̄r ſm magis & minus, necesse est q. illud, quod est primo calidū sit causa caloris in omnibus aliis, quia vt diciť secundo & quarto Meta. prius in vnoquoque genere est causa omniū posteriorū.

Quoniā igitur cœlū cōponitur ex forma et materia, sicut est dispositio in animalibus, quę sunt hic, declaratum est. amplius in quo conuenit forma istorum

formis

cum formis illorum: & etiam in quo differũt. & in quo differt vltimus motor istorũ ab vltimo motore illorũ.

Recapitulat determinata in hoc capitulo dicens, q coelum cõponitur ex materia & forma sicut animalia, quae sunt hic. Declaratum est etiam in pcedentibus, in quo cõuenit forma istorum inferiorum animalium cum forma superiorum & coelestium. declaratum est etiã in quo differt vltimus motor istorum inferiorum ab vltimo motore coelestium. Nam declaratum est supra, q motor animalium inferiorum componitur ex duplici motore. s. ex anima, & re desiderata extrinseca existente: propria autẽ res desiderata est primum mouens, quod mouet animã, vt patet Tertio de anima. ipsum autem animal coeleste cõponitur ex vno motore & vno moto. & licet motor coeli moueat, mouet tamen propter id quod intelligit & desiderat de primo principio: quia cum illud, quod intelligit de primo, idem esse habeat in intellectu suo & in re, eo q vtrunque est intellectus abstrahens. s. tam recipiens q̃ receptum, efficiuntur vnum & idem vna perfectione: ita q illud, quod mouet, & proportio qua mouet, idem est: & ideo non mouet ad aliquid acquirendum, vt supra dictũ est: & ideo motus eius est continuus & aeternus. B

In qbus nõ accĩtibus comunicãt. differãtue corpora cœlestia, & q sunt hic.

Remanet igitur considerare in quo cõueniunt haec duo genera de accidentibus, & in quo differunt.

Postq̃ Cõmenta. determinauit de duabus naturis ex quibus coelum componitur, ſm q conueniunt & differunt cum duabus naturis generabilium & corruptibiliũ quantum ad essentialia eorum, hic ostendit qũo differunt & conueniunt quantum ad accidentalia cõia. circa quod primo ponit intentionem suam, secundo exequitur ibi. (Differunt.) Primo dicit, remanet igitur perscrutari, siue considerare, in quo conueniunt haec duo genera de accidentibus rerum, quia declaratum est coelum esse compositum ex subiecto & forma, sicut animalia, quae sunt hic: consideratum est enim quo ad suum subiectum. s. materiam & formam coeli, & istorum inferiorum: & quãtum ad essentialia eorum, nunc remanet considerare qũo illae naturae. s. coelum, & ista inferiora conueniunt & differũt quantum ad accidentalia.

Alteratio secũdũ sensibiles qualitates, quę passiua dr a coelestibus ab est, & corruptibilibus ppria est.

Differunt enim in natura passiua, quae est alteratio: & conueniunt secundum accidentia, secundum quę non transmutatur substantia. Haec enim alteratio, secundum quam transmutatur substantia alterati, videtur esse propria corporibus, quorum substantiae admiscentur potentiae, & sunt corpora generabilia & corruptibilia.

Hic exequitur: & primo tangit accidentia, in q̃bus ista duo genera. s. coelum, & ista inferiora omnino differunt, secundo tangit accidentia, in quibus conueniunt ſm conuenientiam & differentiam. ibi. (Accidentia vero.) Primo dicit, q coelum & ista inferiora differũt in natura passiua, quae dicitur alteratio. i. differunt in qualitatibus passibilibus, quae sunt de tertia specie qualitatis: nam alteratio vel qualitas, ſm quam transmutatur substantia alterati. i. quae per quandam transmutationem introducitur, ita q aliquid abucitur, & aliquid introducitur, dicitur esse propria corporibus, quorum substantiae admiscentur potentiae, & talia corpora sunt generabilia & corruptibilia, & talis qualitas non conuenit corpori coelesti, & ideo dicit Philosophus primo Coe. & Mũ. q alteratio passiua, quae est cum corruptione contrarii, non est in coelo, quia haec disponit ad inductionem substãtialis formae, alteratio vero perfectiua, quae nihil tollit eorum, quae prius erãt, talis est in coelo. D

Accidentia vero, quae non transmutant substantiã deferentis, sunt cõmunia vtriq; corpori. Et primũ istorum est motus localis, & diaphaneitates, & qualitates, quę sequuntur ista. s. raritas & densitas. Videtur. n. q raritas & densitas sunt causę fere diaphaneitatis & non diaphaneitatis. sed tamẽ dicũtur vtręque in vtroq; corpore secundum prius et posterius, sicut dicitur corporeitas. A

Ostendit accidentia, in quibus conueniunt & communicant coelum & ista inferiora ſm conuenientiam & differentiam. primo ostendit accidẽtia, quae communicãt coelo & istis inferioribus ſm prius & posterius. Secũdo ostẽdit accidentia, quae conueniunt eis aequiuoce. ibi. (Similiter quae conueniunt.) Primo dicit, q accidentia, quae non transmutant substantiam deferentis & subiecti, sunt communia vtrique corpori. s. generabili & coelo: & primum accidentium istorum est motus localis, & diaphaneitas: et etiam qualitates, quae cõsequuntur istam diaphaneitatẽ, quae sunt raritas & densitas, sunt sup. in genere talium accidentium, quae non transmutant substantiam deferentis. B Et quia dixerat, q raritas & densitas sunt qualitates, quae consequuntur diaphaneitates & non diaphaneitates, ideo subiungit declarationem huius dicens, q forte videtur q raritas & densitas sint causae diaphaneitatis. Et dicit fere, quia hic non probat per certitudinem, sed magis in secundo Coe. & Mun. & in parte sequenti declarat aliqualiter cum dicit, q illa accidentia sunt communia vtrique s. coelo & corpori generabili. Subiungit differentiam. d. q verumtamen differunt ista accidentia in coelo & in istis inferioribus: quia dicitur de eis secundum prius & posterius, sicut corporeitas. Notandum, sicut dicit Commen. Secundo Coe. & Mund. Inter accidentia, quae non transmutant subiectum, est motus localis: cum enim aliquis localiter mouetur, non transfertur in se ita q corrumpatur aliquid de his, quae prius erant, & ideo generatio & corruptio, quae est successiua, & quae est in tempore, quae dicitur alteratio passiua, transmutat suum subiectum corrumpendo aliquid de his, quae prius erant, & ideo generatio & corruptio sunt finis alterationis, vt dicit Commẽta. sexto Phy. Secundo notandum, q motus in coelo, & raritas & densitas in istis inferioribus dicuntur analogice: quia raritas & dẽsitas in superioribus sunt causa in istis inferioribus, similiter & motus: & haec est causa, q in coelestibus illa non suscipiunt magis & minus, sicut in istis inferioribus. Nam sicut dicitur in Octauo Metaphysi. quod conuenit causae & causato & nobiliori modo competit causae q̃ causato. C

Et similiter conueniunt in illuminatione et obscuritate. sed hęc magis videntur dici aequiuoce, quam secundum prius et posterius.

Oñdit accñtia, quae cõueniũt coelo & istis inferioribus aequiuoce. & primo ostendit hoc de colore, secundo de lumine. ibi. (Et accidentiũ.) Prima in duas. primo oñdit qũo diuersimode reperit in coelo, secũdo qũo in partibus. ibi. (Et partes diuersificant) primo pponit intẽtũ suũ, secũdo. exequit ibi. (Lux. n. vr.) Primo. d. q sir cõueniũt corpora coelestia, & haec inferiora in illuminatione & obscuritate, sicut sup. cõueniunt in diaphaneitate & raritate & dẽsitate, sed haec illuminositas magis vr dici de coelo, & de istis inferioribus aequoce, q̃ ſm prius & posterius. D

Corpora coelestia secundum se actu diaphana sũt, nõ sic inferiora corpora, q nõ nc lucis diaphana sunt.

Lux enim videtur fieri hic in corpore igneo diaphano simplici, quod est in concauo orbis Lunae, quando agit in corpore denso, et admiscetur cũ eo. Et ideo videtur q causa illuminationis partiũ corporis cęlestis. s. stellarũ ẽ dẽsitas illi9 partis. i. diaphanę i actu ex orbe.

& hoc apparet in stellis, quę eclypsant se adinuicem: & hoc bene apparet in Luna. Et, cum ita sit, stellarum, & substantiæ cœli est eadem natura secundum q, omnes antiqui dicunt, & vt Arist. narrauit in libro Cœli & Mundi & corpus cœleste secundum hoc est diaphanum per se in actu, contrario corporibus diaphanis, q̃ sunt hic, quę sunt diaphana in actu apud p̃sentiã lucis.

Declarat propositum dicens, q lux videt hic fieri.i. apparet q fit in corpore igneo simplici diaphano, quod est in concauo orbis Lunæ, vbi est sup. sphæra eius, & locus naturalis, quando agit in corpore denso.s. terreo & opaco, & admiscetur cum eo, & sic lux causat lucem, & ex admixtione ignei diaphanum cum terreo, scilicet cũ diaphanum terminatur per densum: & ideo dicitur, q causa maioris illuminationis cœli partium quarundam, scilicet stellarum est densitas illarum partium, quæ sunt diaphanæ in actu. & subdit, q hoc apparet, scilicet quod sint stellæ densæ, quia eclypsantur a se inuicem, cum vna opponitur alteri: & apparet bene in Luna, quæ eclypsatur secundum alias stellas: ipsa etiam cum illuminatur a facie superiori lumen non penetrat corpus eius immo tũc ipsa est obscura in facie, quæ est versus nos. Et subiungit, cum ita sit, vna est natura stellarum & substantiæ cœli, secundum q dicunt omnes antiqui, vt manifestat Arist. in lib. Cœli & Mundi, sequitur ergo, q corpus cœleste est diaphanum per se in actu, idest non ex alio: causa enim maioris luminis in partibus stellatis non est alia q̃ densitas illarum, nõ commixtio ignea cum terrea: quia corpus cœleste est simplex, & non est commixtum ex diuersis: & eadem est natura omnium partium cœli. igitur corpus cœleste per se in actu lucidum totum est diaphanum. Et subdit, q econuerso est de corporibus inferioribus, quæ sunt diaphana in actu non secundum se, sed apud præsentiam vel commixtionem ignei cum terreo. Nota, vt dicit Commen. in Secundo Cœli & Mund. & in de Sensu & Sensato, q in istis inferioribus nihil est lucidum de se simpliciter. ignis enim per nimiam raritatem non lucet in sphæra sua, & multũ minus nec terra, nec aqua, nec aere, quia lux in inferioribus est gratia ignis, vt dicit Commẽ. Secundo de Anima: & ideo quæcunq; inferiora lucent hoc faciunt post mixtionẽ ignis cum opaco terreo: cœlũ autem lucidum est de se, non participans lumen ab alio, nec per commixtionẽ. quia non est in eo cõmixtio. Vlterius notandum est, q sicut rarum & densum, quæ sunt causa illuminationis, dicuntur æquiuoce hic & in inferioribus: cum luminositas & obscuritas dicantur æquiuoce hic & ibi, q hoc lumen fit ex commixtione rari cum denso, in cœlo vero nõ est nisi per suam naturam simplicem luminosum. Nam vt vult Philosophus. & Commen. Secundo Cœli & Mun. totum cœlum est luminosum de se, licet partes differant fm magis & minus. Quod est cõtra intentionem quorundam Astrologorum, qui dixerunt Solem esse in medio planetarum, sicut regem in regno, vt omnibus virtutem & lumen influat tam in superioribus q̃ inferioribus, cum Commentator non dicat q aliæ stellæ recipiant lumen a Sole, immo de se lumen habent, cum totum cœlum & stellæ sint eiusdem naturæ, & diaphanum in actu.

Cœlũ quõ secundũ se lucidũ est.

Et *partes diuersificantur in diaphaneitate & non diaphaneitate, ita q, in eis sit aliquid simile colori, sicut in galaxia.* Et *Luna videtur esse densa & obscura, & recipiens lucem ex alio, scilicet Sole.* Dicit *Aristo. in libro de* Animalibus, *q, natura eius est vnigenea naturę terræ, plusquam ceterarum stellarum.* Et *forte corpora cœlestia diuersantur in densitate & raritate, quæ*

Vide secũdo cœ. 49.

B *sunt causę illuminationis & obscuritatis, licet hoc non inueniatur nisi tãtum in Luna. Secũdum hoc igitur est intelligendum, vt mihi videtur dispositio in illuminatione corporum cęlestium.*

Oñdit quomodo lumen reperitur in diuersis partibus cœli. d. q partes cœli diuersificãtur in diaphaneitate & nõ diaphaneitate, ita q in aliquibus partibus inuenitur aliqd simile colori, & aliquæ partes diaphanæ sunt. queãdmodum vitrum quod videtur habere determinatum colorem: & sunt partes magis visibiles q̃ aliæ partes, vt apparet in galaxia, quæ videtur habere colorem lacteum vel album inter alias partes non stellatas. Et subdit q Luna videtur esse diuisa in suo subiecto: quod dicit propter maculam, quæ apparet in ea, & est recipiens lumen ab alio.i.a Sole. vnde Aristo. in libro de animalibus dicit, q natura eius est vnigenea naturæ terræ plusquam natura aliarum stellarum: & subdit, q forte ista tota diuersitas in lumino-
F sitate & obscuritate partium cœli est propter diuersitatẽ in raritate & densitate, quæ sunt causa luminis & obscuritatis: licet hoc non inueniatur nisi tantum in Luna.s. q ipsa fm se sit obscura recipiens lumen inæqualiter in omnibus suis partibus. Et dicit hoc forte, quia super hoc nõ inducit rationes probantes: & subdit q hoc intelligendum est de illuminatiõe corporum cœlestium., vt sibi videtur.

Nota, q partes stellatæ, quæ sunt densiores, intrinsecus sunt magis luminosæ, vt iam dictum est, q̃ partes nõ stellatæ: sed inter partes non stellatas est differentia, quia aliquæ partes sunt densiores aliis, ut apparet de galaxia, q̃ galaxia est in Octauo orbe, vt dicit Commẽ. & cum hoc concordat antiqua translatio in primo Meteororum, licet noua aliter habeat. Sed notandũ q Luna differt ab aliis stellis in hoc, q minus habet lumẽ fm se & magis recipit ab alio. ita q sicut terra est fex aliorum elementorum, & de se magis est obscura, ita Luna est fex omnium planetarum: quia magis est obscura, & in hoc assimilatur terræ: & etiã in eo, quod est infima inter omnes planetas. ideo
G Arist. in de generatione animalium dixit, q inter alias stellas magis assimilatur terræ. Vtrum autem Luna habeat aliquod lumen de se habet etiam quæstionem, & credo q sit debile. quia etiam, cum in facie quam habet versus nos non illuminatur a Sole, videtur a nobis, licet debiliter propter modicum lumen eius. De causa autem maculæ eius non est hic ratio eius inquirenda, quia in secũdo Cœ. & Mun. sufficienter inquiretur: sed hoc est tenendũ, q sicut ibi dixit Commen. causa eius est diuersitas partiũ Lunæ in raritate & densitate, ita q aliqua pars est ita rara, q non recipit lumen a Sole fm modum receptionis aliarum partium, & istæ partes faciunt quãdam figuram in superficie Lunæ, quæ apparet sicut obscura.

Luna quo habeat ad ipsam terram p[ro]portionem.

Et *accidentium cõmunium corpori cælesti, & generabilibus & corruptibilibus, est calefacere.* Et *Aris. videtur dicere, q, corpora cęlestia non calefaciunt secũdũ q, sunt calida, sed secũdũ velocitatẽ motus. & ratiocina-*
H *tur in hoc ex hoc, q, accidit in sagitta directa, & resoluit plũbũ, quod est in ea, & dicit i Met. q, nõ seqtur, vt fiat accidens ex sibi simili nec in specie, nec in genere, sicut sequitur in qualitatibus quæ sunt substantiæ.*

Tametsi cœlestia calefaciũt calida nihilo minus non sunt. 2o cœ. 42. 1. Meteo.

Ostendit quomodo calefacere competit cœlo æquiuoce & istis inferioribus. circa quod tria facit. primo proponit propter quid calefacere est commune cœlo & istis inferioribus cum corporibus generabilibus: quod ad sensum est manifestum. secundo inquirit ad probandum, vtrum corpora cœlestia calefaciant eo q sunt calida ibi. (Vt Aristote. videtur.) Ad hoc primo adducit rationes ad vtranque partem probandum, secundo determinat veritatem ibi. (Et forte corpora cœlestia.) Ad hoc

primo

primo adducit duas rationes ad ꝓbādum ꝙ corpora cœleſtia non ſunt calida, licet calefaciant, ſecundo adducit rationes in oppoſitum .ſ. ꝙ calefaciant vt calida. ibi. (Et forte.) prima in duas ſm duas rationes. ſecunda ibi. (Et expoſitores.) Circa primū ſic ꝓcedit. quia dictū eſt ſtatim ꝙ calefacere eſt de accidentibus cōībus cœlo & inferioribus, modo dicit Cōmē. ꝙ Ariſt. vidit ꝙ corpora cœleſtia nō calefaciunt ſm ꝙ calida: ſed magis calefaciunt velocitate ſui motus: & ad hoc adducit rationē ſenſibilē in ſecundo Cœ. & Mun. valet. ꝙ motus eorum calefaciunt & inflāmant etiā corpora ſolida & dura, vt patet in ſagittis plūbatis, quæ cū velociter & ad multam diſtantiam impellūtur, liquet in eis plūbum ab inflāmatione cauſata ex velocitate motus. Et quia aliquis poſſet iſtā rōnem impedire dicendo, ꝙ hoc non poteſt eſſe ex motu, quia oē quod generaṫ, a ſibi ſimili in ſpecie vel in genere generatur. hoc excludit & ſubdit, ꝙ Ariſto. non dixit in Metaphyſica, ꝙ omne accn̄s, quod fit, fiat a ſimili in genere vel in ſpecie, ſicut ſequiṫ in ſubſtantiis. Sic igiṫ apparet ꝙ licet corpora cœleſtia calefaciant, non tn̄ ſunt calida. Notādum B

Motus eſt cā caloris.

ſicut dṫ. 8. Phy. ꝙ motus generat calorē, quia motus eſt vita oium eorum, quæ ſunt ſm naturā: & hoc manifeſtū apparet in igne, vt Cōmen. dicit ſecundo Cœ. & Mun. quia cū igniṫ moueṫ, ſed non cū extinguiṫ: & ſic motus eſt perfectio omnium corporum maxime perfectio corporis calidi. Cū igitur corpus calidū fecerit motum erit in vltima ſui perfectione, & cū fuerit in vltima ſui perfectione erit in eo calor, ſicut omnia accidentia ꝯn̄a formā ſunt in ſua perfectione, cum illa forma, quam conſequunṫ, eſt in ſuo eſſe perfecto: & ſic per motū calor perficiṫ, & etiā reducitur de potentia in actū in corporibus, in quibus eſſe calidū ſopitum: ſed in corporibus non calidis ſimiliter generaṫ calor per motum ex hoc, ꝙ per motum aeris & actionem aer calefiat, & aer calefactus calefacit illa corpora. vel etiam ipſa corpora mota, ſi ſunt diuiſibilia, rarefiunt per motum, intantum etiam ꝙ igniunṫ, nam raritas vltima eſt propria diſpoſitio ignis.

Raritas eſt vltima ad ignē diſpō

Ad iſtā rō ſecundā.

Et expoſitores dāt cauſam ſecundā .ſ. illuminationē: dicunt enim ꝙ, lux in eo ꝙ, eſt lux videtur calefacere quando reflectitur: & dicunt, ꝙ, non eſt de accidētibus propriis igni, ſed de communibus accītibus igni et corpori cœleſti. C

Ponit ſecundam rationem ad hoc dicens, ꝙ expoſitores Ariſt. dant ſecundam cauſam, propter quam cœlum calefacit, & non eſt calidum: & eſt illuminatio. dicūt. n. ꝙ lux eſt in eo, & lux videtur vl̄r calefacere in rarefactione luminis. & dicunt, ꝙ hoc non eſt de accidentibus propriis ignis, ſed de accidentibus communibus generabili & corpori cœleſti, quod poteſt referri ad lucem: ita ꝙ lux non eſt proprium accidens igni, ſed cōmune ſibi & cœlo, & idem dicit Pħs ſecūdo de Anima. vel pōt referri ad lucem, ita ꝙ ſit concluſio, apparet ex hoc .ſ. ꝙ calefacere non eſt ꝓprium igni, ſed cōmune ſibi & cœlo: primū tn̄ magis videtur ad intentionem literæ. Notandum ſicut apparet per Cōmē. Secundo Cœ. & Mun. & ad ſenſum patet, ꝙ lumen calefacit. nam videmus per rarefactionem radiorum luminis ignem generari, & corpora inflāmari, vt apparet in ſpeculis ardentibus. videmus etiā loca vmbræ eſſe frigida· cum autem corpus aliquod terſum et politum ex oppoſito vmbræ ponitur: ita ꝙ radii luminis ad loca vmbræ reflectuntur tunc videmus illum locum calefieri, qui fuerat frigidus. Vlterius notandum ſm Cōmen. ꝙ ad hoc ꝙ lumen calefaciat pōt eſſe duplex cauſa: quia, ſi lumen fuerit perfectio corporis ignei vel calidi, tunc dicemus de ipſo ꝙ corpus naturaliter calidum, cū ſit illuminoſum, erit in ſua vltima perfectione: aut diceṫ, ꝙ lumen ſtellarum per ſuam proprietatem defert calorem, & calor copulatur ei cum reflectitur, & tamen remoueṫ per remotionem eius. D

Lumē calefacit duplici ex cauſa

Et forte dicendum eſt ad hoc, ꝙ, nō eſt remotum, vt calor dicatur in eis ęquiuoce per hoc ſignum .ſ. ꝙ, actio eorum diuerſatur: calor enim ignis corrūpit et deſtruit entia, & maximę ignis illuminantis: calor vero corporum cœleſtium largitur vitam vegetabilem, ſenſibilē, & animalem. Et ſecundum hoc calor erit duobus modis, calor qui eſt de qualitatibus paſſiuis, quę tranſmutant ſubſtantiam, in qua ſunt, & calor, qui non eſt de qualitatibus paſſiuis, ſicut eſt diſpotio in diaphanitate, & non diaphanitate, ſcilicet ꝙ, quædam ſequuntur qualitatem paſſiuam, & quędam non. A

Calor cœleſtis & elementaris qō æquoce dicitur.

Declarat huius oppoſitum: & primo ratione, ſecundo auctoritate ibi. (Conſiderantes.) Primo dicit, ꝙ forte dicendum eſt ad hoc, ideſt ꝙ aliquis forte poteſt contradicere ſupra dictis per hoc, ꝙ corpora cœleſtia calefaciunt ſm ꝙ calida, ſed calor dicitur de eis & inferioribus æquiuoce, vt patet per hoc ſignum, quia diuerſa eſt calefactio quam facit ignis, & alia inferiora calida. nam calor ignis corrumpit & deſtruit inflammando, calor vero cœleſtis, largitur vitam vegetabilem, & animalem, ideſt ſenſitiuā; quia igitur ex diuerſitate actionū arguitur diuerſitas formarum, ideo alterius naturæ eſt calor ignis, & cœli, & ſubdit, ꝙ ſecundum hoc eſt duplex calor: quidam de qualitatibus paſſiuis, qui tranſmutat ſubſtantiam in qua eſt, & hic eſt calor ignis: & quidam eſt, qui eſt qualitas perfectiua ſubſtantiæ, & hic eſt cœli, ſicut etiam iam dictum eſt de diaphanitate & non diaphanitate. nam quædam ſequitur qualitates actiuas & paſſiuas, & quædam non. Et videte, ꝙ loquitur hic de diaphanitate in actu, quæ idem eſt quod illuminatio: de iſta enim iam dictum eſt, ꝙ æquiuoce dicitur de cœlo ꝙ inferioribus: nam de inferioribus dicitur per mixtionem ignei cum opaco terreo, in cœlo vero per naturam ſimplicem. B

Calor duplex, corrumpens, qui elemēt. & perfectꝰ. qui cœleſtibꝰ tribuit.

Conſiderantes autē actiones ſtellarum in antiquo tēpore vero dicitur, ꝙ, quædā largiuntur caliditatē & ſiccitatē, & quædā caliditatē & humiditatē, & quædā frigiditatē & humiditatē, & quædā frigiditatē & ſiccitatē, et ſic quatuor qualitates cōmunes cœleſtibus corporibus & elementis quatuor dicuntur ęquiuoce, aut ſecundum prius & poſterius. C

Confirmat hoc idem auctoritate Aſtrologorum. d. ꝙ conſiderantes actiones ſtellarum, quas agunt in iſta inferiora ab antiquo tempore, Aſtrologi dicūt, ꝙ vere quædam ſtellæ dant inferioribus caliditatem & ſiccitatem, & quædam caliditatem & humiditatem &c. ita ꝙ ſtellæ iſtæ diſponuntur iſtis qualitatibus: & iſtæ qualitates communes ſunt cœlo & iſtis inferioribus: tamen dicuntur de eis equiuoce, vel ſecundum prius & poſterius: quare videtur auctoritate aſtrologorum cœlum eſſe iudex. D

Nota, ꝙ Commenta. dicit Secundo Cœli & Mundi ꝙ Aſtrologi attribuunt diuerſos effectus diuerſis ſtellis, ſed tamen quid ſit veritatis in hoc Philoſophus in quodā libello, qui vocatur de regibus cœleſtibus ait, ſed Cōmē. dicit ibidem, ꝙ ſecundum veritatem ſtellæ non agunt frigidum, ſed calores ſimiles vnicuique elementorum, & cōplexionatorum: & ita non agūt frigidum ſimpliciter, ſed in re, ita ꝙ ſtella dicitur facere frigiditatem, quæ facit calorem debilem: quod intelligo ſic, ꝙ omnes ſtellæ motū habent & lumen, motus autem & lumen cauſant calorē: quare vt dicit Philoſophus, omnes ſtellæ faciunt calorē, & nulla ſimpliciter frigidum: ſed ꝙ aliquæ ſtellæ per proprietatem ſuam habeant infrigidare, Cōmētā. non negat.

Et forte corpora cœlestia larguntur calorem, licet in se non sint calida: non enim sequitur q, omne faciens aliquod accidens disponatur per illud. ver. gratia, quoniam non omne. quod mouet debet moueri, nec oẽ quod nigrificat, debet esse nigrum. B A

Declarat veritatem. circa quod duo facit, primo ostendit ꝙ corpora cœlestiã hñt largiri calorem, licet nõ calida sint. Secundo ostendit hoc esse necessario. s. ꝙ causent calorem, & non sint calida. ibi. (Et hoc etiam apparet.) Primo dicit, ꝙ corpora cœlestia forte largiuntur calorẽ, licet non sint calida. & dicit forte pro tãto, quia ista ratio, quam ponit, non probat necessario, sed ꝓbat, ꝙ potest esse: quia non sequitur, ꝙ oẽ faciens aliquod accidens disponaẽ ẽm illud. vt ver. gra. non oẽ quod mouet debet moueri, nec omne quod nigrificat debet esse nigrũ, & ideo a simili, non omne quod calefacit debet esse calidum. Nota ẽm Pħm. 7. Meta. ꝙ proprium est substantiæ inter alia ꝑdicamenta, vt ante substantiam gñatam sit alia substãtia generata eiusdẽ spẽi. vel saltẽ generis ꝓpinqui exñs, q̃ generat illã, vt hõ hominẽ, aĩal animal: sed non necesse est vt ante qualitatem generatam sit qualitas agens, q̃ actu existat, sed necesse est, vt ante qualitatem gñatã sit aliqd qd' sit in potentia qualitas: & hoc est mã, ex quo apparet, ꝙ non omne quod facit aliquod accidẽs disponaẽ per illud: & idem dicit Cõmẽ. ꝙ q̃dam sunt qualitates, q̃ generanẽ a sibi similibus in specie qualitatibus, vt sunt primæ qualitates elemẽtorũ, aliæ sunt quarum generatio sequiẽ formam mixtionis primarum qualitatum, & sunt secundæ qualitates, & ita non sunt a sibi similibus. Nota etiam ex his non sequi q̃ dicta sunt, ꝙ qualitas de nouo generetur cum aliquod indiuiduũ substantiæ genereẽ. sicut dr̃, ꝙ añ qualitatem generatam sufficit ꝙ aliquid sit in potẽtia qualitas, & hoc est mã. quia sicut dr̃. 7. Meta. licet substãtia sit prior omni accidente, eo ꝙ cũ auferẽ substantia auferunẽ & accidentia, & cũ ponitur, ponunẽ alia ꝑdicamẽta, ideo quia non est substantia materialis, quin sit in ea aliquod accidens, quod inest ex natura materiæ: & hoc maxime est quantitatis, quæ est dimẽsio corporeitatis, quæ nunq̃ fit de nouo ẽm totum sui esse, vt dictum est.

Nõ oportet faciens aliqd' accidẽs, per illa disponi, siue informari.

Et hoc apparet etiam ex hoc, q, si alteratum esset ex alterato: & calidum ex calido, tunc procederetur in infinitum, & non inueniretur primum alterans, sicut sequitur in motu.

Ostendit: ꝙ necesse est ꝙ corpora cœlestia calefaciant, & tñ non sunt calida. Primo facit hoc, Secundo declarat quoddam dictũ ibi. (Sed quia differũt.) Primo dicit, hoc, ꝙ dictũ est, q, corpora cœlestia possunt calefacerẽ licet sint calida, apparet, ꝙ necesse est esse ita, quia, si semper vnum accidens fieret a sibi simili in specie, tũc esset ꝓcessus in infinitum, & nunq̃ inueniretẽ primum calefaciens. & p ꝯñs nec primum alterãs. sicut in motu locali, si semper vnum moueretẽ ab alio moto, ꝓcederetẽ in infinitum in mobilibus & motis: quod est impossibile. quare necesse est deuenire ad alterans non alteratum, sicut ad mouens non motum: & huiusmodi sunt illa corpora cœlestia, q̃ calefaciũt & non sunt calida. Nota, ꝙ omne generans est vniuocũ vel æquiuocum, aut metaphysicum: modo, generãs vniuocum est eiusdem speciei cum generato, generans vero æquiuocum non est eiusdem naturæ cum generato formaliter, sed conueniẽtiam hñs in virtute cũ generato: mõ diciẽ. 4. & 8. Physi. ꝙ generans æquiuocum aut Metaph. quia solum generans vniuocum est sufficiens generãs, sit generans per accidens: & hoc est, quia talia generantia & generata sunt æqualis perfectionis, & ideo in talibus generantibus bene proceditur in infinitum, & ideo in illis non necesse est deuenire ad aliquod generans & alterans inalteratum & ingeneratum, sicut ad mouens non motũ. H

In uniuoce generãtis & gñantib', non est ire in infinitũ.

Necesse est igitur peruenire ad alterans & non alteratum, sicut ad mouens & non motum. Sed differũt, quia mouens in loco non peruenit ad aliquod mouens se secundum totum: sed ad mouẽs aliud: in alterationibus autem peruenire potest ad alterans per aliquam dispositionem in eo, quę non habet causam, & ista sunt corpora cœlestia.

Declarat quoddam dictum immediate in parte præcedenti, & primo facit hoc, secundo circa huius declarationem mouet qõnem, & eam soluit ibi. (Sed ista dispositio primo.) quia dixerat statim, q, necesse est deuenire ad alterans non alteratum, subdit modo dr̃iam inter alterationẽ & motũ localẽ, dicens, ꝙ mouens in loco nõ peruenit ad aliquid mouens, quod ẽm totum non moueaẽ nullo motu, quo mouet alia: sed motus localis peruenit ad motum ex se primo, & componitur ex vno motore & vno moto: & sic illud ad quod peruenit motus localis, non caret illo motu ẽm totum quo mouet. sed in alterationibus põt perueniri ad alterans, quod ẽm totum non alteraẽ illa alteratione qua alterat, sed alteratur per aliquam aliam dispositionem in ipso: & illa alteratio non habet cãm sibi cõsimilem in alteratione: & huiusmodi alterãtur & sunt corpora cœlestia, q̃ per aliquam dispositionem in ipsis alterant ista inferiora. Notandũ ẽm Cõmẽ. Secundo Cœli & Mundi, ꝙ corpora cœlestia non sunt alterabilia alteratione corruptiua, & de ista alteratione loquitur hic, cum ostendit cœlum non esse alterabile, sed est alterabile alteratiõe ꝑfectiua, sicut apparet in Luna recipiẽte lumẽ a Sole. F

Sed ista dispositio, quę est in eis, forte est ex genere eius quod agit in aliud, & forte non. verbi gratia, q, calefactio, quam facit in inferioribus, est ex natura: nec calida, nec frigida, sicut motus eius est ex natura nec graui nec leui. G

Hic mouet qõnem. & primo mouet, secundo soluit, tertio solutionem confirmat ratione. secunda ibi. (Et hoc est magis quod apparet.) tertia ibi. (Et si ponatur.) Dicit ergo, ex hoc ꝙ dictum est statim in ipsis mouens dubitationẽ, ꝙ illa dispositio est forte ex genere eius, quod agit in aliud, seu in aliquid sui generis, & forte non. ver. gratia calefactio, quam faciunt in istis inferioribus, est ex natura non calida nec frigida, sicut motus illius, non eius ex natura nec graui nec leui. Et ideo hoc dixit, quia forte aliquis posset dicere: dato, ꝙ corpora cœlestia in alterando ista inferiora non causent aliquam qualitatem alicuius speciei, ꝑ quam ipsa disponuntur, illam tamen alterationem faciũt per aliquam qualitatem, quæ est eiusdem generis, quam inducunt in istis inferioribus: sicut videmus in multis, q̃ per vnam qualitatem vnius generis inducunt aliam eiusdem generis, licet non eiusdem speciei: vt aliqua per calorem suum inducunt nigredinem in aliis. Et quia hoc posuit dubitando. s. quia posuerat esse uel non esse, ideo soluit hoc cum dicit, & hoc est magis &c.

Et hoc est magis quod apparet, & cum illę quatuor qualitates sint actiuæ, & passiuę ab aliis, necesse est ꝑuenire ad qualitates actiuas non passiuas. Et apparentius est & dignius, vt istę, quæ sunt hic, non reducantur ad qualitates, quę sunt sui generis.

Idest, verum est ꝙ corpora cœlestia alterant ista inferiora per aliquam dispõnem in eis, quæ non est eiusdem generis cum qualitate quam inducunt in istis inferioribus:

quod declarat Cōmentator dicens, ꝙ illæ qualitates primæ istorum inferiorum sunt actiuæ & passiuæ, & ideo A necesse est peruenire ad qualitates actiuas tantum, ita ꝙ non sint passiuæ, & hoc est apparentius & dignius, scilicet vt istæ qualitates inferiorum non reducantur ad qualitates sui generis.

Inferiorum qualitates nō reducūtur ī superiores eis per aliquid sui generis.

Et si ponātur dici secundū prius & posterius, sequeretur, vt de genere qualitatum passiuarum sit aliquod non passiuum: quod est remotum.

Confirmat solutionem suam ratione, & primo facit hoc, secundo ex dictis infert conclusionem ibi. (Apparet igitur.) Primo quia dictū est statim, ꝙ melius est ꝙ istæ qualitates istorum inferiorum non reducantur ad qualitates eiusdem generis, confirmans hoc subdit, ꝙ si aliqs diceret, ꝙ istæ qualitates sunt eiusdem generis cum qualitatibus superioribus. quod genus est analogum, quia dicitur de eis ſm prius & posterius, tunc sequeretur, ꝙ de genere qualitatum passiuarum esset aliqua qualitas non B passiua, ex quo enim istæ qualitates & superiores essent eiusdem generis, & istæ sunt de genere passiuarum, & tamen superiores qualitates nunquam patiuntur, tunc aliquid de genere qualitatum passiuarum erit non passiuū, quod est impossibile: quare apparet, ꝙ istæ qualitates reducuntur ad superiores, quæ non sunt sui generis. Notādum sicut dicitur Quarto Meta. & Tertio de Anima, ꝙ omne agens nobilius est passo, & actus etiam præcedit potentiam simpliciter: quia actus reducit potentiā ad actum: apparet etiam ex eodem Nono, ꝙ passiuū habet respectum ad actiuum, & ideo necesse est virtutes passiuas reduci ad actiuas simpliciter, sicut potentia ad actum & imperfectum ad perfectum, & ideo sic est in proposito, q. virtutes inferiores, quæ sunt actiuæ & passiuæ, reducātur ad superiores, quæ sunt actiuæ simpliciter, nam licet qualitates inferiores habeant causam inesse hic inferius. s. materiam & formam in alterando, tamen superiores habēt causam simpliciter primam, vt apparet ex intentione Cōmē. C Nota ꝙ sicut impossibile est aliquid esse de genere corruptibilium & nunq̃ corrumpi naturaliter loquendo, vt probatur in fine Primi Cœl. & Mun. sic impossibile est aliquid esse de genere passiuorum, q̃d nō sit passiuum, siue quod nunquam patiatur.

Apparet igitˀ ex hoc quod ignis nō est primū calefaciens, quia est passiuus, sed necesse, est, vt primum calefaciens calefaciat ꝑ qualitatem existentem non passiuā, sicut primum mouens mouet ꝑ dispositionē nō mobilē.

Concludit ex dictis dicēs, ꝙ apparet ex dictis ꝙ ignis non est primum calefaciens, eo ꝙ passiuus, & qualitas ꝑ quam calefacit est passiua, quia igitur qualitates passiuæ reducuntur ad actiuas simpliciter, quæ sunt priores eis. ergo necesse est, ꝙ primum calefaciens calefaciat per virtutem non passiuam, sicut primum mouens mouet localiter per dispositionem. i. virtutem omnino immobilem, & huius calefaciens est cœlum Quod autem ignis sit pasD siuus apparet ex primo de generatione: quia cōicat cum aliis in materia, licet magis sit actiuus q̃ alia.

Caput Tertium. Cœli formam non esse uirtutem in corpore: ipsumq; simplex esse, nō compositum, eiusq; uirtutem, in actione finitam, infinito, æternoq; tempore mouere.

QVia declaratum est corpora cœlestia cōponi ex motore & moto, et quod mouēs in eis est non corpus, sicut est dispositio de cæteris motis ex se: & hoc in vltimo Octaui Physicorum, ī quo declaratū est, q. motus, quo mouetur hoc corpus, est ęternus ingenerabilis & incorruptibilis. Et quia hoc est declaratū fuit illic, q. istud A mouens non est virtus in corpore, sicut est animalibus .s. quia mouentia ipsa sunt virtutes in corporibus. Et hoc fuit declaratum ponendo duas propositiones, quarū Vna est, q. omnis virtus in materia est finitæ motionis: Altera autem est, q. virtus, quæ est in corpore cœlesti, est infinitę motionis, ex quibus concluditur, q. virtus, q̃ est in corpore cœlesti, non est in materia.

POstquam Commē. determinauit de natura cœli ſm ꝙ compositum est ex motore, & moto, & accidētibus eius in cōparatione ad generabilia, hic determinat de motore eius & moto in propria forma. s. de quolibet eorum per se, & primo de ipso moto, secundo de motore. ibi. (Cum fuerit declaratū.) Adhuc primo resumit conclusionem probatam iam superius & declaratam in B octauo Physi. vt ex ea continuet se ad dicenda, secundo continuat se ad sequētia, & declarat propositum ibi. (Et cum ita sit.) Adhuc primo resumit conclusionem suā ad propositum, in quo fuit declarata, secundo resumit declarationem, ibi. (Propositio autem.) Primo dicit, ꝙ declaratum est, ꝙ corpora cœlestia componuntur ex motore & moto: & quia motor in eis non est corpus, sicut in aliis motis ex se, scilicet in animalibus: & hoc supple, cum fuerit declaratum in Secundo lib. & ab Arist. in fine octaui Phy. in quo octauo declaratum est, ꝙ motus cœli est ingenerabilis & incorruptibilis: quod fuit sumptum ad probandum motorem non esse virtutem in corpore. Et subdit, ꝙ illud fuit declaratum in octauo Physi. per duas propositiones: quarum altera est, ꝙ oīs virtus in materia est finitæ motionis, secūda est, ꝙ virtus, quæ est in corpore cœlesti, nō est finitæ motionis, ex quibus cōcludiť ꝙ virtus, quæ est in corpore cœlesti, non est in materia.

Propositio autem dicens, q. virtus, quę est in corpoC re cœlesti, est infinitę motionis, declaratur in Octauo Physicorum per ęternitatem motus, & temporis, dicēs vero, q. omnis virtus, quæ est in materia, est finita, est manifesta ex hoc, q. omnis virtus in corpore. s. virtus materialis, videtur diuidi per diuisionem corporis secūdum paucitatem & multitudinem. Si igitur omne corpus sit finitum, vt declaratum est in tertio Physicorū, impossibile est virtutem infinitam esse in corpore finito: & hoc manifestum est per inductionem. Et Ari. laborauit in Octauo Physicorum ad declarādum hoc ex fundamentis declaratis ab ipso. s. q. omnis motus est in tempore, ex quo intulit, q. si virtus infinita esset in corD pore finito, contingeret illud corpus moueri per illam in non tempore. Corpora enim non excedunt se in velocitate & tarditate nisi excessu eorum in virtutibus motiuis materialibus, & excessus virtutum sequitur excessus corporū. s. q. corpus, cuius virtus est maior, est velocioris motus, ex quo sequitur, q. si aliquod corpus habuerit virtutem infinitam, vt moueatur in non tempore sed est declaratum omnem motum esse in tempore, nam in omni motu est prius & posterius, quæ sunt ī tēpore.

a Tex. 24. vsq; ī fine.

a. Ph. 129. & 6. Phy. 29. 30. 36

Resumit declarationem istarum ꝓpositionum dicēs, ꝙ propositio, quæ dicit, q. in corpore cœlesti est virtus infinitæ motionis, fuit declarata in octauo Physico. per

æternitatem motus & temporis, propoſitio aūt, quæ dicit, ꝙ omnis virtus, quæ eſt in materia, eſt finitæ motionis, fuit declarata per hoc, ꝙ omnis virtus corporea diuiditur diuiſione corporis, ita, ꝙ in maiori erit maior, in minori minor, cæteris paribus, cum igitur omne corpus ſit finitum, vt probatum eſt tertio Phyſi. & primo Cœl. & Mun. ergo impoſsibile eſt eſſe virtutem infinitam in corpore, quia, cum quolibet corpore dato cōtingat dare maius, ſi aliquod corpus haberet virtutem infinitam, tunc in alio maiori eſſet maior virtus, & ſic eſſet dare virtutem maiorem virtute infinita, quod eſt impoſsibile: & hoc eſt manifeſtum per inductionē, vt dicit. Et ſubdit, ꝙ Ariſ. laborauit ad declarandum hoc. ſ. ꝙ omnis virtus in corpore eſt finita ex fundamentis declaratis ab ipſo, in ſexto Phyſi. ibi enim declarauit, ꝙ omnis motus eſt in tempore, & ſi eſſet virtus infinita, & eſſet in corpore finito, contingeret illud corpus moueri per illam in non tempore, cuius declaratio eſt, quia corpora non excedunt ſe in velocitate & tarditate niſi per exceſſum ſuarum virtutum mouētium, quæ ſumuntur ſm proportionem earum ad ſua corpora mota, ita ꝙ corpus, cuius virtus eſt maior reſpectu corporis mouendi erit velocioris motus. Si ergo aliquod corpus finitum habuerit virtutem infinitam mouebitur in non tempore, quia proportionabiliter ſua velocitas excedit omnem aliam velocitatem: quod non eſſet, ſi moueretur in tempore, quare ſequitur, ꝙ moueatur in non tempore, & quia hoc eſt impoſsibile, cum declaratum ſit, ꝙ omnis motus ſit in tempore, cum in motu ſit prius & poſterius, quæ ſunt in tempore, ideo impoſsibile eſt virtutem infinitam eſſe in corpore, & hic omnia iam tacta ſunt ſuperius magis, diffuſe, ſed hic recapitulat ea breuiter.

Quæſtio introductio.

Et cum ita ſit, & eſt declaratum, q. corpus cœli cōponitur ex motore & moto, & q. iſte motor nō cōſtituitur per rem motam, nec exiſtit in ea, ſed eſt abſolutus ab omni materia, quærendum eſt de hoc, quod mouetur ab eo. ſ. corpore cœleſti, vtrum ſit compoſitum ex materia & forma, ſicut eſt diſpoſitio corporum, quæ mouētur apud nos ex ſe a motore, qui eſt in eis. ſ. corporum animalium, quæ mouentur ab anima, an ſi ſimplex, & non eſt in eo potentia omnino, nec forma a qua proueniat actio præter formam mouentem, quæ non conſtituitur per ipſum, ſcilicet quæ largitur ei motum continuum ſcilicet mouere in infinitum.

Continuat ſe ad ſequentia. Et primo facit hoc propoſitiones intentionem ſuam, ſecundo declarat intentum ſibi. (Dicamus.) Primo dicit, ꝙ, cum ita, ſit ꝙ corpus cœleſte componitur ex motore & moto, & ꝙ iſte motor non cōſtituitur in eſſe per rem motam, ſed quantum ad eſſe eſt abſolutus ab omni materia, ideo quærendum eſt de iſto corpoř, quod mouet ab ipſo motore, videlicet de corpoř cœleſti. Vtrum circunſcripto motore ipſum ſit compoſitum ex materia & forma, ſicut ſunt corpora, quæ mouēt a ſe apud nos a motore, qui eſt i eis, vt ſunt animalia, quæ mouentur ab anima, an corpus cœleſte eſt ſimplex ita ꝙ non eſt in eo potentia omnino, ideſt materia, quæ eſt in potentia ad eſſe, nec per cōſequens eſt in eo forma, a qua proueniat actio aliqua, præter formam, quæ mouet ipſum, quæ non cōſtituitur in eſſe per ipſum, nec dat ſibi eſſe, ſed ſolum dat ſibi motum cōtinuum & infinitū.

Hic aliquis poſſet dubitare de hoc ꝙ dicit Comment. ꝙ quærendum eſt de Cœlo, vtrum eſt compoſitum, circunſcripto motore, ſicut ſunt corpora animalium, quæ mouentur ex ſe a motore, qui eſt in eis. ſ. anima: videtur enim dicere ꝙ corpora animalium ſint compoſita ex materia & forma circunſcripta anima, & per hoc videtur ponere gradum in formis. Ad hoc poteſt dici, ꝙ ex verbis eius non habetur ꝙ corpus ſit compoſitum ex materia & forma circunſcripta anima, ſed quærit vtrum cœlum ſit compoſitum circunſcripto motore, qui non dat ſibi eſſe nec cōſtituitur in eſſe per ipſum, ſicut corpora animalium ſunt compoſita ex materia & forma, quæ eſt anima & motor eius, qui dat ſibi eſſe, & ſic intelligenda eſt propoſitio ſua. Sed quia ſm primum itellectum videtur dicere in octauo Phyſi. & quarto Cœl. & Mū. ꝙ corpus animalis eſt aliquid in actu præter animam, & ideo animal poteſt diuidi in mouens & motum, quod nō eſt de grauibus & leuibus & in ſimplicibus, ideo ſoluatur. Et poteſt dici, ꝙ corpora animalium ſunt compoſita ex membris diſsimilibus: & hoc ideo eſt, quia forma animalium requirit multas operationes, & tanto aliis plures, quanto perfectior eſt: propter quas indiget pluribus inſtrumentis & organis. Vnumquodq; autem membrum organicum videtur habere diſtinctam formam ab alio et ſpecificam, vt cor ab epate & cerebro, & in aliis, ſimiliter eſt diſtinctio, vt os diſtinguitur a neruo & carne, hæc tamen omnia, prout ſunt in eodem animali, non differūt forma ſpecifica ſimpliciter, ſed differunt diſpoſitionibus propriis materialibus recipientibus diuerſas perfectiones ab vna forma, ita ꝙ differunt formis accidentalibus, ſunt tamen accidentia propria, & ideo videntur eſſe formæ ſubſtantiales, propter quod etiam introducuntur in fine alterationis in inſtanti, ſicut forma ſubſtantialis, vt Commentator dicit octauo Phyſi. Et ideo iſtæ formæ mēbrorum oficialium, & etiam aliorum diſsimilium non ſunt formæ ſubſtantiales per ſe dantes eſſe abſolute illis membris, ſed eē eſt a forma totius. Digitus enim & caro mortui dicitur æquiuoce cum digito & carne viui licet habeant eandem formam accidentalem, & hæc eſt ſententia Philoſophi. 7. Met. ante vltimum capitulū paruum. ſ. ꝙ autē oportet dicere, in illo paragrapho Maxime aūt vtiq; aliquis. Si enim non eſſet vna forma eſſentialis totius corporis ſimpliciter, tunc nō generaretur ab vna forma exiſtente in vno membro. ſ. forma exiſtente in corde, quia dicitur ſeptimo Metaphy. vt ſæpe dictum eſt, ꝙ in generatione ſubſtantiali ſemper quod generatur a ſibi ſimili in ſpecie generatur, ſaltem immediate formaliter vel virtute, nunc autem ſicut Philoſophus declarat in libello de morte & vita, cor eſt membrum primo generatum in animalibus habentibus cor, & primo eſt animatum, & ipſum generat membra alia, & ideo generatio membrorum aliorum dicitur quædam innaſcentia, ex quo apparet, ꝙ forma ſubſtantialis cordis eſt forma aliorum membrorum, ſed in ſe differunt diſpoſitionibus propriis. Et apparet talis differentia in rebus eiuſdem ſpeciei, vel maior ſicut differentia ſexuum, vt maſculus vel fæmella. Et ſic ſpecialis ſolutio poteſt ad hoc dari, ꝙ ipſe dicit in octauo Phyſi. & in quarto Cœ. & Mun. ꝙ in animalibus poteſt diſtingui motor in actu, quod intelligit, quia i eis eſt pars mouens & pars mota. Pars autem primo mouēs & eſt mota alio genere motus. ſ. motu alterationis, ſi moueatur localiter, hoc accidit ſibi, & ideo ibi diſtinguitur mouens a moto ratione. Poteſt etiā dici, quod corpus animalis ſecūdum quod eſt mixtum ex ſimplicibus, quorum formæ non manent in actu puro, nec omnino ſunt corruptæ aliquo modo, dicitur in actu præter animam, ſed prima ſolutio melior eſt.

Alalium corpus ex membris diſsimilibus conſtare oportet.

F

G

H

Dicamus igitur q. ſi fuerit conceſſum, quod omnis virtus in materia eſt finita, nulla differentia eſt in hoc, q; ſit actiua aut paſsiua. ſ. receptiua, ſi igitur corpus cœleſte recipit mouere in infinitum, vt declaratum eſt, neceſſe eſt vt nō ſit cōpoſitum ex materia & forma, ſed vt ſit ſimplex. ſ. ſubiectum ſimplex primo motori, qui

Forma cœli nō eſt in materia quia infinitæ motionis ſubiectum eſt.

est forma ipsius omne enim compositum ex materia & forma est finitæ receptionis necessario, sicut est finitæ motionis in aliud. Est igitur proprium isti moto ex se, quod est corpus cœleste, hoc, quod motor ipsius non est in materia, & q, illud quod mouetur ab eo, est simplex non compositum, & sic intendimus verificare propositionem, in qua posuimus, quod omnis virtutis in corpore, suum mouere est finitũ, et suũ moueri est etiã finitũ.

Declarat intentũ: & primo ostẽdit, ꝙ cœlũ, circunscripto motore, est simplex & nõ compositũ secundo, occasione dictorum, mouet duas questiones, & eas dissoluit ibi (Sed est quæstio de hoc.) prima in duas, primo facit quod dictum est ratione ostensiua, secundo ratione ducẽte ad impossibile, secũda ibi: (Et si concesserimus.) Circa primum est notandum, quod ex eisdem propositionibus, quibus probat Ari. in octauo Physi. ꝙ virtus, quæ est in cœlo, non est virtus in materia, ex eisdẽ ipse probat hic corpus cœleste esse simplex & non esse compositum ex materia & forma. Et inquit. (Dicamus igitur) ꝙ, si concedatur vna de propositionibus propriis assumptis. s. ꝙ omnis virtus, quæ est in materia, est finita: tunc nihil refert, vtrum illa virtus sit actiua vel passiua, aut receptiua. nam quælibet istarum tam actiua quam passiua, ex quo est in materia, est finita. Tunc subiungit illam propositionem præassumptam dicens. Si igitur corpus cœleste habet æternitatem motus, necesse est vt corpus cœleste nõ sit compositum ex materia & forma, sed solum sit subiectum simplex suo primo motori. s. immediate dand sibi motum, sed non esse: quia omne compositum ex materia & forma est finitæ receptionis, sicut est finitæ actionis, eo. s. ꝙ sua forma est virtus in materia: & ideo tam actio eius quã receptio essent finitæ, quia ergo corpus cœleste recipit mouere infinitum, ideo non habet formam in materia: quare non est compositum ex materia & forma. Est igitur proprium huic moto ex se, quod est corpus cœleste, ꝙ motor ipsius nõ est in materia, & illud quod mouetur ab illo motore, est simplex, & non compositum: & dicit hoc proprium esse cœlo inter alia mota ex se, qualia non sunt hæc mota composita: quia motor eorum est in materia, & constituitur in esse per subiectũ, & dat esse subiecto. Et subdit, ꝙ hæc sit verificatio propositionis, qua dicitur, ꝙ omnis virtutis in corpore suũ mouere est finitum, & suum moueri. Sed notãdum est sicut scribitur Primo de Generatione, quæcunq; habent formã in materia, & quæcunque agunt repatiuntur: cũ igitur corpus cœleste sit inalterabile & impassibile, manifestum est non habere materiam cum forma. Item secundo de Generatione dicitur, agere est per formam, pati vero per materiam: cũ igitur agẽs subsistat per materiã, & materia terminatur per formam: sicut ergo virtus existens in materia est finita in agẽdo, sic etiam materia erit finitæ receptionis: & ita materia & forma essent sibi inuicẽ causæ mutuæ finitationis. s. ꝙ forma erit finita ratione materiæ, quia subsistit per eam, & materia finita per formam: quia ergo cœlum infinitæ actionis est in agendo vel recipiendo motum vniformem & perpetuum, non est compositum ex materia & forma.

Et, si cõcesserimus, q, in corpore cœlesti est virtus finita alia a virtute motiua, quæ non est in eo, nec constituitur per ipsum, verbi gratia. virtus, per quam cœlũ dicitur habere motũ circularem, sicut grauia: & leuia ad motum rectum per suam formam declinationis, q̃ dicit̃ esse nec graue, nec leue, licet ista virtus sit ĩ materia, & quod id quod congregatur ex ipsa & materia

Nõ est cœlo materia quæ est in potẽtia ad esse.

A *sit corpus cœleste, sicut dicit Auicenna, contingeret necessario, vt in æterno sit posse ad eorum corruptionem absque eo quod corrumpatur, quod destruitur in vltimo tractatu primi cœli & mundi.* a Text. 136 vsq; ad fine.

Ostendit hoc idem ratione ducente ad impossibile: & primo facit hoc, secundo excludit quandam distinctionẽ Auicennæ, ibi. (Esse igitur necessarium) Primo dicit, ꝙ si concedimus, ꝙ in corpore cœlesti sit virtus finita alia a virtute motiua. i. alia a motore, qui non est in eo, sicut forma materialis in materia: nec constituitur in esse per ipsum motum. verbi gratia. Vt dicamus ꝙ in cœlo præter motorem est alia virtus, per quam ipsum cœlum dicitur nec esse graue nec leue, & illa virtus est forma materialis, ita ꝙ illud, quod aggregatur ex ista virtute & sua materia, est corpus cœleste, quod recipit motum a motore, & sic cœlum habet esse per istam virtutem tanquam
B per formam substantialem, sicut dicit Aui. tunc sequeretur, ꝙ data sit ei possibilitas ad corruptionem absq; eo ꝙ corrupatur: quod probatur esse falsum in fine primi Cœli & Mũ. Nota, vt dicit Cõmenta. primo Cœl. & Mũ. si in cœlo esset materia, quæ esset in potẽtia ad corruptionem & tamen nunquam corrumperetur, tunc aliquid esset frustra in natura: quia actio propria materiæ, quæ est in potentia ad esse, est transmutatio de forma in formam, sicut propria actio alicuius gladii est scissio: si igitur nunquam transmutaretur, tunc esset frustra: quia nunquam attingeret propriam operationẽ, quæ est propter ipsam tanquam propter finem, vt habetur primo cœl. & mun. sed deus & natura nihil faciũt frustra: quare apparet cœlum non habere materiam, quæ est in potentia ad esse, & per consequens non est compositũ ex materia & forma.

Esse igitur necessarium non est nisi duobus modis: necessarium. s. ex se, & necessarium ex alio, quod tamẽ
C *est possibile ex se. sic potest aliquis existimare in corpore cœlesti. s. ipsum habere virtutem finitam, & acquirere necessitatẽ a virtute infinita separata a materia, vt opinatur Auic. & extimatur esse opinio Alexandri in quibusdam suis tractatibus, & super hoc fundauit Auicenna suam declarationem de primi, principii esse, sine declaratione eius, quod est, motum æternum esse: & est declaratio fundata super propositiones instabiles sicut tu vides.*

Necessariũ est duplex ex se, & ab alio, possibile tamen ex se.

Ex dictis excludit quandam distinctionem Aui. dicẽs, ꝙ esse necessarium est duobus modis. s. necessarium ex se & simpliciter, & necessarium ex alio, possibile tamen ex se, sicut voluit Auic. & aliquis posset estimare de corpore cœlesti. s. ꝙ ipsum haberet virtutẽ finitã & possibilem ex se, sed acquirat ab alio necessitatem. s. a virtute in
D finita separata a materia: & hæc opinio fuit Auicen. & videtur fuisse opinio Alex. in quibusdam suis tractatibus, & super hoc Auic. fundauit suam declarationẽ, qua probat primum principium esse, absque hoc quod probet ipsum esse per æternitatem motus: sicut facit Aristo. octauo Physi. hoc est, ꝙ Auic. probat primum principium esse æternum per hoc, ꝙ cœlum est æternum: & cũ hoc esse, scilicet æternum, non habeat ex se, oportet dare aliud, quod per se est æternum dans aliis æternitatem, aliter esset procedere in infinitum. Et subdit quod declaratio ista, qua procedit Auicenna probando primum principiũ esse infinitum, fundatur super propõnes instabiles non habentes virtutes concludendi propositum, vt tu vides, idest quilibet potest videre: ꝙ autem corpus cœleste de se aliunde perpetuari non possit, probatur suffi-

cienter in fine primi cœli & mundi. vnde ostendit, quod naturaliter omne corruptibile corrumpetur, quia natura non facit actiuum sine passiuo, nec econuerso.

Quæstio. *Sed est q̃ō de hoc, quia dicit Aristoteles in libro de cœlo & mundo. s. q, virtutes corporum cœlestium sunt finitæ actionis, quia corpora cœlestia sunt finitæ quãtitatis, & ex hac ꝓpõne declarauit, q̃d corp̃a cœlestia sunt finitę quantitatis, & dedit causam in hoc, ꝙ orbium cœlestium quidam mouent vnam stellam, & quidam plures, & dixit, ꝙ si stellę, quę sunt in orbe stellarum fixarum essent minores, vel maiores, non posset eas mouere vniuersaliter. Et declarauit illic vniuersaliter, quod si virtutes, quę sunt in corporibus cœlestibus, essent in calefacere, et mouere vniuersaliter infinitæ, mouerent corpora, q̃ sunt apud nos in iſtanti, & hoc facit extimare q̃d in corp̃ibus cœlestibus sunt virtutes actiuę finitę.*

Postquam determinauit corpus cœleste circunscripto suo motore esse simplex, nõ compositum ex materia & forma, hic occasione prædictorum mouet quasdã quæstiones, & eas dissoluit: & diuiditur in duas partes secundum ꝙ duas mouet quæstiones & soluit. secunda ibi (Et potest aliquis.) Adhuc primo mouet quæstiones, quæ faciunt dubitare, secũdo soluit eas ibi. (Et ad hoc dicamus)

Quia dictum est prius, ꝙ proprium est cœlo hoc, sup ple ꝙ motor eius non sit in materia, & illud, quod mouetur a motore, sit simplex & non compositum, & motor dat sibi motum continuum & infinitum, & sic videtur ꝙ motores cœli sint virtutes infinitæ: ideo circa hoc mouet quæstionẽ, di. ꝙ quæstio est de hoc, quod Ari. dixit in libro Cœ. & mun. & videtur ei contrariari. s. ꝙ dictũ est hic: dixit in secũdo cœ. & mũ. ꝙ virtutes corporũ cœlestium sunt finitæ actionis, eo ꝙ corpora cœlestia sunt finitæ quantitatis: quia quod mouetur a virtute finita in tẽpore determinato, si hoc non esset finitæ quantitatis, non moueretur in tempore determinato vna reuolutiõe integra: & ꝙ istæ virtutes sint finitæ actionis dicit, ꝙ Arist. dedit causam in hoc. s. in significando non in esse, & est: quia de numero corporum cœlestium quædam mouent vnam stellam, & quædã plures: & dixit, ꝙ si stellæ, quæ sunt in orbe stellarum fixarum, essent minores vel maiores, motor illius orbis non posset mouere eas naturaliter. Et demonstrauit vniuersaliter illic. s. in secundo Cœ. & Mun. ꝙ si virtutes, quæ sunt in corporibus cœlestibus essent in calefacere et mouere infinitæ, mouerentur corpora quæ sunt apud nos in instanti: sed in tempore mouentur, ideo æstimatur quod in corporibus cœlestibus sunt virtutes finitæ actionis.

Et ad hoc dicamus breuiter, quod infinitum dicitur duobus modis: quorum vnus est virtus infinitę actionis Solutio. vi. de 3. cœli 39. & 71. & 12 Met. 41. *passionis in tempore, & est finita in se. s. in velocitate, & vigore. Secundus est virtus infinitę actionis, aut passionis in se.*

Soluit prædictã quæstionem & primo facit hoc, secũdo excludit quasdam obiectiones, quæ possent fieri ibi. (Non sequitur) primo soluit quæstionem, secũdo ex sua solutione excludit conuenientiam & differentiam inter corpora cœlestia & generabilia & corruptibilia, ibi. (Corpus igitur cœleste.) Circa primum tria facit, primo præmittit quandam distinctionem ex qua habetur solutio quæstionis, secundo declarat membra istius distinctionis applicando ad solutionem quæstionis, tertio cõcludit solutionem declaratam. secunda ibi. (Virtus autem.) tertia ibi. (Infinitum igitur.) Infinitum duplex. Dicit primo dicamus igitur breuiter, ꝙ infinitum dicitur duobus modis, vno modo

E dicitur virtus infinitæ actionis & passionis in specie, idest duratione: est tamen finita in se, videlicet in vigore.

Virtus autem infinita in actione ipsa, aut passione, non existit in corp̃e, siue fuerit cœleste siue generabile & corruptibile, hoc enim non accidit corpori nisi secundum quod est corpus infinitum, & ideo orbes mouent et mouentur ĩ tempore: virtutes vero infinitæ in actione aut passione in tempore esse necessarium est in corporibus cœlestibus: passione autẽ, quia simpliciter sunt simplicia, actione vero, quia suæ formę non constituuntur per suum subiectum, & vtrunque est impossibile in corporibus generabilibus & corruptibilibus, quia sunt composita ex materia & forma.

F Declarat membra istius distinctionis applicãdo ad solutionem quæstionis di. ꝙ virtus infinita secundum se in actione aut passione. s. infinita in vigore, nõ existit in corpore aliquo nec cœlesti nec generabili nec corruptibili: quia non conuenit habere corpori. s. virtutem infinitam, nisi corpus esset infinitum: quod est impossibile, vt apparet tertio physi. & ideo dicit, ꝙ orbis mouet & mouetur in tempore, quia habet virtutes finitas secundum vigorem: virtutes vero in actione & passione infinitas in tempore. i. duratione esse in corporibus cœlestibus necessariũ est passionem, quia sunt virtutes in passione, durationis infinitæ, quia corpora cœlestia sunt simplicia: & ideo ipsa sunt corpora, quæ possunt infinitam recipere actionem & motum secundum tempus: sed ꝙ sunt in eis virtutes durationis infinitæ in actione, hoc patet ex hoc, ꝙ suæ formæ non cõstituuntur in esse per suum subiectum: & ideo cum sint formæ separatæ non habentes contrarium, nec subiectum per quod subsistant, possunt agere in infinitũ

G tempus. Et subdit, ꝙ vtrunq; istorum est impossibile in corporibus generabilibus & corruptibilibus. s. habere virtutes infinitas ĩ vigore aut duratione actionis aut passionis, eo quod generabilia & corruptibilia sunt cõposita ex materia & forma. ideo necessitate corrumpuntur: quare nec agere possunt nec pati per tempus infinitum, nec actionem infinitã habent in qualitate actionis.

Infinitum igitur esse in vigore, cuius causa est corpus, secundum quod est corpus, est impossibile in corporibus siue in cœlestibus, siue aliis, infinitum vero in tẽpore est necesse esse in corporibus cœlestibus ex diuersitate motoris & moti in eis a corporibus generabilibus & corruptibilibus: & est impossibile in corporibus generabilibus: & corruptibilibus, quia virtutes eorũ motiuę sunt materiales, & corpora sua, quæ mouentur ab

H *eis cõponuntur ex materia & forma.*

Concludit solutionem suam declaratam di. ꝙ infinitũ in vigore, cuius causa est corpus, secundum ꝙ corpus est, est impossibile, idest virtutem esse infinitam in vigore, cuius virtutis corpus sit causa. s. subiectum, idest quæ sit forma alicuius corporis: & hoc siue sit corpus cœleste, siue aliud quodcunq;: quia omne corpus est finitum, ideo est improportionatum actioni virtutis infinitæ: sed virtutem esse infinitam in duratione in corporibus cœlestibus est necessarium, propter diuersitatem, quæ est inter corpora generabilia & corruptibilia, tam ex parte motoris quam ex parte moti. videlicet quia motor in cœlo nõ cõstituitur in esse per motũ, & motum est subiectum simplex non compositũ ex materia & forma: & est impossi

bile esse infinitam virtutem in duratione i corporibus generabilibus & corruptibilibus, quia virtutes eorum motorum sunt materiales.s.constitutæ in esse per sua subiecta: corpora etiam, quæ mouẽtur ab eis sunt composita ex materia & forma: quia motor in eis non dat esse moto: & ideo, quia de necessitate corrũpuntur, non possunt in infinitum tempus mouere, nec moueri.

Corpora igitur cœlestia, & generabilia, & corruptibilia conueniunt in hoc, ꝙ actio & passio existentes in eis sunt finitæ in se, & per hoc mouentur in tempore, & sunt quædam velociora quibusdam. Et cum virtutes eorum motiuæ non sunt materiales, ideo recipiunt ex modo isto receptione finita in tempore, non receptionem infinitam.

Concludit conuenientiam & differentiam inter corpora cœlestia, & generabilia & corruptibilia. d. igitur corpora cœlestia & generabilia & corruptibilia conueniunt in hoc, ꝙ actio & passio: idest virtutes actiuæ, & passiuæ existentes in eis, sunt finitæ in se, scilicet vigore, & propter hoc mouentur in tempore: & quædam mouẽtur velocius quibusdam, secundum ꝙ in maiori proportione virtus motiua excedit suum mobile, & statim subiungit cum hoc, ꝙ virtutes motiuæ eorum corporum cœlestiũ non sunt materiales. & ideo recipiunt finitatem in vigore. virtutes autem generabilium & corruptibilium sunt materiales: & ideo nullam infinitatẽ recipiũt, nec in duratione, nec in vigore.

Et non sequitur ex hoc, ꝙ in corpore cœlesti est virtus finita in ipsa actione & passione, vt in eo sit virtus finita in tempore: nec sequitur ex hoc, ꝙ, si virtus finitæ actionis & passionis est, vt sit corpus possibile vt corrũpatur, aut vt sit compositum ex materia & forma. Possibilitas enim non debet esse nisi ex hoc ꝙ virtus finita in tempore sit, & sit composita.

Excludit quasdam obiectiones, quæ possunt fieri ei & prius ponit obiectiones excludendo, secundo ostendit quo non concludunt ibi. (Et est manifestum.) Primo dicit, ꝙ ex hoc ꝙ nos diximus, scilicet ꝙ in corpore cœlesti sit virtus finita i qualitate actionis & passionis, idest in vigore, non propter hoc sequitur, ꝙ in eo sit virtus finita in tempore, licet forte aliquis posset credere, nec sequitur propter hoc, ꝙ virtus est finita in vigore, vt corpus illius.s. cœleste sit corruptibile, aut compositum ex materia & forma, quia possibilitas est tantum ex hoc, ꝙ virtus sit finita in tempore, & sit composita, non autem ex finitate virtutis in vigore.

Et est manifestum ꝙ, si poneremus corpus cœleste componi ex materia & forma, & sequitur in ipso esse virtutem finitæ actionis & passionis in tempore. Et est manifestum ꝙ, si in corpore composito ex materia & forma esset virtus infinita in tẽpore, sequeretur in ipso esse virtutem infinitam i ipsa actione, aut passione. Et est impossibile, quod intulit Ari. ex proportione virtutum, quibus mouentur corpora cœlestia in tempore.

Declarat prædicta: & primo declarat ꝙ, si corpus fuerit compositum ex materia & forma, sequitur ipsum habere virtutem finitam in duratione: & secundo declarat, ꝙ si corpus habet virtutem finitam in vigore, non propter hoc sequitur ipsum esse cõpositum & materia & forma. tertio ex omnibus prædictis recapitulat solutionem prædicta quæstionis. secunda ibi. (Et est manifestum:) A tertia ibi. (Modus autem receptionis.) Primo dicit, manifestum est, ꝙ si posuerimus corpus cœleste compositum ex materia & forma, sequitur ipsum habere virtutem finitam in duratione: quia omne compositum ex materia & forma est corruptibile: omne autem corruptibile de necessitate corrũpetur, vt probatur primo Cœ. & Mun. quare omne compositum ex materia & forma est finitæ durationis. Et si diceret aliquis, ꝙ si in corpore composito ex materia & forma esset virtus infinita in tẽpore, sequeretur in ipso esse virtutem infinitam in qualitate actionis & passionis. i. infinitam in vigore: quod est impossibile. s. ꝙ in aliquo corpore sit virtus infinita in vigore: & hoc impossibile itulit Arist. ex proportione virtutum mouentium corpora cœlestia in tempore determinato, quia scilicet cuiuscunq; motus cœlestis quãtũcunq; tardi ad motum diurnum, qui est velocissimus aliorum, est proportio determinata, quare non est possibile virtutem cœlestem esse vigoris infiniti. Nota, ꝙ tam materia quam forma finitæ sunt & limitatæ in actione & in B passione & in tempore: & ideo quodcũq; fuerit compositum ex materia & forma materiali erit finitæ durationis.

Cõpositũ ex materia & forma est finitæ durationis, nã si esset infinitũ duratione, esset infiniti vigoris, esset aliter

Intelligendum, ꝙ si aliquod corpus compositum ex materia & forma haberet virtutem infinitam in duratione, haberet virtutem infinitam in vigore: cuius ratio est, quia compositum ex materia & forma est corruptibile. si ergo permanet tempore infinito, cum corrũpens continuetur, ergo in infinitum sua virtus resistit corrumpenti: hoc autem non esset nisi in infinitum sua virtus excederet virtutem corrumpentis, & non in aliqua proportione determinata, cum corrumpens cõtinuetur nõ solũ idem numero, sed idem in specie, necesse erit virtutẽ illius corporis eandem debilitari in tantum, ꝙ excederetur a corrumpente: quia in resistendo semper aliquomodo debilitaretur & corrũperetur: quare sequitur, si corpus cõpositum ex materia & forma habeat virtutem infinitæ durationis, ꝙ habeat infinitam virtutem in vigore: & quia C hoc est impossibile, ergo & primum.

Et est manifestum, ꝙ etiam non sequitur ex hoc ꝙ, corpus recipit passionem finitam in se non in tempore, aut recipit actionem finit in se ĩfinitã in tempore, vt sit cõpositum ex materia & forma: sicut sequitur hoc quãdo actio aut passio fuerit finita in tempore: primũ enim contingit ei secundum quod est corpus tantum, secundum autem secundum quod est corpus compositum.

Declarat, ꝙ si corpus habeat virtutem finitam in vigore, propter hoc non sequitur ipsum compositum esse ex materia & forma: & dicit, ꝙ manifestum est, ꝙ ex hoc ꝙ corpus recipit passionem finitam in se, idest habet virtutem passiuam finitam in vigore, non finitam in tempore, idest in duratione, vt sit compositum ex materia & forma, sicut sequeretur hoc, si actio & passio essent finita D in tempore: quia primum conuenit corpori secũdum ꝙ corpus. s. habere virtutem finitam in vigore: & ideo tam omnia corpora composita quam non composita ex materia & forma in hoc communicãt: sed habere virtutem finitam in duratione conuenit corpori inquantum est cõpositum ex materia & forma, & proprium est compositis habere finitum esse durationis.

Modus autem deceptionis in hac quæstione, & quod fecit Aristotelem putari contradicere sibi, est æquiuocatio istorum duorum nominum, finitum & infinitum, quoniam, cum non distinguitur finitas & infinitas contingentes ex tẽpore, a finitate & ab infinitate cõtingẽtibus ex actione & passione contingit ista ambiguitas: &

ex hac finitate, in qua conueniunt corpora cœlestia, & materialia, declarauit vniuersaliter omne corpus esse finitum, non ex finitate accidente corpori ex hoc, quia est ex materia & forma: & ex hoc abscindentur dubitationes contra Aristotelem.

Recapitulat suam solutionem dicens, quod modus deceptionis in ista quaestione est aequiuocatio duorū istorū nominum. s. finitum & infinitum: quia cum nō distinguitur finitas & infinitas, quae contingunt ex tempore, a finitate & infinitate in vigore, continget ista ambiguitas in sermonibus philosophi, cum quādoque dicat virtutes coelestes esse finitas, quandoque infinitas. Et subdit, quod de ista finitate, in qua conueniunt corpora coelestia cum generabilibus & corruptibilibus in vigore, declarauit Ari. omne corpus esse finitum, non ex finitate contingenti corpori ex hoc quod est compositum ex materia & forma, quae ē finitas in duratione, & per istam distinctionem tolluntur omnes dubitationes Arist.

Dubitatio. *Et potest aliquis dicere, quod, cū omne corpus agit per aliquid, & patitur per aliquid, necesse est vt omne corpus sit compositum ex materia & forma.*

Mouet aliam quaestionem: & diuiditur in tres partes primo ponit quaestionem arguens ad vnam partem, secundo soluit ibi. (Ad hoc dicamus.) Tertio ex sua solutione infert conclusiones ibi. (Et ex hoc videtur.) Primó inquit, quod aliquis posset dicere, quod omne corpus est etiam compositū ex materia & forma, quia omne corpus agit per aliquid sui, & per aliquid patitur, illud vero per quod agit est forma, per quod patitur est materia, vt patet secūdo de generatione: quare omne corpus compositum esset ex materia & forma, & per consequens coelum, quod videtur esse contrarium ei, quod declaratum est in praecedentibus.

Solutio G *Et ad hoc dicamus hoc esse verum. s. quod, corporum, quoddam est compositum, ita quod, forma non constituitur per materiam, ita quod, materia est subiectum tantum, & non materia, cuius esse sit in potentia. s. corpus cœleste & quoddam est compositum ex materia, quae est in potentia: & forma, quae constituitur per materiam, scilicet corpora generabilia & corruptibilia.*

Coelū 1 subiectū tantū nō materia 1 Ilsup c 2. & 8. Met. cō 13 & 1 de coel. 92 sedvid op. 9. Meta 7.

Soluit dicens, dicamus ad hoc, quod est verum. s. omne corpus esse compositum ex materia & forma, sed de numero corporum, quoddam est compositum, cuius forma non constituitur in esse per materiam, & supple non dat esse materiae, ita quod materia eius est subiectum nō materia, cuius esse sit in potentia, & actum essendi recipiat a forma, & hoc est corpus coeleste, aliud est corpus quod est compositum ex materia & forma, quae materia est in potentia ad actum essendi, & forma eius constituitur in esse per materiam, & illa sunt generabilia et corruptibilia. H Et ita patet quod tam coelestia quam inferiora sunt composita ex materia & forma, sed diuersimode, quia actio arguit formam, & transmutatio materiam, vt dicit Commenta. Octauo Metaphy. & ideo alia & alia actio & transmutatio arguit aliam, & aliam formam & materiam.

Corp° ęquiuoce dicit de aeternis & i(n)ferioribus.

Et ex hoc videtur, quod, corpus dicitur de eis ęquiuoca, & quod, aeternum & non aeternum non conueniunt in aliquo omnino. Et boc apparet etiā ex hoc, quod, corpus cœleste non datur ei subiectū, nisi propter motum localem tantum, corporibus autem generabilibus & corruptibilibus datur materia propter generationē & corruptionem, forma autem datur eis propter actionem, sed differunt, quia in altero est infinita in tēpore, & in altero finita: & ideo illa sunt non materialia, & ista sunt materialia: secūdum hoc igitur habet intelligi hęc quaestio, quam ignoraui diu ante longam perscrutationem. a Hogica

Infert quasdam conclusiones dicēs, quod corpus vel corporeitas dicitur de coelo & istis inferioribus aequiuoce patet, cum corruptibile & aeternum non conueniant in aliquo omnino: ex quo enim differunt tam ex parte formae quam ex parte materiae, quae sunt principia essentialia rei non possunt habere in aliquo similitudinem omnimodam. Ex hoc etiam apparet bene, quod corpus coeleste non dicitur habere subiectum propter aliud nisi propter motum localem tantum: quia suum subiectum nō est in potentia nisi ad vbi: corporibus autē generabilibus & F corruptibilibus datur materia propter generationem & corruptionem, quia supple eorum materia est in potētia ad actum essendi: sed forma datur eis. s. vtrique tam coelo quam generabilibus & corruptibilibus propter operationem, differunt tamen, quia in corpore coelesti est forma infinita in tempore, in corruptibilibus autem est forma finita in duratione: & ideo corpora, supple coelestia non dicuntur materialia: ista vero generabilia & corruptibilia dicūtur materialia. Et subdit secundū hoc oportet intelligi ista quaestio quam ignoraui diu ante lōgam perscrutationem. Dubitari potest de hoc, quod Commentator dicit, quod in coelo non dicitur esse subiectum vel materia, nisi propter motum localem tantum. Videtur etiam, quod debeatur sibi subiectum propter accidētia alia, quae sunt raritas & densitas & alluminositas: quae non possunt esse nisi in subiecto materiali. Et potest dici, quod Commentator intēdit hic per subiectum materiam, quae solum est in potentia ad vbi, quia hic comparat materiā coeli ad materiam generabilium & corruptibiliū: modo G in coelo non est aliqua potētia nisi solum ad vbi, licet nō sit potentia secundum totum coelum: & licet in coelo sint aliqua accidentia, non potest tamen subiectum coeli intelligi in potentia ad illa: quia potētia intelligitur per trāsmutationes, vt patet primo Physicorum. In accidentibus vero coeli per se non est trasmutatio nec intensio nec remissio: quare subiectum eius non potest dici in potentia ad illa alia accidentia. Quod, si quis instaret de lumine quia ad lumen videtur esse transmutatio.

Dicendum, quod ista trāsmutatio non est in toto coelo, sed in parte: & ex hoc non potest attribui materia toti coelo, & etiam est trāsmutatio, quae sequitur motum localem: & etiam est trāsmutatio corporalis in re qualitatum illa, quae arguit potentiam materiae, quare per accidentia alia a motu locali, non dicitur coelum habere materiam. Sequitur rubrica, quum autem declaratum fuit, &c.

Cap. quartū. Quonam modo cum his inferioribus, cœli motus continuetur.

CVm autem declaratum fuit ab Arist. quod, motus cœli est primus motus, & ex hoc fuit declaratum, quod, motus est in moto, sequitur ex hoc, vt hoc, quod mouetur hoc motu, sit aeternum. Si enim esset generabile & corruptibile, tunc motus eius non esset primus motus. & cum considerauit res possibiles ī motu eius, & quiete, fuit necesse etiā propter hoc quod, motus eius esset primus ante omnem motum alium, & vt motus eius sit aeternus.

POstq; Commentator determinauit de corporibus coelestibus secūdū se, hic primo determinat de motoribus coelorum appropriatis, secūdo determinat de motore primo, tertio redit ad declarādum de natura corporis coelestis in habitudine ad primum motorem, vt ex hoc compleatur scientia de coelo & de eius motoribus, secunda ibi. (Et cum considerauit de virtutibus) tertia ibi. (Demonstratio) Circa primum tria facit, primo praemittit quaedam valentia ad declarandum naturam motorū appropriatorum, secundo illam naturam determinat ibi (Et cum declarauit ista.) Dicit ergo primo, q cum fuerit declaratum octauo Phy. q motus coeli est motus primus: & cum fuerit hoc declaratum tertio Phy. q motus est in moto, vt i subiecto, sequitur ex his duabus propositionibus, q illud, quod mouetur hoc motu. s. ipsum corpus coeleste, esse aeternum: quia si ipsum coelum esset generabile & corruptibile, eius motus non esset primus. Et subdit; q, cum Ari. considerauit res. s. possibiles in motu coeli & quiete, necesse fuit propter hoc, q motus eius ē primus ante omnem alium motū, vt eius motus sit aeternus. Notandum vt declarat Commēta. Octauo. Phy. q si esset coelum generabile & corruptibile, ita q de nouo fuisset, sequeretur q motus eius nō esset primus, quia nullum corpus potest generari de nouo generaliter loquēdo nisi per motum & transmutationem: & non solum p transmutationem factam in ipso, sed etiam in generante, qui generat de nouo illud, quod quandoq; non generabit nec numero nec specie, si igitur coelū de nouo fuit generatum, transmutatio fuit facta in subiecto generato, cum secundum philosophantes, ex nihilo generari non potuit. Fuit etiam transmutatio in generante, cum de nouo produxit effectum quem prius nō produxerat: & sic isti motus fuerunt ante motum coeli: quare sequitur, q si coelum esset generatum, motus eius non esset primus: quare ex opposito cōsequentis infertur oppositum antecedentis: s. q si motus eius, primus est, ipsum est aeternū.

C *Et cum declarauit ista. s. hoc corpus esse aeternum & motum, perscrutabatur primo de motu coeli, & inuenit illum moueri a virtute nec graui nec leui, & quia omnis virtus grauis aut leuis existit in corpore generabili, & corruptibili, & in natura generabili & corruptibili, aut anima si fuerit cum hac materia, necesse fuit vt hęc virtus, quae nec est grauis nec leuis sit in corpore simplici, & ipsam nō habere subiectum, nec contrariū, & vt sit anima necessario non admixta materiae, sed anima corporis aeterni, ita vt ista anima sit non abstracta a corpore, & cum hoc separata ab ipso, inquantum hoc corpus non indiget ipsa, quia est permanens per se, sicut est dispositio de animalibus, que sunt cum virtutibus naturalibus, & vt ista anima sit i eo; nam omne motum ex se mouetur per virtutem existentem in eo.*

Virtus motiua coelestiū nō est grauis aut leuis: quae Generabiliū & corruptibiliū naturas sequuntur.

Declarat naturam motorum appropriatorum. Et primo ostendit huiusmodi motores esse animas non materiales, sed separatas quantum ad esse, coniunctas vero suis mobilibus quantum ad operationes, secundo ostendit quales sunt secundum suas essentias ibi. (Et cum considerauit) Primo dicit, q cum Arist. considerauit ista, quae dicta sunt de corpore coelesti s. ipsum esse aeternum & motum eius, incepit perscrutari i Octauo Phy. de motu eius: & inuenit istum motum fieri a virtute nec graui nec leui, idest a forma quam sequitur, grauitas & leuitas, supple dicantur formae, aut simul grauitas aut leuitas sunt a natura generabili & corruptibili, idest a forma materiali in materia, quae est generabilis & corruptibilis: &
A hoc supple si grauitas & leuitas, supple non dicuntur formae, sed qualitates communes formis in materiis, aut grauitas aut leuitas ab anima. Si autem fuerit materialis existens in materia generabili & corruptibili, corpus igitur coeleste cum nō sit generabile & corruptibile, necesse est motum eius fieri a virtute nec graui nec leui. De ista ratione tantum ponit maiorem in litera, sed dat minorē intelligere & conclusionem per hoc quod sequitur. Subdit enim, q necesse est, q hec virtus, quae nec est grauis nec leuis, sit in corpore simplici, & q ista virtus vel forma non habeat subiectum, per quod videlicet consistat i esse, nec cōtrarium a quo. s. corrumpatur: ex quo enim virtus grauis & leuis est in corpore generabili & corruptibili, consequens est q corpus, quod non est generabile nec corruptibile, habeat virtutem nec grauem nec leuem, & ita necesse est, q illa virtus, que mouet coelum sit anima non admixta materiae, sed anima corporis aeternī: & ita necesse est q ista anima coelestis non sit separata a
B mobili suo, nec subiecto, nec loco: & cum hoc, q ipsa sit separata ab eo, quātum ad esse, eo. s. q corpus coeleste nō indiget anima ad suum esse, sed est per se ipsum ex natura non recipiens esse ab ipsa anima, sicut corpora animaliū inferiorum recipiunt esse a suis virtutibus materialibus, idest a suis formis vel animabus: & ita anima coelestis nunquam seperatur a suo mobili, licet sit absoluta i esse, sed semp est in suo mobili, quia oē quod mouetur ex se, mouetur p virtutē existentē in ipso, cum igitur coelū maxime moueri ex se, ergo virtus mouens ipsum effectiue in ipso existit. Nota, q de numero grauium & leuium quaedā sunt simplicia, & quaedam mixta, in simplicibus corporibus grauitas & leuitas videbātur esse formae substantiales, eo q mediantibus eis mouentur ad loca propria, cum extra ipsa fuerint, & non qualitates consequentes formas substantiales, sed grauium & leuium mixtorū quaedam sunt animata, quaedā inanimata, & quocunq; modo, sit semper grauitas & leuitas sunt qualitates generabilium & corruptibilium.

Et cum cōsiderauit in istis virtutibus, declaratum fuit ei ipsam esse virtutem appetitiuam de virtutibus animae tantum.

Vide .11. M. t. 3. & 44.

Ostendit naturam motorum appropriatorum quantum ad suas essentias, dicens q cum considerauit Arist. naturam istorum motorum appropriatorum, notū fuit ei virtutem esse appetitiuam tantum. Notandum, sicut dicit Commentator octauo Methaphysicae, operatio arguit formam, cum igitur in virtutibus corporum coelestium apparet operatio appetitus, ideo appetitus primū mouens in moto dicitur, tertio de Anima. & Commentator. 12. Metaphy. ideo necesse est motores coelestes esse virtutes appetitiuas, sed, quia in formis omnino absolutis nō est virtus sensitiua materialis, vt patet secundo de Anima, ideo i motoribus coelestibus, qui sunt formae absolutae, est appetitus intellectiuus, ideo huiusmodi animae
D habent virtutes appetitiuas & voluntarias, & hoc Commentator dicit. 12. Metaphy. q de virtutibus animae solū habent intellectum & voluntatem, idem etiam intelligit hic, licet non dicat de intellectu, quia hic intendit per appetitum voluntatem, quae sequitur intellecta.

Animabus coelestibus nō tantū appetitus, sed & intellectus inest.

Et cum considerauit de virtutibus appetitiuis coelestibus, vidit eas moueri ad appetibile nobilius ipsis.

Determinat de motore primo, & proponit, q praeter motores appropriatos est alius motor nobilior eis, secundo determinat illum motorem esse nobiliorem & perfectiorem eis, ibi. (Et cum considerauit.) Primo dicit, q, cum philosophus primo considerauit in istis virtutibus coelestibus appetitiuis, vidit eas moueri ad illud appetibile nobilius ipsis, cum mouens nobilius sit moto, & agens

Appetibile semp vel est simpliciter bonum vel appares, & quando.

passo, sed appetibile mouet ipsum appetitum, ergo ipsum appetibile nobilius est ipso appetitu, & ideo appetibile mouet secundum nobilitatem in ratione boni, ita ꝙ nihil est appetibile, nisi bonum vel simpliciter vel bonum apparẽs, vnde, si appetitus itellectiuus fuerit cõiunctus magnitudini, & sensui, appetibile quandoq; erit bonum apparens, & non simpliciter, eo ꝙ in tali appetitu potest error contingere. Sed, si appetitus intellectiuus fuerit separatus, tunc eius appetibile est bonum simpliciter, & hoc appetibile necessario nobilius est ipso appetitu quia appetitus ordinatus nunquam tẽdit in vilius se, sed semper in nobilius, ex quo apparet ꝙ appetibile, quod mouet virtutes coelestes, est nobilius eis.

Tex. 41 *Et, cum considerauit de virtutibus appetitiuis coelestibus, inuenit eas esse finitarum potentiarum.* Et, *cum considerauit in continuatione motus earum, fuit declaratum ei ꝙ causa continuationis motus earum, non est ista virtus, qua mouentur: sed illud, quod largitur eis continuationem est illud appetibile.*

Ostendit illum motorem esse nobiliorem aliis, & perfectiorem, eo ꝙ ipse est causa perpetuitatis & continuitatis motus, & alii ad hoc non sufficiunt, secundo ostendit ipsum esse nobiliorem & perfectiorem, eo ꝙ est causa in esse nõ solum ipsi motui, sed etiam omnibus aliis entibus, ibi. (Et fuit declaratum.) Circa primum tria facit primo ostendit motorem esse sufficientem causam & primam continuitatis & perpetuitatis motus, secundo ostendit naturam istius motus secundum se, tertio recapitulat omnia supradicta, vt etiam ostendat qualiter Arist. compleuerit scientiã de coelo. secunda ibi. (Et quia continuatio non peruenit) tertia ibi. (Et cum considerauit,)

Primo dicit, ꝙ, cum Arist. determinauit de istis virtutibus appetitiuis s. in motoribus appropriatis, inuenit eas esse finitarum potentiarum, & hoc, quum determinatam proportionem virtutis habeant ad sua mobilia, quae sunt finitae quantitatis. Et cum considerauit in continuitate motus, quẽ faciunt illae virtutes, quia videlicet est motus continuus & perpetuus, fuit ei manifestum, ꝙ causa continuitatis motus proprie non est illa virtus, quae sit causa motus effectiue, nulla enim istarum virtutum appetitiuarum, quae est effectiua motus, sufficit ad causandum motum continuum & proprie nobilius eis. Notandũ est, ꝙ finita virtus in quantitate actionis non potest esse per se absq; alio principio causa motus aeterni, quia quod per se non potest esse ens absolutum ab alio, ita ꝙ sit principium, non potest esse per se sine alio causa motus aeterni, eo ꝙ essentia rei prior naturaliter est sua actione, sed nulla de virtutibus appetitiuis coeli prout est principium, est ens absolutũ ab omni alio omnino, eo ꝙ est finitae virtutis in vigore, quare &c. & ideo sicut est de suo vigore, ita erit de sua duratione, sicut dictum est supra de Coelo & Mũdo, nisi esset aliud p quod est, a quo habet tanquam a fine durationem perpetuam, quare de nullis virtutibus appetitiuis coeli potest esse ꝙ sint causa sufficiens per se perpetuitatis motus. Item illud propter quod anima est, vt iam tactum est supra, magis est, ex quo enim mouet propter aliud necesse ẽ vt secundum dispositionem illius, propter quod moueat, ita ꝙ, si illud propter quod aliter se habet vno tẽpore quam alio deficeret ei, deficiet & motus, & hoc est quod Commenta. dicit 12. Met. ꝙ motores coelestes possunt semp mouere & non mouere, possunt enim semper mouere, si illud propter quod mouent non fuerit receptibile transmutationis alicuius motus, cuiuscunq; sit transmutatio, sed possunt non mouere semper, si illud propter quod mouẽt fuerit trãsmutabile aliquo modo, minor declarata est supra. s. ꝙ motores appropriati, qui sunt virtutes appetitiuae, mouent propter aliud, quare manifestum est ꝙ possunt causare motum perpetuum. Adhuc dicendum ꝙ, si primus D motor est causa in esse, motus, vt apparebit infra, sequitur ꝙ sit causa in continuitate motus, quia motus est in continuatione: vt infra dicetur per Commen. Ex his, quae dicuntur hic, manifeste apparet duo esse de intentione Commenta. de quibus maxime aliqui consueuerunt dubitare. Primum est, ꝙ primum principium nõ mouet in ratione causae efficientis, sed solum in ratione finis. dicit enim hic ꝙ declaratum fuit ab Arist. ꝙ causa continuitatis motus non est illa forma, qua fit motus, sed illud quod largitur ei continuationem, est illud appetibile: & cõstat hoc appetibile esse primum principium, quod est aliud a forma concurrente effectiue. Secundum, quod hic apparet ex intentione Commẽt. est, ꝙ primum principium est infinitum in vigore, quod est de eius intentione. Dicit enim hic, ꝙ, cum Arist. Vidit virtutes appetitiuas corporum coelestium motores appropriatos esse potentiarum finitarum & vigoris finiti, & vidit motus eorum esse continuationis perpetuae, ideo fuit ei manifestũ ꝙ causa continuationis motus nõ est illa forma, quae mo-

Primũ motũ mouet sõ in ratione finis apud Aue.

F uet effectiue, sed illud appetibile, ex quo siquidem apparet de intentione eius esse, ꝙ primum principium non est finitum in vigore, ex quo enim appropriati motores nõ sunt causa perpetuitatis motus, quia sunt finiti vigoris, igitur a destructione consequentis, sequitur ꝙ sit primũ principium, quod est causa continuationis perpetui motus, qui non est finitus vigore. Deinde cum dicit.

Et quia continuatio non prouenit nisi a motore nõ moto, sequitur ꝙ, istud mouens non est corpus, nec potẽtia in corpore, & ꝙ, est intelligentia abstracta: quod etiã declaratum est in libro de Anima. s. ꝙ, omne quod est tale, est intelligentia abstracta, & quod istud corpus coeleste intelligit hanc intelligẽtiam. Intelligere. n. trãsmutat ipsum ad istud appetere.

Ostendit qualis sit motor primus secundum se: & quia G dictum est statim, ꝙ appetibile, propter quod est motus est causa continuationis motus, nunc dicit, ꝙ quia continuatio non prouenit nisi a motore nõ moto, sequitur ꝙ iste motor, a quo est continuatio motus, non est corpus, nec virtus in corpore, sed est intelligentia abstracta: & hoc declaratum est in Tertio de Anima, scilicet, ꝙ omnis forma, quae nõ est in corpore, sed est abstracta, est intelligentia: & hanc intelligentiam intelligit corpus coeleste, videlicet per suum motorem appropriatum, & hoc est quia intelligere quod corpus coeleste habet de ipsa intelligentia abstracta, transmutat ipsum ad illud appetibile. i. propter hoc, ꝙ corpus coeleste per motorem proprium intelligit primum, quod omnino separatum est, a quo dependet, etiam mouet propter illud appetens conseruare perfectionem & similitudinem, quam habet cum eo. Nota, sicut dicit Commenta. ꝙ motor, qui dat perpetuã continuitatem, nõ est corpus, nec potẽtia in corpore, sed est intelligentia abstracta: & vt dicitur Octauo Phy. & & non solum intelligitur ꝙ sit abstractus, quia non est virH tus materialis, nec consistit per corpus, quia eodem modo motores appropriati sunt abstracti: & ideo conditio vel natura non est propter mouere primo, sed sibi conuenit, & motoribus aliis coelestibus: sed intelligitur, ꝙ motor primus est omnino abstractus, ita ꝙ nõ est forma materialis, nec immersa materiae, nec forma abstracta appropriata alicui mobili, sed omnino est abstracta: & ita per hoc differt a motoribus appropriatis, qui licet sint abstracti ex se, sunt tamen coniuncti per operationem & appropriati ad determinata mobilia. Et ex hac cõsideratiõe oportet huiusmodi motores plures opinari, & videtur quicquid dicitur de motoribus abstractis in esse locũ ꝙ dicatur de primo, qui est absolutus simpliciter & e cõuerso: sed non est ita, est enim deceptio secundum quid

& simpliciter, & ideo Commenta. sæpe motores appropriatos ponit in corporibus cœlestibus propter motum A cœli vel desiderium cœli, vt supra dictum est in quæstio-
Quis nam motor appropriat⁹. ne quadam. Nota, ꝙ per motorem appropriatum intelligit ipsum primum motorem, qui est primus. & ideo secundum diuersitatem mouentium appropriatur, diuersis ordinibus: & sunt diuersi gradus intellectus eius licet in seipsum primum sit vnum omnib⁹ modis & simpliciter: quia, vt Commentator dicit. 12. Metaphy. non est idem, quod de primo principio intelligit motor primi mobilis cum eo, quod de ipso intelligit motor Saturni & intellectus, quod est idem quantum ad essentiam: & hoc ideo est, quia isti motores appropriati differunt in perfectione & in esse, vt Commen. dicit Secundo Cœ. & Mundi.

Et considerauit etiam de causa æternitatis cœli, & declarauit in vltimo Primi Cœli & Mund. in eo non potentiam existere omnino, & declarauit etiam de virtute, qua mouetur cœlum localiter, scilicet anima appe B
titiua, ipsam non habere materiam, nisi materiam, quæ
Te. c. 114. & inde. *est in potentia in loco tantum. Cum igitur sciuit has tres causas, compleuit scientiam de cœlo. Et est declara-*
Te. c. 71. *tum ex hoc toto, quod dixit etiam in secundo Cœl. & Mũ. s. q, si in cœlo essent plures stellæ aut maiores, aut minores cessarent motus eius, & sic cessaret continuatio motus: motus enim est necessarius in cõtinuatione.*

Recapitulat prius dicta dicens, ꝙ, cum Aristo. considerauit in causa æternitatis cœli: & determinauit in fine Primi Cœli & Mundi ꝙ in cœlo non est potentia ad nõ esse, scilicet quia ipsum secundum se est ingenerabile & incorruptibile: & declarauit etiã de virtute, qua mouetur cœlum localiter, ꝙ non habet materiam, cui det esse, sed solum subiectum, cui dat motum: quum sciuit istas tres cau- C
sas, compleuit scientiam de cœlo. & intelligit per tres causas, subiectum cœli, quod est quasi quinta essentia: & motorem appropriatum, qui dicitur virtus appetitiua eius: & hæc duo remanent. & tertia causa est motor primus, qui est mouens appetibile, quod est omnino immobile abstractum, de quo prius loquebatur, & subdit, ꝙ hoc totum declaratum fuit prius ex illo, quod Philosophus dixit Secundo Cœli & Mundi: ꝙ, si in cœlo essent plures stellæ vel maiores vel minores, cessaret motus eius: & per consequens continuus non esset in continuatione. Notandum est per hoc quod dicitur, scilicet quod si in cœlo essent plures stellæ vel maiores vel minores &c. cessaret motus eius, intelligitur de de duabus causis prædictis, scilicet de ipso cœlo: & motore appropriato, qui est anima eius: nam ex proportione determinata istius motoris appropriati ad suum mobile probat Philosophus, ꝙ, si essent plures stellæ vel maiores, cessaret motus vel non fieret in eadem velocitate, qua fit motus. Et implicite datur intel- D
ligi tertia causa, quæ est primus motor, & illa dicta causa declarata est a Philosopho Octauo Physico. & Duodecimo Meta. Deinde cum dicit.

Si motu cœli destrueretur, destrueretur & cœlũ. Et Destructio d. dispu. 1. vide ꝙ 12. Met. 41 vl. com. cim. *Et fuit declaratum in omnibus istis, q, dator continuationis motus, est dator motus cœli. Et nisi ipse esset destrueretur motus, & si motus, & cœlum: cœlũ enim est propter motum suum, & si motus cœli destrueretur, motus entium inferiorũ destrueretur, & sic mundus. Ex quo verificatur, q, dator cõtinuationis motus, est dator etiam aliis entibus.*

Ostendit motorẽ primũ esse cãm omnibus aliis. & dicit, ꝙ declaratũ fuit ex oibus istis, q̃ imediate supra dicta sunt, ꝙ motor, qui dat motui cœli continuationem. s. motor primus, dat etiam moueri: quia motus est de genere successiuorum, & ideo suum esse continuum est suum cẽ. Ex quo apparet, ꝙ qui dat continuationem motus dat esse motus: & nisi ipse qui dat continuationem esset destrueretur motus: quia, cum cessaret eius continuatio, cessaret eius esse: & si destrueret̃ motus cœli, destrueret̃ cœlũ per suum motum: quia vnumquodq;, quod habet operationem propriã, est ꝓpter operationẽ tanq̃ propter finẽ. 2. Cœ. & Mũ. quare destructo motu cœli, destrueret̃ cœlũ, vel esset frustra: & subdit, ꝙ destrueret̃ motus istorũ inferiorũ, & per ꝯñs entia: quare destrueret̃ totũ. Ex quo apparet esse verum, ꝙ motor, qui dat motui esse continuũ, dat esse omnibus aliis entibus: & est motor primus, quia omnia hñt esse per ipsum: & si primũ non esset, alia nõ essent, & ita omnia ab ipso dependent in esse & perfectione tanq̃ a fine. Et ex hoc expresse apparet modus, sm quẽ causa prima dat esse omnibus aliis entibus in æternis & necessariis de se sm intentionẽ Phi, & eius Cõment. quia
B hoc nõ est sicut causa effectiua & ꝓductiua, quæ dat esse suo effectui post non esse, sed sicut ꝓpter quem alia sunt, & sicut conseruans & perficiens. Notandum est ꝙ dicit, Q. ẽo etiam fuit ex cœli motu pẽdeat.
si destrueret̃ motus cœli, & tunc destruerentur omnia inferiora: & hoc ideo, quia cœlum non est solũ causa in esse istis inferioribus, sed etiam in conseruari. nã, sicut apparet Secundo de Generatione, & Commenta. assumit secũdo Cœli & Mũ. motus Solis in obliquo circulo est causa generationis & corruptionis, motus autem diurnus est causa continuitatis & perpetuitatis & conseruationis æternæ in re naturali: quare patet, cœlum esse causam istorum inferiorum non solum in esse, sed etiam in cõseruari: sed destructa causa conseruatiua, destruitur effectus: quare destructo motu cœli, destruerentur omnia ista inferiora.

Demõstratio autem, qua vsus est in vltimo octaui Te. c. 78. & 79.
Physicorum. s. q, virtus infinita nõ existit in corpore
C *finito, siue fuerit virtus materialis, siue nõ plures induxit ad errorem, & multotiens locuti fuimus de dissolutione quæstionis cõtingentis in ea, & similiter locuti fuimus de hoc, quod cõtingit ex hoc, q, primum motum ex se & ex alio est motum per accidens per naturã motoris sui, & hoc intendimus declarare, & est manifestum, q, qui destruit sciẽtiam causarum istorum trium quæsitorum, nõ complebitur in eo sciẽtia cœli.*

Redit ad declarandum de natura corporis cœlestis in comparatione ad motorem primum. circa quod duo facit, primo præmittit intentionem suã, secundo declarat intentum ibi. (Perscrutandum.) Circa primum præmittit duo, ex quibus elicit ꝓpositum, dicens ꝙ demonstratio, qua vsus est Aristo. in Octauo Physico. s. ꝙ virtus infinita non existit in corpore finito, siue illa virtus fuerit mate-
D rialis, siue non plures duxit in errorem: & multotiens fuimus locuti de dissolutione quæstionis contingentis in illa demonstratione: & intelligit per demonstrationem determinatã in materia. s. ꝓpositionem, q̃ assumpta est prius, videlicet ꝙ virtus infinita non est in corpore finito. Et subdit, ꝙ similiter locuti sumus de alio, quod sequitur ex illo prius dicto. s. ꝙ principium ex se mouetur ex alio per accidens. i. per aliud. s. per naturam motoris appropriati. Secundo ex hoc statim elicit intentum suum cum dicit, & hoc intendimus determinare. s. qñ primũ motum ex se, quod est cœlum, est ex alio. s. a motore primo: & hoc per naturam sui motoris appropriati. Et subdit, ꝙ manifestum est, ꝙ qui destruit scientiam istarum trium causarum, scilicet scientiam contingentium quæstionum circa istas tres quæstiones, non complebitur in eo scientia cor-

poris cœlestis, quod est quinta essentia. Notandum, ꝙ per illa tria complebitur scientia cœli, & per motum suũ tanq̃ per propriam operationem: motus autem eius est propter suum motorem appropriatũ, qui mouet ipsum effectiue: nam agentia diuina non agunt nisi propter intẽtionem, vt ipse dicit Secundo Cœ. & Mun. motores autem appropriati sunt propter motorem primum, a quo dependent in esse & moueri, vt supra dictum est. Et quũ prædictæ scientiæ alicuius non habeantur nisi per cognitionem omnium causarum, vt dicitur primo Posterio. & primo Phy. ergo scientia cœli sine his perfecte haberi nõ potest. Notandum est, ꝙ quæstio, quam proponit primo, de qua dicit plures fuisse in errore, quam ipse soluit in pluribus locis est, ꝙ, si omnis virtus existens in corpore est finita, igitur omnes virtutes cœlestes actiuæ sunt finitæ: quare non poterunt causare motum perpetuum. Et, si dicatur, ꝙ virtus terminans motum perpetuum est infinita, tunc sequitur ꝙ mouet in non tempore: quod est impossibile. Et in parte ipse dissoluit istam quæstionem in capitulo immediate præcedenti, vbi ostẽdit, ꝙ virtutes cœlestes vno modo sunt finitæ, scilicet in qualitate actionis, & alio modo infinitæ, scilicet in duratione, & eodem modo distinguit in Secundo Cœli & Mundi, sed solutionem magis completam dicit in Duodecimo Metaphy. vbi dicit, ꝙ motus cœli causatur ex duobus motoribus, quorũ vnus est infinitæ potentiæ, a quo habet æternitatem, & alius est finitus in vigore: a quo habet velocitatem determinatam. & in eandem sententiam concordat in Octauo Physico. vbi vult, ꝙ primus motor, cum sit sempiternus, non est finitus nec infinitus, eo ꝙ non est quantus, nec habet attributionem ad quantitatem secundum vigorem: et ideo non sequitur ꝙ moueat in non tempore, quia ibi vult, ꝙ proprietas motus sit a primo motore, vel ꝙ non indigeat motore primo, ex hoc, ꝙ habet motorem, qui mouet ipsum effectiue.

Cœli scientiæ terminus.

Caput quintum. De cœli simplicitate, ac spiritualitate.

PErscrutandum est de hoc quod dicunt, ꝙ corpus cœleste est simplex & spirituale. Intendunt enim in ipso esse dimensiones non in materia: & ideo non recipit alterationem in qualitatibus, nec in substantia. & est, sicut dicit Themistius, ꝙ Sol, Luna & aliæ stellæ aut sunt formæ, idest dimensiones non in materia, idest corpora spiritualia, aut habent materiam æquiuocam cũ istis materiis. Nullus autem dubitat in hoc, ꝙ sunt corpora quæ mouentur, & etiam nullus dubitat, ꝙ corpora non recipiunt alterationem & transmutationem in substantia, nisi quia sunt in materia, & ideo inuenitur in eis plusquam vnum numero, sunt species & genera. corpora igitur cœlestia sunt corpora absoluta a materia.

Hic vult cœlestia corpora diuersarum specierũ esse. Idem De substan. orbis ca. 2 sed vide op. 2 cœli. 49 & 59. com. Vide com. enim

DEclarat propositum: circa quod duo facit. primo ostendit qualiter cœlum indigeat motore primo, vel quam habitudinem in suo moueri habeat ad motorem primum. secundo occasione huius mouet quãdam quæstionem circa naturam corporis cœlestis, & eã dissoluit. ibi. (Ioannes enim.) Circa primum adhuc duo facit, primo ostendit cœlum adhuc non habere materiã proprie, scilicet eiusdem rationis cum materia generabilium & corruptibilium, secundo ostendit ipsum habere materiam, quæ est in potentia ad vbi. ex quo demonstrat intentum ibi. (Sed cum sicut duo.) Dicit ergo, ꝙ, cũ fuit dictum statim, ꝙ intendit hic declarare quomodo primum motum sm se, scilicet cœlum mouetur per naturam sui motoris appropriati, nunc dicit, ꝙ perscrutandũ est igitur de hoc, quod dicunt Sapientes, ꝙ corpus cœleste est simpliciter separabile, idest separatum a materia & transmutatione: & ideo est perscrutandũ, vt sciamus quæ potentia est in corpore cœlesti, & quæ non. nam ex hoc apparebit quod intendunt quidam dicentes corpus cœleste esse simplex & separabile. intendunt enim ipsum esse dimensiones non in materia, idest corporeitatem sine materia, quæ est in potentia ad esse. ideo est inalterabile & intransmutabile substantia & qualitate, scilicet alteratione corruptiua. & subdit, quod est sicut Themistius dixit, ꝙ Sol & Luna & aliæ stellæ sunt formæ, idest dimensiones non in materia, idest corpora spiritualia: aut si habent materiam est æquiuoce dicta cum materia istorum inferiorum, & probat statim, quia nullus dubitat in hoc ꝙ sunt corpora, quia mouent̃: & etiam nullus dubitat, ꝙ corpora alterabilia non recipiunt alterationem & transmutationem in substantia, nisi quia sunt in materia, quæ de se est in potentia ad formas diuersas in specie & numero. inuenitur enim in ipsis rebus materialibus plus vno numero sub vna specie, vt sunt species & genera. Sed, cum corpora cœlestia sic non alterantur nec transmutantur secũdum substantiam, nec inuenitur in eis multitudo indiuiduorũ sub vna specie, igit̃ corpora cœlestia sunt abstracta a materia, ac si argueret sic, Omne quod habet materiam alteratur & transmutatur secundum substãtiam: corpora cœlestia non alterantur, nec transmutantur secundum substãtiam. igitur &c. Et huius rationis ponit maiorem Cõmẽ. in litera. Notandum, ꝙ corpora cœlestia dicuntur formæ pro tanto, quia sunt existentia in actu per seipsa, non per aliam formam dantem sibi esse formaliter: & quia in aliis actualitas existẽdi est a forma, ideo illa corpora quodammodo dicuntur formæ. Notandum etiam, ꝙ omne habens materiam transmutabile est secundum substantiam: quia materiam consequitur subiecta potentia, sicut accidens proprium suum subiectum: & ideo cum est sub vna forma, ipsa etiam in potentia est ad aliam: & ideo materiale est transmutabile secundum substantiam. propter hoc dicit Cõmenta. Septimo Metaphysi. ꝙ transmutatio fecit scire materiam: & ex hoc est ꝙ in materialibus inueniuntur pluralitas indiuiduorum sub vna specie, sed a diuersis numero, eo ꝙ materia per dimensiones sibi primo inhærentes vniuersaliter diuisibilis est: & ideo, cum aliquod agens per partes diuersas agat, eadem forma secundum speciem recipit̃ in diuersis portionibus materiæ, vt Cõmenta. dicit Septimo Metaphy. & ita fiunt plura indiuidua sub vna specie. Deinde cum dicit.

Cœlestia corpora quare dicantur formæ

Materiam habens transmutari in substantia

Sed tamen fuit dubium de eis, vtrum habeant materiam propter potentiam, quæ est in eis ad vbi: omnis. n. potentia existit in materia. sed forte videtur ꝙ ista materia habet esse medium inter materiam, quæ est omnino in potentia, & inter actum purum, scilicet tres dimẽsiones, in quibus non est potentia omnino: & sic potentia habebit gradus, & materia gradus, & per hanc potentiam indigent corpora cœlestia motore, in quo non est potentia omnino.

Ostendit cœlũ habere materiã, quæ est in potentia ad vbi. & inquirit per modũ q̃ónis, vtrum in cœlo sit mã ꝑ potentiã, quæ est in eo ad vbi. & dicit ꝙ sic. quia oĩs potentia existit in mã: cũ igitur cœlũ habeat potẽtiã ad vbi, igit̃ habet materiã. Soluit & dicit, ꝙ forte videt̃, ꝙ habeat materiã, sed illa mã habet eẽ mediũ inter materiam, quæ est oĩno in potentia, & inter actũ purum, quod est esse dimẽsiones, in q̃bus corporeitas nõ est oĩno in potẽtia ad esse: & ita ista potentia habet gradus, & materia similiter, ita ꝙ q̃dam est potẽtia simplex, & quædam materia simplex, quæ supple est pura mã, & pura potẽtia & hæc est gñabilium & corruptibilium & q̃dã est mã sm quid

vt est

vt est corpus coeleste, quod solum est in potentia ad vbi. Et subdit ꝙ hoc est propositum principale, propter quod omnia alia dicta ab illa parte, perscrutandum igitur, huiusque induxit: & est ꝙ propter istam potentiam quæ est in corporibus coelestibus, indigent motore aliquo, qui non est in potentia omnino, & ille est motor primus.

Notandum, quia dicitur. (Dubitatur ꝙ forte coelum videtur habere materiam,) pro tanto dixit forte, sicut dixit supra in isto libello, & Octauo Metaphysi. quia corpus coeleste videtur magis habere nomen subiecti q̃ materiæ: quia materia est proprie in potentia ad formam, & est verum subiectum fixum formæ, vt supra patuit: & sic corpus coeleste proprie non est materia. Item notandum, sicut dicit Comment. Secundo Coeli & Mundi & aliquantulum assumptum est, coelum esse ligamentum generabilium & corruptibilium cum causis æternis corporeis: & ideo necesse est vt inter principia æterna, & res generabiles & corruptibiles sit ens tale medium, quod sit æternum & intransmutabile secundum substantiam, trãsmutabile autem in loco, & si non esset ita, impossibile esset ꝙ a principiis æternis prouenirer aliqua actio specialis: propter quod intulit in Octauo Physicorũ, quod primũ antiquum nihil agit in istis inferioribus sine secundo antiquo: & ideo coelum est naturæ mediæ habẽs aliquid possibilitatis, cum qua communicat cum istis inferioribus. Item, sicut dicit Comment. septimo Metaphy. in corpore coelesti non est potentia vt corrumpatur, vt supra declaratum est sæpe: motus autem eius potest corrumpi, quia habet contrarium, scilicet quietem: & ideo Aristote. dicit Nono Metaph. ꝙ non est timendum, ꝙ coelum stet, & non est timendum, ꝙ coelum corrumpatur: quia est impossibile, ꝙ corrumpatur: quod est impossibile ꝙ non sit: ideo nullus timet euenire, quod est impossibile vt eueniat, sed illud, quod est possibile de se. quia igitur motus coeli potest corrumpi quantum est de se, & est impossibile ꝙ corrumpatur, quia est motus sempiternus sine principio & sine fine, vt probatur octauo Physicorum, ideo oportet ꝙ necessitas sui esse, ex quo ex se non est, sit ab aliquo principio, in quo omnino nulla sit potentia per se, nec per accidens: & tale est solum primum principium, quia ex hoc dicitur primus motor, quia dat motui continuitatem: & hæc propter modum quem declarat Commenta. in eodem commento præallegato, scilicet ꝙ ipsum est idem eodem modo semper immutabile manens. ideo motoribus appropriatis idem semper & eodem modo ab ipsis appetitur semper, & quia motus est per appetitum. Ideo sicut idem semper eodem modo intelligitur & appetitur: & sic semper eodem modo fit motus. & ideo apparet ꝙ corpora coelestia quia possunt quiescere indigent necessario ad perpetuationem, sui motus motore, in quo nulla potentia est omnino: in motoribus autem aliis & intelligentiis aliquid est possibilitatis: quia quod est intelligens extra se dependet ex alio vt dixit Commentator Tertio de Anima. & sunt vigoris determinati: & secundum illam proportionem ad diuersa non possunt facere motum sempiternum & necessariũ.

Cœlum est natura media inter possibil. puri. & actũ purum.

Ioannes autem dedit quæstionem de qua plures considerantes non poterant euadere. Dicit enim, si mundus est finitus, debet habere potentiam finitam: ergo est generabilis & corruptibilis.

Mouet quandam quæstionem, & primo mouet eam, secundo soluit ibi. (Ad hoc dicendum.) Quia dixerat statim, ꝙ coelum indiget motore propter potentiam, quæ est in eo ad esse, ideo circa hoc mouet quæstionem quandam, quam mouet Ioannes Grammaticus dicens, ꝙ Ioãnes mouet quæstionem peripateticis, de qua plures considerantes non poterant euadere, idest soluere illam. Dixit enim, ꝙ si motus esset finitus, vel coelum esset finitum non posset esse virtutis infinitæ in Octauo Physicorum, & in Secundo Coeli & Mundi: omne autem, quod habet virtutem finitam est durationis finitæ: quia duratio est propter aliquam virtutem, ex quo concludit coelum esse durationis finitæ: quare coelum erit generabile & corruptibile.

D

A

Et ad hoc dicendum, q, generatio & corruptio, & omnis motus est a virtute, quæ est habitus: & omne, quod caret causis motus, necesse est habere quietem, quæ est eius priuatio. Et non est impossibile existere in corpore finito, quod caret motu, quietem infinitam, licet corpus sit finitum: quies enim est priuatio, & priuatio non est potentia. Vnde dicit Aristo. q, cum stellæ careant causis motus, quas habent corpora cœlestia, habent de necessitate quietem infinitam, quæ est priuatio motus. Et similiter ostendit, q, terra debet habere quietem infinitam, quæ est priuatio motus, quia caret agente motum in ea infinitum. & ideo dicit, q, quies, quæ est in ea, contingit necessario vt sit fortior virtute cœli, qua mouetur. Motus enim super ipsam est, et motus impossibilis est in eo, quod est quiescens, cum careat causis motus. & hoc est manifestum per se. In cœlo igitur est priuatio infinita, licet sit finitum, cũ quies sit priuatio, non virtus, sicut existimauerunt, qui dixerunt, q, quies est in eo per virtutem, immo necessario est per priuationem virtutis.

Vide 12. Meta. 41.

B

Hic soluit. & primo demonstrat, secundo mouet dubium circa dictam solutionẽ, & ipsam soluit. ibi. (Et ideo loquentes.) Dicit ergo primo, ꝙ ad hoc dicendum, ꝙ generabile & corruptibile & vniuersaliter omnis motus est ab aliqua virtute, quæ est habitus: quies autem est priuatio motus per solam carentiam causarum motus, & non per virtutem aliquam quæ est habitus: & ideo omne quod caret causis motus, necesse est habere quietem, quæ est priuatio habitus. Tunc ex hoc soluit quæstionẽ dicens, ꝙ in corpore finito non possit esse virtus infinita, non tamen est impossibile in corpore finito, quod caret motu, esse priuationem infinitam, eo ꝙ quies est priuatio, priuatio autem, cum non sit potentia vel habitus, bene potest esse infinita in corpore finito, quia caret causis motus: & hoc declarat ex textu Aris. qui dicit Secundo Coeli & Mund. ꝙ, cum stellæ careant causis motus, quas habẽt corpora coelestia, de necessitate habent quietem infinitam per se, tunc constat ꝙ stellæ sunt corpora finita, sicut dicitur de terra, quæ dicitur habere quietem infinitam, quæ est priuatio motus: eo ꝙ in infinitũ caret causa agente motum. & ideo dicit Philosophus in libello suo de causa motus animalium, ꝙ quies terræ fortior est virtute q̃ coelum: quia motus coeli est supra ipsam: omnino autem motus dicitur esse super aliquid fixum, vt apparet de causa motus animalium: motus vero est impossibilis in eo, quod est simpliciter quiescens, cum careat causis motus: quare apparet non esse inconueniens, ꝙ in corpore finito sit infinita quies, vt in coelo: ideo est quies infinita, licet sit finitum: cum quies nihil aliud sit q̃ priuatio eorum motuum, vt motus corruptionis. & subdit ꝙ hoc ignorauerunt illi, qui dixerunt, ꝙ quies est in eo p virtutem, quæ est habitus: imo inest necẽo p virtutis priuationẽ mouentis ad corruptionẽ. Nota, ꝙ istã solutionẽ tangit ad istã quõnem circa. 4. Phy. vbi dicit, ꝙ potentia susceptiua motus, est infinita: & hoc ideo est, quia simplex non componitur ex materia & forma: & ex hoc ꝙ caret causis corruptionis. abscissio. n. materiæ est causa perpetuitatis, vt ipse dicit. 2. Coel. & Mund. & quod caret causis corruptionis

C

D

manet in infinitum, quod autem manet in infinitum potest infinitum motum recipere ab alio. & eandem solutionem tangit Primo Coeli & Mundi. Aliam ponit solutionem ad istam quaestionem in libro Metaph. dicit enim ibi, q cum dicitur, q omnis potentia existens in corpore est finita, q verum est. sed potentia dicitur multipliciter. est enim potentia in subiecto, potentia in alteratione, potentia ad vbi. Sed vt declaratum est in Octauo Physico. & in Primo Coeli & mundi, in corpore coelesti nulla est potentia nisi ad vbi. Et, cum dicitur, q omnis potẽtia existens in corpore finita est, verum est quaecunq; potentia corruptiua in ipso, sed non sequitur q in coelo sit potentia ad corruptionem nec finita.

Et ideo videmus loquentes in hac quaestione quaerere, vtrum permaneat per se, aut per dispositionem additam illi. & est permanens per se, quia permanentia F *est priuatio motus, & priuatio non accidit ei, nisi quia caret agente motum. Et scias q, haec quaestio est valde bona.*

Mouet circa hoc quoddam dubium, quia dictum est, statim, q coelũ habet quietẽ, q̄ est priuatio trãsmutationis in sub̃a p priuationẽ virtutis nõ p priuationẽ, q̄ est litus, nunc dicit, q ideo loquentes in hac quaestione dubitantes de hoc etiam quaerunt, vtrum corpus coeleste permaneat per se, vel per aliquam dispositionem additam. nam permanentia est priuatio motus: & priuatio non accidit ei in aliquo, nisi quia in sua essentia caret agente motum vel transmutationem in substantia: ideo secundum suam essentiam est permanens. Et subdit, q haec quaestio est valde bona, quia multis intulit difficultatem. ideo in pluribus ocis ipse dissoluit eam.

Expositionis Ioannis Gandauensis super sermonem Auerrois de substantia orbis, finis. G

IOANNIS GANDAVENSIS QVAESTIONES, SVPER AVERROIS SERMONEM DE SVBSTANTIA ORBIS.

PRAEFATIO.

Naturalem scientiam esse speculatiuam dicit ac hominibus per necessariam, eam demum diuidens in partes, huius libelli intentum, & ordinẽ ostẽdit.

SICVT dicit Philosophus, Secundo Met. Phiam veritatis H scientiam vocari recte se habet. & ratio est quia illa scientia debet merito veritatis dici, cuius finis est veritas: sed Phia realis, de qua dictae ppõnis est intentio, est hmõi. igit &c. maior est nota p Phm. 2. de Anima, qui dicit, q iustum est vnũ quodque a fine denominari. & ideo scientia, cuius finis est veritas, debet dici veritatis scientia. assumptum patet. 2. Met. vbi dicitur, q finis theoricae est veritas: constat autem realem Phiam quo ad oẽs eius partes esse theoricam, vt declaratur. 6. Met. vbi concludit tres esse phias theoricas. s. Mathematicã, Physicam, & Metaphysicam. Et hoc põt aliter declarari, illa scientia est veritatis cognoscitiua, q procedit per causas: phia realis est huiusmodi: igitur &c. maior ẽ nota. 1. Posteriorũ, tũc enim veritatem scimus, cum causas cognouerimus. Et huic alludit Philosophus Secundo Metaph. dicens nescimus autẽ verum sine causa: assumptum declaratur in omnibus partibus philosophiae naturalis, & ex Metaphy. considerat enim Metaphysica causas non solum qualcunque, verũ etiam altissimas: patet ex eius prooemio. q etiam Metaphysica inquirat causas, dicit Philosophus. 6. Metaph. q autem philosophia naturalis inquirat etiam causas, patet ex processu Primi libri Physicorũ, & etiam ostendit Philosophus in principio Sexti Metaph. q omnis scientia intellectiua est circa causas ac principia indemonstrabilia & simplicia. Ex quibus patet, q vocari recte scientiam veritatis se habet: quod attendens Seneca octuagesimo secundo Epistolarum ad Lucillum dicit philosophia res tradit non solum de diuinis, sed etiam humanis: quae cogitat de praeteritis, de futuris, de caducis, de aeternis, de tempore;
F ideo est prae caeteris appetenda, cum sit veritatis cognitio: & illius operatio secundum rationem sit summae bonum in hac vita, dicente Philosopho primo Ethicorum, hominis felicitatem in operatione consistere ipsius animae secũdum virtutem eius optimam in vita perfecta: optima autem virtus animae est intellectus, cuius operatio est veritatis cognitio. Huic consonat Seneca decimo septimo Epistolarum ad Lucillum, Scio neminem bene posse viuere sine studio sapientiae, & alibi ad eundem sic ait, cum omnia habueris, cur & scientiam noles habere: haec etiam erit vltimum vitae instrumentum. & subdit, per huius ad omnem incursum sapiens inuictus est & interritus, nõ si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetus faciat pedem refert interritus, equa illa ibit & intertra plenus est gaudio hilaris & placidus. cum diis ex pari vixerit. Inquit etiam vigesimo primo Epistolarum ad eundem. Studia te nobilem efficiunt, in studio aeger non est animus. ideo philosophia est summae appetenda, licet & omnis scientia, quae sub triplici differẽtia philosophiae
G potest intelligi: est enim omnis scientia, aut actiua, aut factiua, aut theorica, vt nos docet Sexto Metaphysi. inter ipsas tamen scientiae rhetoricae, quae non causantur a nobis in opere nostro simpliciter, sed magis ab opere naturae, obtinent principatum tanq̃ perficientes & nobilitantes intellectum nostrum. Ideo concluditur Sexto Metaphysi. theoricas scientias esse aliis optatiores. nam theoricae finis est veritas, practice opus, vt patet Secundo Metaphy. Ex quo patet philosophiam esse homini necessariã: & hoc est quod dicit Commentator primo Physicorũ, q homo aequiuoce dicitur de perfecto per scientias speculatiuas, & de aliis hominibus. Inter quas constat, q physica est homini maxime necessaria multiplici ratione. Primo, qa nihil opportunius est homini, q̃ seipsum cognoscere: qui enim se ignorat, parum aut nihil de aliis scire potest: sed per physicam homo seipsum cognoscit. ergo &c. maior declaratur. est enim scientia de Anima pars Scientiae naturalis, vt dicit Commentator in libro de Anima. plurima autem consideratio Scientiae naturalis est de cor-
H poribus, vt ait Philosophus Tertio coeli. & similiter Cõmentator ibidem: igitur. minor declaratur, nam physica dat pluribus scientiis prima principia cognoscendi, cum nostra cognitio incipiat a sensu, & haec traditur in scientia sensatorum & sensuum: igitur cõstat dare aliis principia cognoscendi. Item facit acquirere confirmationem in primis principiis, vt ait Commentator in prooemio de Anima. igitur patet physicam esse necessariam homini inter omnes alias. [margin: Physica scia maxime de causis hoi necessaria est.] Naturalis autem philosophiae plures sunt partes, vt patet ex diuersa consideratione entis mobilis, quod est subiectum in ea: cuius diuisio omittatur, eo q in multis locis reperitur. Item illa pars philosophiae naturalis est naturaliter magis desiderata sciri, quae de nobilioribus inquirit. Artes enim non differunt adinuicem nisi aut nobilitate subiecti, aut confirmatione de- [margin: Nalis sciae partes.]

monſtrationis, vt patet per Philoſophum & Commentatorem in libro de Anima in proœmio: hæc autem pars, quæ traditur in primo cœli, & ſecundo, ſaltē quo ad eius maiorem partem tractat de nobiliſsimis corporibus, & entibus habentibus vitam optimam per ſe ſufficientem: quam perficiunt toto æterno, a quo aliquid communicatum eſt eſſe & viuere, vt dicit Philoſophus primo cœli. Eſt etiam pars maxime ſciri deſiderata, non ſolum quia de nobilibus entibus, ſed etiam quia modicum de eorum cauſis poſſumus percipere, eo quod a nobis diſtant: & ratio eſt, quia magis diligimus paruas ſufficientias de eis habere quam maximas demonſtrationes & efficaces rationes de rebus notis. vbi dicit Philoſophus ſecundo Cœli, & Com. in eodem loco ait, quod melius eſt ſcire parum de rebus nobilioribus quam multa de rebus vilioribus. Et licet Philoſophus de illis entibus nobilibus, idest corporibus cœleſtibus & eorum motoribus principaliter in libro Cœli & Mundi inquirat quam alibi in Philoſophia naturali, tamen ob difficultatem eorum multa inſeruit in aliis libris, vt in Octauo Phyſicorum, ſecundo de Generatione, primo Meteororum, & in pluribus locis ſuæ Metaphyſicæ præcipue in Duodecimo. Et ideo ſemper Ariſt. de natura corporū cœleſtium & eorum motoribus obſcura, nec non & dubia dicere videtur: & ideo Ariſ. Commen. nec non ſingularis æmulator quendam librum, qui de ſubſtantia orbis ab eo intitulatur compoſuit, in quo Auerrois de natura corporum cœleſtium, & ſimiliter eorum motorum, & differentiam & conuenientiam eorum ad generabilia & corruptibilia in ſubſtantia & in actionibus iam ex parte corporū quam ex parte formarum ſuccincte explicuit: quædam expreſſa ab Ariſt. ex diuerſis locis aſſumens, quædā ex verborum eius intentione ſyllogizans. Ideo multi hūc librum deſpiciūt, ex eo quod in eius textu tota ſcientia Ariſ. introducitur: ac ſi verborum Ariſ. eſſet translatio nolētes famam alienam vſurpando ei contribuere, qd' erat alienis laboribus adinuentum. Quem ſi quidem libellum, quia de altiſsimis & nobiliſsimis ſcientiam Ariſto. nobis breuiter dilucidat, duxi pro viribus exponendum: cuius intentionem ſi non attigit, fuit tamen aliis occaſio attingendi, iuxta illud Secundi Metaphyſicæ. quod hi qui ſuperficialiter enunciauerunt aliquid conferunt. nam habitum noſtrum præexercitati ſunt. Et ex his patet qui ſit huius libri finis & intentio, patet etiam cauſa efficiens & materialis, formalis vero patebit. Patet etiam ordo huius libri ad libros naturales, annectitur enim cum principalibus illius libri de Cœlo. & ideo eſt in eius ordine locandus. eſt autem liber cœli ſecundus inter libros naturales. Et quia in exordio huius libri Commentator ſupponit cœlum eſſe compoſitum, cum dicit, intendimus perſcrutari de rebus ex quibus corpus cœleſte componitur, ideo dimiſsis communibus quæſtionibus, quæ in principiis librorum fieri conſueuere. Vtrum de tali materia poſsit eſſe ſcientia, & vtrum vna vel plures, & vtrum Scientia Naturalis ſit alia & alia ab his, quæ parū aut nihil conferunt. ideo &c.

Materia huius libri.

Ordo huius libri.

Quæ quæſtiones in principio cuiuslibet pertractari ſolebant moueri ſint.

QVÆSTIO I

An cœlum ſit ex materia & forma compoſitum.

QVæritur, An cœlum componatur ex materia & forma, vt videtur hic ſupponere Commen. Et arguitur quod non. quia nullum perpetuum componitur ex materia & forma, ſed cœlum eſt huiuſmodi. ergo &c. maior declaratur a Pho. 8. Met. dicente, quod quæcunque ſunt intranſmutabilia ſm ſubſtantiam non habent materiam, æterna autem ſunt intranſmutabilia ſm ſubſtantiam, vt probatur de cœlo, & pſertim de primo cœlo, igitur cœlum nō habet materiam, & per conſequens nō eſt compoſitum ex materia & forma. minor patet primo cœli. Confirmat. illud, quod non habet potentiā ad non eſſe non cōponitur ex materia & forma, cœlum eſt hmōi. igit &c. maior patet, quia materia eſt illud, quo res poteſt eſſe & nō eſſe. 7. Meta. & in fine primi cœli. potētia autem eſt media pars

A contradictionis. ad eſſe, & non eſſe, vt vult Philoſophus Octauo Meta. & in fine primi cœli & mundi. igitur quod non habet potentiam ad non eſſe non habet materiam, nec etiam potentiam ad eſſe. minor declaratur. 1. Cœli & Mund. quod cœlum non habet potentiam ad non eſſe. Itē, omne quod mouetur motu perpetuo non componitur ex materia & forma, cœlum eſt huiuſmodi. ergo &c. maior declaratur. 9. Meta. dicitur autem ibi, quod non eſt timendum quod cœlum ſtet, & ſubdit rationem huius. quia non eſt motus cœli ſupra potentiam contradictionis, cū enim fatigationis eſt materia, ut ibidem dicit Philoſophus. minor patet octauo Phyſi. quod cœlum mouetur motu perpetuo. Item, in omni compoſito ex materia & forma reperitur pluralitas indiuiduorum ſub eadem ſpecie, ſed in cœleſtibus non ſunt plura indiuidua ſub vna ſpecie, vt dicit Cōmenta. 1. cœli. igitur cœlum non componitur ex materia & forma. minor patet ex intentione Com. 7. Meta. Eſt enim materia cauſa multitudinis indiuiduorum ſub

B vna ſpecie. Ariſto. etiam in ſecundo Meta. probat p hoc, quod cœlum eſt vnum, quia non habet materiam. igitur nō componitur ex materia & forma.

OPPOSITVM huius videtur dicere Commen. hic. immo concludit ex intētione Philoſophi, corpora cœleſtia cōponi ex duabus naturis, ſicut generabilia & corruptibilia. Item hoc etiam poteſt argui ratione. Nam in omni eo quod mouetur, neceſſe eſt eſſe materiam, vt vult Philoſophus Secundo Meta. cœlum mouetur, vt docet ſenſus. ergo cœlum habet materiam. ex quo ſequitur ipſum eſſe compoſitum. omne enim habens materiam eſt compoſitum, vt patet.

CONCLVSIO.

Cœlum, quod eſt quinta eſſentia, circunſcripto motore non eſt compoſitum ex materia et forma, ſed ſubiectum ſimplex eſt ſuo motori ſemper ſubiectum, habens materiā, non quæ ad eſſe, ſed quæ ad ubi potentia eſt.

C AD quæſtionem eſt intelligendum, quid intelligitur nomine cœli. nam per cœlum poſſumus duo intelligere. aggregatum ex motore & mobili, vel ipſum motum tantum, ſiue mobile, quod eſt quinta eſſentia. ſi nomine cœli intelligitur aggregatum, ſic dico, quod cœlum eſt compoſitum, & ſic intelligit Commē. hic: & ratio eſt, quia omne quod mouetur ex ſe componitur ex duabus naturis, ſcilicet agente motum, & recipiente motum, vt Cōmen ſumit in litera: Cœlum mouetur ex ſe, vt declaratur Octauo Phyſico. & ideo eſt primum motum: quare cœlum ſic eſt compoſitum: & de hoc non dubitat apud aliquem ſcientem philoſophiam. Sed, ſi cœli nomine intelligitur ipſa quinta eſſentia, ſemoto motore, tunc dubitatur vtrum ſit compoſitum ex materia & forma: & circa hoc cōtrariant opiniones aliquorū PBorum & ſuorum ſequacium. Dicunt. n. aliqui, quod cœlū, qd' eſt quinta eſſentia, ſemoto motore componit ex mā & forma. ita quod iſta quinta eſſentia habet materiam, quæ de ſe eſt in potentia

Cœli duo dicere pōt

D ad eſſe, & de ſe eſt poſsibilis non eſſe, eſſe autem neceſſarium acquirit ab alio, quia ſolum de ſe habet eſſe neceſſarium a primo principio: & hæc eſt opinio Auicen. in ſua Meta. &c. Aliqui vero priores Philoſophantes inter nos tenent hanc opinionem in radice, nituntur tamen eam fulcire alia via principiis Ariſto. magis propinqua, & ratio eorum prima eſt iſta, omne qd eſt actu ens, vel eſt actus, vel habens actum: cœlum eſt actu ens, vt apparet ad ſenſum, aliter non ageret: igitur eſt actus, vel habens actum. non poteſt dici quod ſit actus, quia tunc eſſet forma actu exiſtens, & non eſſet ſenſu comprehenſum, quod patet eſſe falſum. igitur oportet dicere quod corpus cœleſte eſt aliquid habens actum: & tūc oportet ponere in eo aliquod ſubiectum ſuæ actualitatis, quod eſt materia. Confirmatur, quia accidentia ſenſibilia non poſſunt eſſe ſine eo, quod habet materiam, cum materia ſubiecta formæ ſit cauſa

Materia cœli nō ē corruptioni obnoxia, eo ꝙ priuationis expers est.

omnium accidētium, Primo Physicorum: igitur, cum in cœlo sint accidentia sensibilia, patet ipsum habere materiam. Et cum arguitur, ꝙ tunc cœlum haberet potentiam ad corrumpi. Respondeo, ꝙ illa materia cœli nō est priuationi coniuncta, eo ꝙ priuatio non est aliud q̃ carentia formæ cū aptitudine ad eam, & quæ nata est inesse materiæ: materiæ āt cœli non est innata inesse alia forma q̃ ea quam habet, & ideo nullo admixta est sibi priuatio, sed forma replet totam possibilitatem materiæ, eo quod est forma naturalis & perfecta. quod ꝓbatur ex vlitate agētium, non. n. tm̄ agunt vnum effectum particularē, vt faciunt formæ particulares, sed vl̄r, non sicut formæ inferiorum: ideo totam materiæ possibilitatē replet, ita q. nō remanet in materia aptitudo ad aliam formam. Et hinc est etiam, ꝙ corpus cœleste non est susceptiuum accidentiū scilicet figuræ & aliorum, sicut alia corpora inferiora.

Et si aliquis diceret, videtur ꝙ Ioannes Grāma. sit contra dictam opinionem .s. ꝙ tunc materia cœlestis differret a materia horum inferiorum per aliam cōpōnem .s. per aliquid additū. dicunt, ꝙ non differt per aliquid additū, sed solum per habitudinem ad aliā formam .s. quia mā cœli habet habitudinem ad formam perfectā & vlēm, & mā horum inferiorum ad formas particulares. Huic autem sententiæ, licet multi assentiant, tn̄ videt̃ obuiare sententia Ph̄i in multis locis: intelligit aūt hæc opio inesse cœlo materiā, quæ de se vel sm̄ se considerata est in potentia ad esse, ita ꝙ actum essendi habet a forma, & quantū ad hoc non differt a materia istorum inferiorum, sed solū differt per diuersam habitudinem ad formam. Hanc autē materiam negat Ph̄s. 8. Meta. dicens in substantiis æternis naturalibus forsan, ꝙ non habent materiam, & si tn̄ hn̄t non talem vt generabilia & corrup. sed solum sm̄ locū mobilem. Ecce, ꝙ expresse negat in cœlo, quod est substantia naturalis æterna, materiā, quæ est in potentia ad esse, sed solū dat sibi potētiam ad vbi. & idem paulopost dicit sic. Nec oportet oīno materiā esse, sed quorum est gn̄atio & corruptio adinuicē, quæcūq; aūt sine trāsmutatione sunt, non est eorum mā: & intelligit illa, quæ sunt sine trāsmutatione in substantia. Et Com̄. ibidē dicit, ꝙ dignius est, ꝙ cœlum dicatur habere subiectum q̃ materiam, cum non ꝓprie dicat̃ habere mām, q̃ est in potentia ad esse. 9. Met. Item, Ph̄s. 9. Met. dicit, ꝙ nulla potentia ad esse est sempiterna, cuius rōnem subiunxit, quia omnis potētia ad esse est contradictionis, & ideo illud, quod habet potēt ā ad esse, habet potentiam ad nō esse: igitur tale non pōt esse sempiternū, vt patet. 1. cœli: ex quo sm̄ eum patet ꝙ in cœlo nō est materia, q̃ est in potētia ad esse. Itē, hoc arguit Ph̄s in eodē. 9. Met. vt assumptū est. dr̄. n. ꝙ ideo cœlū semper mouet̃, quia motus eius non est super potētiam cōtradictionis. i. super mā, q̃ est potentia ad esse & nō esse. Et subdit ibidē, ꝙ mā & potentia est cā fatigationis: & apte ostēdit ibi Ph̄s, ꝙ potentia simplr̄ dicta, q̃ est potentia sm̄ substantiā, non est alicuius incorruptibilis, neq; in eo est aliq̃ potentia sm̄ genus, sed omnia sm̄ genus sunt actu in corpore. s. oēs transmutationes: potentia aūt est tm̄ ibi sm̄ partes, vt ibi declarat Com̄. Itē 2. Met. ꝓbat Ph̄s ex hoc intellectū esse vnū, quia non habet materiā, q̃ est cā multitudinis indiuiduorū sub vna spē. Et ideo oēs rōnes prius inductæ vn̄r concludere sm̄ intētionē Ph̄i in cœlo nō esse materiā quæ est in potētia ad esse. Nec valet, quod in subsidium opinionis aduersæ fuit adductū, ꝙ ista mā est alterius rationis per habitudinē ad aliā formā, quia hæc habitudo non tollit quin materia de se sit potentia ad esse: qd' negat Ph̄s in cœlo, vt patuit. Itē, talis habitudo, cū nō sit nisi quidā appetitus, quo inclinat̃ ad formā, vr̄ esse in oī materia etiā inferiorū: non. n. mā appetit formā inquantū forma est imperfecta & non potens perficere totū appetitum materiæ. hoc. n. est ex imperfectione formæ: appetitus. n. materiæ nālis est, vt per formā perficiat̃ totus appetitus suus: si autem non perficiat̃ totus, hoc non variat essentiam ipsius materiæ in forma a mā cœlesti, si talis ibi esset, cum hoc sit magis ex parte formæ, vel oportebit in

B materia cœli aliquam dispositionem ad susceptionem talis formæ, quæ non est in materia istorum inferiorum: & talis dispositio esset per aliam qualitatem, vel aliud additum, quod faceret compositionem in materia illa, vt Ioānnes Grāmaticus arguebat. ex quo sequeretur, q. materia prima esset composita: quod est falsum. vnitas etiam agētium non est sufficiēs signum ad hoc, quia hoc est ex parte motoris separati principaliter. Item, sicut Commenta. arguit cōtra prædictam positionem in primo cœli, si cœlum haberet materiam, quæ est in potētia ad esse, sequeretur ꝙ aliquid esset frustra in natura: quod est inconueniēs & contra intentionem Philosophi primo Cœ. & Mun. & in pluribus locis: quia deus & natura nihil faciunt frustra. Consequentiam probat Commenta. primo cœli. ait enim propria operatio potentiæ est generatio & corruptio, vel transmutari de forma in formam, sicut propria operatio acuitatis gladii est scissio. si igitur esset alia materia, quæ de se esset in potentia ad esse sine generatione & corruptione, contingeret aliquod ens sine actione: per

F quam fuit potentia ipsius materiæ, cuius actio proprie est transmutari de forma in formam. hoc sequitur, si cœlum haberet materiam, vt de se notum est. Ideo videtur dicendum secundum Aristo. & Commen ꝙ cœlum, vt ipsa quinta essentia est circūscripto motore non componitur ex materia & forma, sed est corpus simplex actu existens subiectum suo motori vel motoribus: ita ꝙ non est potentia ad esse, nec habet esse formaliter a motore vel ab alia forma, sed solum est in eo potentia ad vbi, ita ꝙ, cum sit subiectum simpliciter in actu sua forma. i. suus motor cohæret sibi absque alio medio. i. non præcedentibus dimensionibus nec aliis dispositionibus, sed tam dimensiones q̃ alia accidentia communia sequuntur formam naturaliter, quæ est motor, prout patebit in prosecutione libri, cum apparuerit qualiter in generabilibus & corruptibilibus dimensiones interminatæ p̄cedunt formam substantialem perficientem in materia. Et ad istam positionem sumuntur rationes prius dictæ, quæ de necessitate videntur cōcludere, cœlum, quod est quinta essentia, nō

Decisio q. ad mētem Auer.

G esse compositum ex materia & forma. Et tunc restat rationibus contrariis positionem fulcientibus respondere. Et primo cum arguitur ꝙ est actu ens. Respōdeo, ꝙ hæc ratio procedit ab insufficienti diuisione. nam diuisio est, quod omne quod est ens actu, uel est actus, vel habens actum, vel medium inter purum actum, qui est forma, & puram potentiam, quæ est materia: & hoc est corpus cœleste. quia, vt dicit Commen. primo cœli, illud, quod est ligamentaliter inter principia æterna separata, & ipsa generabilia & corruptibilia, necesse est vt sit intransmutabile sm̄ subām, trāsmutabile aūt sm̄ locū, ita ꝙ sit mediū inter purū actum & purā potentiam. vt ipso trāsmutato semꝑ in loco, manēte aūt sm̄ subām, nō cesset agere alias transmutationes in inferioribus: nisi. n. tale ens eēt motū, posē esset ꝙ proueniret actio tp̄alis a principiis æternis naturaliter loquendo, vt ibi Com̄. declarat, & ita totū cōicat cum principiis æternis separatis in eo quod est simpliciter actu existens non habens in se potentiam ad esse. Cōicat autem cum generabilibus & corruptibilibus in eo quod

Cœlū esse mediū inter actū purū & potētiam purā.

H est corpus subiectum accidentibus, & formæ, q̃ est motor hn̄s in se potentiā ad vbi, cuius actualitatē recipit a forma, & tunc est in natura media inter separata & gn̄abilia & corruptibilia. ideo prædicta ratio non concludit. Ad aliam rationem cum dicitur, accidens sensibile non potest esse in eo quod non habet materiam. Respondeo, ꝙ verum est de talibus, quæ sunt sicut accidentia inferiorum: modo accidentia cœli & inferiorum non sunt eiusdem speciei, vt patet per Commentatorem Secundo cœli, & etiam patebit. Nam accidentia cœli non dicuntur esse sensibilia nisi sensu visus: ideo dicitur primo de Generatione, capitulo primo de tactu. ꝙ tactus proprie dictus nō dicitur nisi de rebus, quæ patiuntur adinuicem. & ideo proprie non est in cœlo, & ideo cœlum dicitur tangens secundum similitudinem, non autem tangi &c. Dico aūt, ꝙ

accidentia,

accidentia, vt accidentia sunt, non requirunt materiā, sed subiectum in actu, & ideo non est necesse ꝙ vbicunque sunt accidentia, ibi sit materia. Et, cū dicitur primo Phy. ꝙ materia cum forma &c. verum est: quæ sunt in ea materialiter, vt ibi dicitur, sed non sequitur ex hoc, ꝙ mā sit causa omniū accidentiū, sed tm̄ hr̄ ꝙ ista accidentia requirunt subiectum in actu in quo sint, cum per se nō possint esse, cum non sit entia, sed entis. 7. Met. sunt aūt accidentia in cœlo ꝑpter formā, quæ est motor, eo ꝙ sunt propter operationem, ut patebit. Et si obiicitur, accidentia recipere est quoddam pati: cum igit̄ corpus cœleste sit simplex actu existens, nisi habeat ꝑpter quod patiatur, impossibile est ipsum recipere accidentia: nam pati contrarium est actui. Rn̄deo, ꝙ vt aliqualiter tactum est. Cōmē. loquit̄ in libro hoc, ꝙ corpus cœleste materia est animalium cœlestium, sed est perfectius cæteris materiis: quia non est in eo de potentiis nisi solum ad locum, nec aliter assimilatur materiæ, nisi inquantum est subiectum formæ, ita ꝙ non habet esse a forma, nec sua forma constituit̄ in esse per ipsum, nihilominus habet omnia accidētia ꝑpter formam, quæ est motor, sicut figuram sphæricā ꝑpter ipsum motorem, qui est forma abstracta, ideo est principium motus circularis, qui est actiuus aliorū, vt patet in hoc lib. & hinc est, ꝙ hoc subiectum non est in potentia ad alia accidentia, cū nō sit passiuum in substantia, licet igitur sit simplex actu existens, quia est subiectum formæ abstractæ, & habet accidentia ꝑpter ipsam formam, vt dictum est, sunt tm̄ accidentia alterius rationis. Sed circa istud est dubitatio nō modica, quā mouet Com. 1. cœli. & ē. ex quo illud corpus non est compositū, vtrum res intellecta ex isto corpor̄ sit illud quod est sensatū ex eo, vel aliud. Si dicatur ꝙ res intellecta ex eo & illud quod nobis apparet ad sensum sit idem, tunc res intellecta & sensata est eadē, quod est falsum. Si sit aliud, tunc necesse est cœlum esse cōpositum, tunc. n. erit ibi singulare, quod est obiectum sensus, & forma, vel quidditas, quæ est obiectū intellectus, & tunc esset compositum. Respondeo, ꝙ Com. solūmō dicit, ꝙ ista natura cœlestis, quæ est quinta essentia, est materia corporis cœlestis actu existens, prout corpus cœleste comprehendit motorem & motum, & quia ista materia absque motore accepta non habet formam, vt dictū est, ideo ista sm̄ se & absolute & primo est vna numero per se indiuiduata, & vt est vna numero, non est intellecta nisi per respectum ad formam, quæ est suus motor, ita ꝙ sicut ipsum corpus non apparet nisi inquantum est subiectū formæ, ita non intelligitur nisi respectu formæ, quæ est motor, sicut ipsa materia prima non intelligit̄ nisi per Analogiam ad formam, primo Physi. Et si instatur, ꝙ non est simile de materia prima, q̃ est de se in potentia, & ideo non potest per se intelligi. quia vnumquodque intelligitur secūdum ꝙ est in actu, hæc aūt natura corporis cœlestis pōt esse in actu sm̄ se, & ideo vr̄ ꝙ sm̄ se possit intelligi. Dicit̄, sicut Com. rn̄det & breuiter & obscure, ꝙ licet corpus cœleste sit actu ens de se, ita ꝙ actū non retinet ab alia forma, non tm̄ est existens per se, sed est subiectum in actu ipsius formæ, quæ est motor cū qua semp existat, & ita licet in natura cœlesti non sit aliqua potētia ad esse, nec sua actualitas essendi sit formaliter a motore nisi effectiue, est tamen semper cū motore & propter motorem, & sicut materia prima non pōt intelligi nisi per formam, eo ꝙ non potest existere sine forma, ita nec ista natura cœlestis nisi respectu formæ, quæ est motor, eo ꝙ sine ista non est, nec pōt esse, cum suū esse sit ꝑpter motorem. Debemus autem intelligere de isto corpore cœlesti, quod est quinta essentia, ipsum esse subiectum ipsius formæ abstractæ, & ita cœlum est intellectum in habitudine ad formam, quæ est motor. Ideo secundum istā positionem est responsum rationibus primis, quæ probant cœlum esse compositum ex materia & forma. Ad auctoritatem Commentatoris iam patet quid sit dicēdum, quia intelligit cœlum esse compositum secundum ꝙ nomine cœli cōprehenditur motor & motum. Ad rationē, quæ dicit omne quod mouetur &c. Respondeo, ꝙ verum est in omni generato composito ex materia & forma, sic etiam intelligitur ista propositio, vt Commētator ibi hoc declarat. Vel pōt dici, ꝙ in omni eo quod mouet̄ necesse est intelligere materiam, quæ est in potētia ad vbi, & talis materia est corpus, nō autē ꝙ ibi sit materia quæ est in potentia ad esse. Tamē de ista quæstione est alia opinio modernorum, quæ dicit cœlum habere materiā eiusdem rationis cum materia inferiorum: ex quo sequitur cœlum de se esse corruptibile, rationem autem essendi recipit ab alio: & hæc opinio est eadem penitus cum opione Auicē. quam Auerrois hic improbat, vt patebit infra, & in libro Cœli. & in Duodecimo Metaphysicæ. ideo eius prosecutio dimittatur ad præsens: & est expresse improbata a Philosopho in fine Primi Cœli, vbi ostenditur multipliciter, ꝙ omne corruptibile de necessitate corrumpetur.

Cœleste corpus quomodo materia est aïalium.

A

QVÆSTIO II.

An cœlum moueatur ex se, & quomodo.

B

QVæritur secundo, An cœlum moueatur ex se, & per quem modum. Et arguitur ꝙ non, quia quod mouetur ab alio extrinseco non mouet̄: ex se cœlum est huiusmodi. ergo &c. maior patet. quia quod mouetur ex se mouetur a principio intrinseco. minor patet, quia cœlū mouetur ab intelligentia separata, vt patet Octauo Physicorum, & primo cœli: & Commentator dicit hic. Item, quod est simplex non est diuisibile in per se motū & mouens, nec mouetur ex se. cœlum est huiusmodi: ergo &c. maior est Philosophi Octauo Physicorum, ꝙ omne q̄d mouetur ex se est diuisibile in ꝑ se mouens & per se motum minor habetur primo cœli, & Cōmentator hic: q̄a cœlum est simplex. Item nihil mouetur ex se: igitur non cœlum. maior patet Septimo & Octauo Physicorum, quia omne quod mouetur mouetur ab alio: consequentia est de se nota. Item, illud quod mouetur ex se potest ex se quiescer̄: cœlum mouetur ex se. igitur &c. maior patet Octauo Physico. ideo etiam alia dicuntur ex se moueri: quia ex se possunt quiescere, cœlum autem non potest ex se quiescere. minor patet Secundo Cœli & Nono Metaph. quia non est timendum ꝙ cœlum stet aliquando.

C

OPPOSITVM dicit hic Commentator & octauo Physicorum.

CONCLVSIO.

Cœlum ex se simpliciter moueri est impossibile, mouetur autem ex se, idest per partem, a nullo nihilominus depēdēs, sed sibi sufficiētissimum existēs.

AD quæstionem dicendum, ꝙ aliquid moueri ex se potest dupliciter intelligi. vel ex se simpliciter, vel per partes, dico igitur ꝙ cœlum non mouetur ex se primo modo, sed secundo modo. Secundo dico, ꝙ mouetur ex se per partes: vt sufficienter patet declarando. Nam si cœlum mouetur ex se simpliciter & primo modo, sequitur ꝙ idem erit respectu eiusdem simul in actu & in potentia: hoc autem est falsum. igitur &c. maior patet. quia, si cœlum mouetur ex Septimo, illud esset mouens & motum penitus, & tunc cum mouens secundum ꝙ huiusmodi sit in actu, & motum secūdum ꝙ huiusmodi sit in potentia, idem respectu eiusdem esset in actu & in potentia: falsitas consequentis patet, quia actus & potentia sunt differentiæ maxime oppositæ. ergo &c. Item, si cœlum sic mouetur, idem corpus flecteret se supra se: sed hoc est falsum. ergo & antecedens. patet consequētia: ex quo idem mouetur se ipō flecteret se supra se: q̄a in se ageret. & falsitas consequentis patet, quia dicit Commē. 3. de Anima, ꝙ virtus corporea non flectit se supra se, quanto magis corpus. Secundo dico, ꝙ cœlum mouet̄ ex se per

D

partem: quia quod est diuisibile in per se mouens & per se motum mouetur p partem: sed coelum est huiusmodi. igitur &c. maior patet Sexto & Octauo Physicorum. minor patet per Commentatorem hic, coelum enim complectitur motorem & mobile. Praeterea, illud mouetur ex se, quod mouetur ab alio determinato loco, & non distinguitur ab eo loco: coelum est tale igitur &c. maior patet Octauo Physicorum, quia illud mouetur ex se. minor patet, quia coelum mouetur ab intelligētia, quae propriè nō habet locum, quia non est quanta, nec corpus. Tertio dico, q coelum mouetur ex se sufficientissime. Et primo, illud mouetur ex se sufficientissime, cuius motor ab alio non dependet, sed per se subsistit, & cuius mobile nō appodiatur alteri: coelum est huiusmodi: igitur &c. maior patet. quia animal non mouetur ex se sufficientissime, quia non est per se subsistens, sed eius anima dependet ad corpus, vt dicit Commenta. Tertio de Anima. Corpus igitur animalium in suo motu appodiatur alteri, vt patet libro de Causa motus animalium: corpus autem coeleste in suo motu non appodiatur alteri: quia est ipsum primum corpus, & primū mobile, vt patet ex Octauo Physicorum: quare, coelum mouetur ex se sufficientissime per partem, hoc est per motorem immobilem. Et sic pateat ad quaestionem. primo, q coelum non mouet ex se simpliciter. secundo q mouetur per partem, tertio q mouet ex se sufficientissime.

Rñsiones. AT ad rationes. ad primam dico ad maiorem, cum dicitur. quod mouetur ab alio extrinseco, concedo si illud extrinsecum habeat locum determinatum, aliter non est verum. Ad minorem etiam cum dicitur. coelum &c. concedo: sed mīsta intelligentia a qua mouetur coelum non est distincta loco, nec subiecto a coelo. Vel aliter, maior conceditur, si illud extrinsecum non est appropriatum, modo intelligētia est appropriata suo orbi, ita q alium orbem mouere non potest, vt patet Secūdo Coeli. Ad aliud cum dicitur. quod est simplex &c. conceditur: ad minorem cum dicitur. coelum &c. negatur: qa nomine coeli comprehenditur motor & mobile, vt patet

Cœli ge-scere non potest. per Commentatorem hic, ex quo ipsum probat esse cōpositum ex duabus naturis, sed corpus coeleste. i. quinta essentia, separato motore, est simplex, & nō mouetur ex se. Ad aliud etiam cum dicitur. nihil mouetur ex se, conceditur simpliciter & primo modo, tamen secūdum partem, ratio non concludit. Ad aliud cum dicit. quod mouetur &c. Conceditur quod mouetur motu voluntario & aptum natum est quiescere. & quia coelum est primū mobile, & eius motus est primus: ideo non est dare terminum in quo non fuerit, ut probatur Octauo Physicorū. & ideo non potest quiescere &c.

QVÆSTIO III.

An materia prima sit ens.

Quaeritur etiam, quia Commenta. dicit, q materia prima est ens. Vtrum materia prima sit ens. Et arguitur q non, quia omne, quod est medium inter contradictoria non est ens: materia prima est huiusmodi: ergo &c. maior patet, quia inter contradictoria non est dare medium. minor patet Primo Physicorum. Item, si materia esset ens, aut naturale, aut Metaphysicum, aut mathematicum. sed nullum istorum: igitur &c. maior patet per partes reales Philosophiae: quia non sunt plures, Sexto Metaphysicae, & consequenter entia realia non sunt plura: minor probatur pro prima parte: nam omnia naturalia habēt aliquem modum motus: sed materia nullum: igitur. nec est ens Metaphysicum: qa ista abstrahunt a motu & a materia. sed materia non abstrahit a materia, aliter abstraheret a se ipsa. ergo nō est ens Metaphysicum. Item, quod non differt a priuatione nō est ens. materia est huiusmodi. igitur. maior patet, quia priuatio non est ens. minor patet: quia differētia materiae est potentia: sed potentia est sibi per priuationem: & ppter quod vnūquodq; tale & illud magis. ergo &c. qa, si potētia est differentia substantialis materiae, multo magis priuatio: Item, quod est terminus corruptionis simpliciter est non ens. materia est huiusmodi. ergo &c. maior patet, quia generatio simpliciter terminatur ad ens simpliciter, vt patet Primo de Generatione. quare corruptio similiter terminatur ad non ens simpliciter. nam motuum oppositorum termini sunt oppositi. minor patet ex primo de Generatione: quia terminus generationis simpliciter est forma substantialis, quae facit esse actu, terminus vero corruptionis simpliciter est priuatio formae, quae nihil aliud est q̄ materia prima.

OPPOSITVM huius dicit Commen. hic.

CONCLVSIO.

Materia prima neque purum non ens, neque ens actu, sed est ens in potentia.

AD quaestionem tangentur opiniones. Opinio fuit quorundam antiquorum, q materia prima non sit ens: quia sicut priuatio non est ens, ita & materia, vt patet primo Physico. Sed haec opinio non valet, quia materia & priuatio differunt. nam illa sunt distincta, quorum vnum manet, aliud non. sed materia semper manet, priuatio autem non. ergo &c. maior patet ex primo de Generatione. minor patet, quia, cum per transmutationem forma introducitur in materia, priuatio illius formae corrumpitur, sed materia manet: ideo non sunt eadē. Nec valet si dicatur, q priuatio non corrumpitur absolute, quia sufficit ad materiae differentiam, q priuatio non maneat eadem, sicut materia. Item, illa non sunt eadem, quorum vnum est in praedicamento substātiae, aliud nō: sed mā prima est in praedicamento substantiae & priuatio non. ergo &c. maior patet primo Posteriorum, quia praedicamenta sunt impermixta, minor patet. quia priuatio non est in pdicamento substantiae, sed circuit omnia praedicamenta. igitur haec opinio relinquatur. Alia fuit opinio quorundam antiquorum, q materia prima est actu ens, sicut corpus ignis, vel aeris, vt patet Primo Physico. Sed haec opinio non tenet. quia, si esset vera, cum in vtroque termino trāsmutationis subiectum maneat. s. materia, quicquid adueniret illi subiecto esset accidens: qa adueniret enti in actu, vt arguit Comment. primo Phy. contra Auicen. & haec opinio non stat: immo sequeretur, q entia essent eadem substantialiter: immo non essent nisi illud subiectum in actu. ideo omnia non differrent nisi accidentaliter: sed hoc est falsum, ideo materia prima nō est ens in actu. Et ideo est opinio philosophi, & Coment. q materia prima est ens in potentia, vt patet primo Physi. Et potest quadrupliciter declarari. Primo, quia quod recipit omnes formas naturales nullam habens de se non est ens in actu: materia prima est huiusmodi. igitur &c. maior patet, quia habet esse denudatum a forma, vt patet. 1. Physi. & Tertio de Anima per Commen. minor patet. 1. Physico. & Tertio Coeli, & hic per Cōmen. Item, si materia esset ens in actu simpliciter, sequeretur q omne adueniens materiae primae esset accidens, vt supra arguebatur: consequens est falsum. ergo & antecedens. consequentia nota. ex quo materia prima esset actus vel ens in actu, in omni autem transmutatione cum subiectum maneat, primo Physi. omne adueniens illi esset accidens: quia adueniret enti in actu. falsitas consequentis patet. quia tunc nulla esset transmutatio substātialis, sed omnis motus ad formam esset alteratio, vt arguit Cōmentator primo Physi. & primo & secundo de Generatione. Itē si esset ens actu simpliciter, nullam formam reciperet: quia reciperet per carentiam. Item, si materia esset de se ens actu, tunc habēret de se formam: & tunc ista forma nunquam corrūperetur, quia non haberet contrarium, vt dicit Comment. infra: & ex hoc sequeretur q nihil generaretur, nec corrumperetur: quod est falsum. igitur materia prima est ens in potentia, & non ens in actu: & hoc est quod dicitur primo Physicorum.

Alia opinio. Materia est actu ens.

Pro hac

Responsiones

PRo hac ad rationes respondetur, primo quando dicitur, ꝙ est medium, concedo. Ad minorem dico: ꝙ nō est verum: sed est medium inter non ens simpliciter & ens in actu: quia est ens in potētia, vt dicit Cōmen. primo Physicorum, vbi ponitur hæc ratio. Ad secundum, si esset ens, aut naturale &c. concedo maiorem, & ad minorem dico, ꝙ est naturale secundum ꝙ materia est principium transmutationis: sed motus qui est proprius naturalium corporum: vt dicit Commentator tertio Physicorum est ens naturale, quare sequitur, ꝙ materia prima sit aliquo modo ens naturale, quum sit principium transmutationis. Est etiam ens Metaphysicum: quia est ens in potentia, vt dicit tantum vnam differentiam entis: quia Metaphysicus considerat ens & differentias entis. Et ad probationem ꝙ materia prima nō est ens naturale, dicitur ꝙ est in plusquā sit ens naturale: quia habet aliquem modum: quia non solum tale ens debet dici naturale quod est compositum ex materia & forma, sed illud quod est principium & materia eius, quando proponitur quod non est Metaphysicum ideo quia non est abstractum. Respondetur ꝙ materia dicit ibi quandam differentiam entis, quæ consideratur a Metaphysico, nō vt est principium trāsmutationis: & tunc abstrahitur a motu & qualitatibus sensibilibus, & tunc consideratur a Meta. Ad tertium, quod non differt &c. dicitur, ꝙ verum est, ꝙ non differt re & ratione. Ad minorem cum dicitur, materia est huiusmodi. Respondetur ꝙ licet materia prima sit idem subiecto cum priuatione, tamen differt ab ea ratione, sicut etiam differt a potentia, vt habetur primo Physi. vbi Commentator de hoc loquitur: & tunc patet ꝙ materia prima est ens in potentia: & non corpus ignis, nec aeris, nec aliquid aliud in actu: vnde dicit Commentator primo Physicorum, ꝙ nullus antiquorum ponit naturam materiæ primæ nisi solum endelechiam, quod est ens in actu. Idem etiam dicit tertio Cœli & primo de Generatione. Ad quartum quod est: &c. dicitur, ꝙ verum est ꝙ non est ens in actu, sed non est verum ꝙ nō sit ens in potentia: quod non est purū nihil, quia sicut ex nihilo non fit aliquid, ita aliquid non corrumpitur in nihil. Ad minorem cum dicitur, quod materia &c. Respondetur: quod verum est, quod materia prima est non ens in actu, sed in potentia solum.

QVAESTIO IIII.

An potentia materiæ ab eius substantia, vel essentia distinguatur.

QVæritur, quia dicit Commentator quod potentia est differentia substantialis materiæ, an potentia materiæ, sit de eius essentia. Et arguitur quod sic, quia illud, ꝙ est de esse alicuius, qđ est, est differētia eius substantialis, potentia materiæ est huiusmodi: ergo &c. maior patet, quia differentia substantialis est de eius essentia, cuius est substantialis differentia: minor patet per Cōmen. hic. Item, sicut actus se habet ad primam formam, sic potentia ad primam materiam, sed actus est de essentia primæ formæ: ergo &c. maior tenet, quia idem est iudicium de potentia respectu materiæ & de actu respectu formæ primæ, minor patet quia actus primus est de essentia primi principii, nam quicquid est in Deo est actus purus, & per se Deus, Commentator Duodecimo Metaph. Item potentia materiæ est substantia, quæ est forma, vel quæ est compositum: vel materia, vel accidens: sed nec primum nec secundum, nec quartum, igitur &c. maior patet per sufficientem diuisionem. minor patet. primo, quod non est accidens: quia accidens est alicuius positi in actu, sed materia non est talis, ergo &c. nec est forma: quia tunc non esset potentia, sed actus, nec substantia composita, ergo &c. Item, actus & potentia sunt in eodem genere: sed actus est in genere substantiæ, ergo & potentia.

A OPPOSITVM Videtur sentire Commentator hic, & Primo Physi.

CONCLVSIO.

Potentia materiæ ut est respectus ad formam, distinguitur ab eius essentia, uerum potentia illa, ut est subiectū potens, est de esse materiæ.

IN ista quæstione primo tangentur opiniones aliquorum, secundo opiniones philosophi, & Commētatoris. Tertio mouentur difficultates circa quæstionem. Fuit opinio aliquorum, quod potentia passiua esset de esse materiæ, ita quod potentia nihil reale diceret, sed rationis tantum: quia dicunt, ꝙ relatio nihil reale addit, sed tantum relationem rationis supra fundamentum: sed potentia materiæ est relatio, ergo &c. Sed hæc opinio non tenet, quia cum dico ꝙ relatio nihil addit &c. illud est falsum: quia relatio est vnum prædicamentum: sed prædicamenta sunt realia extra animam, vt patet Sexto

Prim. opinio Pōa materię nihil reale, sed rōis addit ipsi materiæ.

B Metaphysicæ, & sic potentia addit aliquid reale supra materiam. Item, quando aliqua sic se habent ꝙ ad vnū est motus per se, & ad aliud est motus per accidens, illa differunt adinuicem: sed relatio & fundamentum sic se habent, ergo &c. maior est nota, & minor patet, quia ad relationis fundamentum est motus per se. s. ad qualitatem quantitatem &c. Ideo dicitur ad questionem, ꝙ per potentiam possumus intelligere vel respectum ad formam, vt sæpe loquitur philosophus Septimo Metaphysicæ & primo Physicorum dicens, ꝙ materia est ens potentia. Alio modo per potentiam possumus intelligere subiectū potens: & tunc Commentator loquitur Secundo de Anima dicens: ꝙ materia est potentia. Per hoc igitur respondetur ad quæstionem, ꝙ potētia primo modo non est de esse materiæ, probatur. quia illud non est de essentia materiæ, quod est respectus, potentia primo modo dicta est huiusmodi: ergo &c. maior patet. quia materia est in prædicamento substantiæ, & respectus in

C prædicamento relationis, minor patet ex primo physicorum, vt iam fuit assumptum. Item: illa non sunt essentialiter eadē, quorum vnū corrūpitur altero remanente, sed potentia & materia sunt huiusmodi, ergo &c. maior patet, quia æternum & corruptibile nō sunt essentialiter idem. minor patet, quia materia manet in tota transmutatione, respectus autem corrumpitur in aduētu formæ primo Physicorum. ideo &c. Item, illa non sunt eadē quorum vnum intelligitur, aliud nō. sed potentia & materia sic se habent. ergo &c. maior est nota. minor patet. quia substantia materiæ manet eadem sub omnibus formis, sed potentia ad formā non manet. vt patet secundo Physicorum, quia potentia sani & ægri est alia & alia. Si autem potentia capitur secundo modo, sic dico, ꝙ potentia est de esse materiæ vt patet.

Sed circa hoc dubitatur. An potentia materiæ quæ est respectus sit aliquid reale, vel tantum rationis. Respondetur, ꝙ cum predicamenta sint entia realia, ideo dico, quod dicit aliquid reale separatum ab intellectu. nam

An pōa materiæ, quæ ē respectus sit aliquid reale, vel rationis.

D dato ꝙ intellectus causaret respectum ad formam, adhuc respectus est vere relatio: sed relatio est accidens: ergo potentia materiæ est accidens. Intelligendum tamen sicut est de quolibet accidente alio, ita est de relatione: sed ita est de aliis accidētibus, ꝙ quædam sunt perfecta, quædā imperfecta, sic similiter est de relationibus, quia quædam sunt completæ, quædam nō: modo dico, ꝙ iste respectus vel potentia materiæ est accidens imperfectum, quia suum fundamentum est materia prima, quæ est ens solum in potentia de se, licet omnis forma accidentalis requirat suum subiectum in actu, ideo etiam ista potentia est in ente in actu, quia in cōposito. Tñ quia est accidens incōpletū, ideo est in cōposito ratione materiæ: quod est subiectū debile fm se & nunq̄ est ratio formæ.

Responsiones

PEr hoc ad rationes respōdetur. Illud est de essentia alicuius, quod est differentia eius substantialis concedo

& minor negatur. Et cum probatur, q hoc Commenta-
tor dicit hic. Respondetur q ipse se exponit postea osten
dendo differentiam inter potentiam & materiam. nam in
telligit, q potentia est de esse materiæ quia est accidens
proprium eius, & per eius cognitionem manuducimur
in cognitum esse materiæ primæ: & talia accidentia sæpe
sumuntur pro differentiis essentialibus, maxime in diffini
tionibus, quorum differentias essentialis ignoramus: vt
Commentator dicit Septimo Metaphy. Ad secundū
sicut se habet &c. respondetur, q non oportet, quia pri-
ma forma ē separata omnino & simplicissima: ideo quic-
quid est in ipsa est actus purus. nam quicquid est in deo
est Deus, vt dicit Commentator. 12. Meta. non autem
quicquid est in materia est materia, vel potentia: & sic
nō est similitudo. Ad tertiū, potentia materiæ &c. cō
cedo maiorem, ad minorem cum dicitur, q non est acci-
dens negetur. & ad probationem, quia accidens &c. pa-
tet ex his dictis: quia est ens incōpletum: & ideo licet sit
semper in subiecto in actu. s. in composito, est tamen ra-
tione materiæ. Ad quartum. actus & potentia, dico q
verum est intelligendo per potentiam subiectum, sed nō
est verum si capitur pro respectu. modo potentia, de qua
loquimur hic, est respectus ad formam: ideo ratio non
concludit.

QVAESTIO V.

*An materia possit proprie intelligi essen-
tiali intellectu.*

QVia Commentator dicit, q difficile est
cognoscere materiā primā, ideo quærit,
Vtrū materia possit proprie intelligi essen-
tiali intellectu. Et arguitur q sic. nam ha-
bens essentiam aliā a forma, & a quolibet
alio, illud proprie potest itelligi essentialiter
sed materia prima est huiusmodi, ergo &c. maior patet.
quia qcquid est de essentia rei potest esse obiectum intelle
ctus. minor patet. qa aliud est esse materiæ ab esse formæ,
& vniuscuiusq; alterius. Itē, illud, quod intelligitur cir-
cūscripto quocunq; alio, illud potest proprie intelligi ab
intellectu essentiali: materia est huiusmodi, ergo &c. ma-
ior est nota, & minor declaratur. Nam. vt dicitur Octa-
uo & Nono Metaphysicæ, licet formæ naturales non
sint separatæ secundum esse, bene tamen secundum intel-
lectum: & eodem modo est materia prima separata a for
mis. Item, quod est per se sensibile, est per se intelligibi-
le materia est huiusmodi. ergo &c. maior patet Primo
Peri hermenias. nam voces sunt earum, quæ sunt in ani-
ma passionum notæ. minor patet. nam sensatio materiæ
non est sensatio compositi, nec formæ.

OPPOSITVM Dicit hic Commen. & Philoso-
phus. s. q est difficile intelligere materiam.

CONCLVSIO

*Materia non est per se intelligibilis, idest sine alterius intelle-
ctu: nam intelligitur ex formæ analogia, sed est
intelligibilis per se, idest intellectus
illius distinguitur per se ab in-
tellectu alterius.*

PRo quæstione est intelligendū, q esse per se intelligi-
bile pōt capi dupliciter, vno modo proprie intelligi-
bile qđ nō p aliud itelligit, alio mō proprie intelligi-
bile: qđ intelligitur distincte a qlibet alio itelligibili. Tūc
dico, q materia prima nō est p se intelligibilis primō mo
do intellectu essentiali, immo est intelligibilis per aliud.
Quod probatur, quod non est ens actu per se nō potest
per se intelligi sine alio, materia est huiusmodi, ergo &c.
maior est nota. s. q materia prima non est intelligibilis
per se, quia quod per se primo intelligitur est in actu, No
no Meta. & per Cōmentatorem Primo Physicorum:
potentia est de se non intelligibilis immediate, minor est
nota. nam materia est tantum ens in potentia, vt patet
Primo Physicorum. Item, quod non habet intellectū
E nisi per respectum ad formam non est per se & primo in
telligibile. materia est huiusmodi, ergo. &c. maior est no
ta: quia quod intelligitur in analogia ad aliud non potest
sine illo intelligi. minor patet. quia materia prima intelli-
gitur per successionem formarum in ea, & non per solā
potentiam: quia vt dictum fuit, omne quod intelligetur
intelligitur secundum q est in actu: materia autem non
est quantitas, nec qualitas, nec aliquid aliorum prædica-
mentorum, Septimo Metaphysicæ, sed est ens in poten-
tia ad formas, & intelligitur per aliud. Si autē quæstio
intelligitur secundo modo, dico q sic: quia alius est intel
lectus materiæ ab intellectu formæ. Item, quod habet
esse aliud ab esse formæ & compositi, habet intellectum
alium ab illis, materia est huiusmodi ergo &c. maior est
nota, & minor etiam: quia licet materia non intelligatur
nisi per analogiam ad formam, tamen quia aliud est esse
materiæ ab esse formæ, ideo alius est intellectus materiæ
ab intellectu formæ, licet intellectus non veniat in cogni-
tionem materiæ nisi per formam. Tamen Auic. in primo
F tractatu suæ sufficientiæ reprehendit Ari. qui primo phy
sicorum locutus est rationibus metaphoricis, cum dicit
q sicut femina appetit virum & turpe pulchrum, sic ma
teria appetit formā, & sic locutus est in tertio de Anima
quia hic modus loquendi est in talibus, quæ non possunt
bene intelligi per se, sed per aliud, & ideo per illa alia sensi
bilia similia manuducimur in cognitionem rerum, sed in
his quæ possunt per se intelligi philosophus non debet
vti verbis metaphoricis.

AD rationes cum dicitur, quod habet essētiam &c. Responsiones
concedo q illud potest per se intelligi secūdo mo-
do, quia intellectus eius est alius ab intellectu for-
mæ, nō tamē oportet q propter hoc primo modo p se in-
telligatur, quia actus primo intelligitur & nō potētia, sed
potētia intelligitur per actum, & sic cōcedo materiā pos-
se per se intelligi secundo modo. Ad secundum, quod
potest per se intelligi, dico, q verum est, si primo modo
per se intelligatur sine alio, & tunc minor est falsa, quia li-
G cet intellectus materiæ primæ sit distinctus a quolibet alio
non tamen ipsa primo intelligitur per se, ita q sine alio p
se intelligatur, vel maior potest simpliciter concedi, q il-
lud, quod est tale, potest per se intelligi secūdo modo, &
tūc ratio cōcludit, quæ ponitur in solutione quæstionis.
Ad tertium cum dicitur, quod est per se sensibile, dico
q verum est, q est per se intelligibile, nō tamen sequitur
q primo modo & sine alio sit per se intelligibile, quare
ratio non concludit, & sic ad quæstionem. &c.

QVAESTIO VI.

*An formam substantialem in materia precedant
aliquæ dimensiones.*

QVæritur vtrum dimēsiones præcedant for-
mā substantialē in materia. Et arguitur q nō
quia illa, quæ sibi accidunt nō præcedūt for
mas substantiales in materia, dimensiones
sunt huiusmodi, igitur &c. maior patet quia
accidentia aduenjunt enti in actu, ens autem in actu est
H per formam substantialem, vel est ipsa forma, quare acci
dentia non præcedunt formam in materia, minor patet.
quia dimensiones sunt de genere quantitatis. Item si di
mensiones præcedunt formā substantialem in materia,
sequitur q forma non adueniret immediate materiæ, sed
mediantibus dimensionibus. consequens est falsum, igi-
tur & antecedens, consequētia nota, ex quo enim forma
substantialis non adueniret nisi post dimensiones, vide-
tur q non posset forma perficere nisi mediantibus dimē-
sionibus, falsitas consequētis patet per philosophum pri
mo phy. quia formæ immediate aduenjunt materiæ pri-
mæ. Item, illa quæ sunt a forma substantiali, non præ-
cedunt formam, sed magis sequuntur, dimensiones sunt
huiusmodi, ergo &c. maior nota, effectus enim non præ

dunt causam, minor patet ex primo Physicorum, nam
materia cũ forma sunt cã, omnium accidẽtium quæ sunt:
vt patet ibidem. Item dicitur Septimo Metaphy. ꝙ
substantia prior est accidente diffinitione, cognitione, &
dignitate: & sic Commẽta. in principio eiusdem dicit, ꝙ
indiuidua substantiæ præcedunt indiuidua accidẽtium,
indiuidua autem substãtiæ actu sunt per formam substã
tialem in materia, quare dimensiones cum sint accidentia
non præcedunt formam substantialem in materia.

OPPOSITVM Sentit hic Commentator & in
secundo Cœli.

CONCLVSIO.

*Tametsi Dimensiones absolute, & simpliciter formam non
precedunt, dimensiones tamen in terminatæ for
mam materialem indiuidualem præ
cedere uia imperfectionis
necessarium est.*

AD quæstionem Intelligendum, ꝙ si quis quærit
de forma in communi & absolute .s. vtrum dimẽ
siones præcedãt formam simpliciter & absolute,
dico ꝙ nõ, quia formæ simpliciter & absolutæ dictæ sũt
æternæ: & ideo nec materia, nec dimẽsiones præcedunt
formam, sic etiam forma via perfectionis præcedit om-
nes dimensiones terminatas .s. & interminatas, & etiam
materiam primam. igitur dimensiones non præcedunt
formam simpliciter & absolute sumptam tempore nec
natura. Secundo dico, ꝙ dimẽsiones interminatæ præ
cedunt omnem formam materialem secũdum indiuiduũ
& via imperfectionis, quod patet ex multis. Primo sic,
illa quæ recipiunt esse actuale & numerum ab omnibus
formis, & in quibus omnes formæ, communicant via im
perfectionis præcedunt has vel illas formas in materia:
sed dimensiones sunt huiusmodi: igitur &c. maior patet
quia illa, quæ perficiuntur per plures formas succeden-
tes sibi inuicẽ, in illis, p̃cedũt omnẽ formam, vt patet de
ista materia, quæ perficitur per particulares formas, mi-
nor patet, quia demensiones interminatæ esse actuale &
terminatum recipiunt a forma: & in eis communicant
omnes formæ: quia sicut materia prima recipit esse actua
le a forma, sic etiam dimensiones, sicut dicit Comment.
quarto Phy. Item, si dimensiones interminatæ non præ
cederẽt &c. sequitur, ꝙ materia non reciperet simul di-
uersas formas numero, nec specie, consequens est fal-
sum, igitur & antecedens, consequentia nota: quia, si di-
mensiones non præcederent &c. cum materia sit vna
numero, nec diuiditur nisi per quãtitatem, nec etiam for
mæ diuiduntur nisi diuisione subiecti, tunc compositum
ex materia & forma esset tantum vnum indiuisum, nam
vt patet Septimo Meta. per Commen. causa multitudi-
nis indiuiduorum ab vno generante est diuisio partium
materiæ, in quas agit agens, falsitas consequentis est no-
ta. Item, si dimensiones non præcederent omnem for-
mam secundum indiuiduum, ita ꝙ non separarentur a
materia, sed semper fierẽt de nouo in generatione substan
tiali, tunc corpus fieret ex non corpore: & dimensio ex
non dimensionibus: sed hoc est ipossibile, igitur & an-
tecedens, consequentia patet, ex quo enim omnes dimen
siones & corporeitas & aliæ dimensiones fiunt de nouo,
necessarium est ꝙ illæ fiant ex non dimensionibus & nõ
corpore. Sed quia aliqui putant hoc non pro inconue
nienti: quia dicũt, ꝙ dimensiones possunt fieri ab agente
de potentia materiæ simul cum ipsa forma: ideo declaro
hoc esse impossibile, sicut nihil transmutat materiam nisi
corpus. Commentator Septimo Meta. & Octauo Physi
corum. Agens enim corporeum non agit nisi per conta-
ctum, Primo de Generatione, ideo oportet ꝙ omne reci
piens actionem agentis corporei habeat situm in vniuer
so: sed quod habet situm est dimensionatum: igitur mate
ria, cum recipit formam ab agente ipsa est dimensionata:
& impossibile est ipsam denudari a dimensionibus: nam

in quocunq; instanti denudaretur a dimensionibus, actio
A nem agentis non reciperet. Item, omne generatum no
uiter generatur a sibi simili vel formaliter vel virtualiter
Septimo Metaphysi. si igitur dimensiones nouiter gene-
rantur, hoc est a sibi simili in specie: sed nihil est quod eis
assimiletur formaliter vel virtualiter, nisi dimensiones
agentis, quia forma non est similis, cum demẽsiones sint
magis a parte materiæ quam a parte formæ: nec materia
potest eas generare, quia materiæ non est agere, sed reci-
pere, vt patet Secundo de Generatione: igitur si gene-
rantur, hoc est a dimẽsionibus agentis, sed hoc est impos
sibile, quia dimensiones non sunt de genere virtutum
actiuarum, vt dicit Commentator quarto Physicorum.
Et licet hæc propositio .s. Omne quod generatur &c. non Dimẽsiões nõ sunt æternæ.
teneat nisi in substantia vt dicit Commentator, Libro
Cœli & Septimo Metaphysi. est tamen vera in proposi-
to. quia, vt dicit Commentator, Septimo Metaphysi.
licet quantitates non semper generentur a sibi simili per
se, tamen per accidens generantur a sibi simili: & sic di-
B mensiones, quæ sunt priores respectu materiæ ipsis quali
tatibus deberent generari a sibi simili, si simpliciter fierent
de nouo. Item, corporeitas contrariaretur corporeita-
ti, quia corporeitates sit succederent in subiecto eodem:
quod est impossibile. Item, si dimensiones intermina-
tæ non præcederent hanc formam, sed corrumperentur
præcedentes & aliæ de nouo generarentur, vt multi ima
ginantur, tunc corporeitas, quæ est æterna dimensio cor
poris, corrumperetur in nõ corpus, & corporeitas gene-
rati generaretur ex non corpore: & sic ibi essent duo mo
tus oppositi & distincti, quod patet ex diuisione suorum
terminorũ: sed vt probatur Octauo Phy. inter quoscũq;
duos motus oppositos cadit quies media, supposito illã
dimẽsionem esse vniuersalem, quare sequitur quod inter
generationem & corruptionem, cum sint distincti motus
terminorum oppositorum, erit quies media, ex quo se-
quitur quod in aliquo tempore materia erit denudata
ab omnibus formis & ab omnibus dimẽsionibus: cuius
C oppositum habetur primo de Generatione. Item ge-
neratio vnius non esset corruptio alterius, quia motus
sortitur speciem & diuisionem a termino ad quem, quin-
to Phy. cum igitur isti termini sint diuersi & oppositi, &
motus similiter, si igitur omnes istæ species & dimensio-
nes, quæ præcedũt formam in materiam corrumpuntur
omnes ad motum corruptiõis istum terminum tenebũt:
sed omnia quæ sequuntur formam spectant ad motum
generationis, nihil igitur eius quod præcessit fuit genera-
tio, nec eius quod sequitur corruptio, quare nec corru-
ptio vnius est generatio alterius, licet vnũ sit prius alio,
cuius oppositum patet primo de Generatione: quia i sub
stantiis semper corruptio vnius est generatio alterius, &
eadem actione, qua generans generat vnum, corrumpit
aliud. Item, si hoc esset verum, formæ naturales non
fierent nec haberent materias proprias & propinquas,
nec actiones proprias: cuius oppositum dicit Commen.
Septimo Phy. vbi dicit, ꝙ vnius transmutationis vnum
est subiectum proprie & propinquum necessario: ideo
concludit ꝙ genus non est subiectum propinquum for-
D marum ergo &c. Item, si dimensiones non præcede-
rent, formæ non diuiderentur diuisione subiecti, conse-
quẽs est falsum, ergo & antecedens, probatur cõsequen-
tia, si dimensiones non præcederent, cum forma secun-
dũ se non diuidatur nec materia, forma indiuisibiliter in-
troduceretur in materia, & tunc non esset extensa forma
extensiones quantitatis. Ex quo sequitur ꝙ subiectum
non haberet habilitatem recipiendi plures formas, cum
non posset diuidi. ergo non erit multa in potentia, & nun
quam denudaretur a forma, quam primo recipit, sed es-
set in ipsa æternaliter, quæ omnia sunt falsa. Nec valet
si dicatur, ꝙ cum forma introducitur statim dimẽsiones
introducantur, vt Com. dicit quarto Cœli: quia quantũ
datur de forma tantum datur de accidentibus consequen
tibus formam, sic est de dimensionibus, quare formæ ad

huc diuidētur diuisione subiecti. Hoc non valet, quia materia est multa in potentia, eo q̄ est diuisibilis per dimensiones, si igitur dimensiones, vt sunt dimensiones, sibi aduenirent per formã, sic potentia magis esset de esse formæ quã materiæ: quia propter quod vnum quodq; tale &c. quod est imposibile, & hæc omnia habētur ex intentione Commenta. hic & alibi.

Sed circa hoc sunt difficultates. Vna est, Cum dimensiones sint accidentia, quõ possūt præcedere formam suã cum esse omnium accidentium sit a forma. Secunda. quia vel istæ dimēsiones interminatæ sunt eædem numero cum dimēsionibus quæ sequuntur istam formam, vel sunt aliæ, si aliæ similes istis & eiusdem speciei, ergo dimēsiones non præcesserunt formam. Si vero dicitur, q̄ sunt eædem numero cum præcedentibus, cum semper accidens sit in subiecto in actu, ergo forma substantialis aduenit enti in actu, & sic forma substantialis & accidentalis essent eadem, & generatio secundum hoc non differet ab alteratione, quod est falsum & contra philosophū primo de Generatione. Tertia difficultas est, cum forma substantialis aduenit materiæ primæ mediātibus dimensionibus, videtur q̄ non immediate perficiat materiam primam, sed magis dimensiones. Istæ tres difficultates ponuntur in rationibus. Ad primam dicitur q̄ dimensiones interminatæ sunt accidentia: sed quia propriæ dimēsiones prout sunt dimensiones sunt cõmunes cuilibet formæ, ideo sunt in potentia ad recipiendum terminos & actualitatem a qualibet forma, sicut ipsa materia, ita q̄ ipsæ dimensionẽs nunquam a materia separantur, sed recipiunt diuersa esse & diuersos terminos a formis.

Ad secūdam dicitur, q̄ dimensiones quæ præcesserūt formam in materia, & quæ sequuntur circumscriptis terminis sunt eædem numero, sicut materia prima dicitur vna numero. s. per priuationem formarū indiuidualium vt Commen. dicit. 12. Meta. sed, quia dimensiones & omne aliud accidens non possunt manere in materia sub esse actuali sine aliqua forma substantiali, a qua habent esse, ideo dimensiones huiusmodi secundū se nõ dicūtur esse in actu. nec materia cū istis dimēsionibus sine forma esset ens in actu, quia actus essēdi semp̄ recipiūt a forma tã dimensio quã materia, & ideo, cum forma vna corrūpitur & alia introducitur, aliud esse recipiunt dimēsiones & alios terminos, sicut ipsa materia prima, ideo dicūtur esse aliæ dimēsiones numero ab alio esse, quod recipiūt a forma generata, licet sint eædē dimēsiones, quæ fuerãt prius cū corruptione illius formæ, sed solū termini qui fuerunt proprij illi formæ fuerunt corrupti cū corruptione eius. Et eodem modo est dicendū de accidentibus cõmunibus formæ generatæ & corruptæ, vt patet primo de Gener.

Ad tertiam dicatur, q̄ forma substantialis immediate p̄ficit materiã, q̄a forma primo est propter materiã, dimēsiones vero sunt quibus mediantibus habet materia potētiam recipiēdi simul plures formas, & ita per istas fit multa in potentia, & sic licet mediantibus dimensionibus materia recipiat formas, formæ tamen sunt propter materiã & ex inde dimensiones, & immediate forma perficit materiam, & ex consequenti dimensiones, ideo &c.

Respõsiões AD rationes in oppositum dicendum quod concludunt quod dimensiones secundum quod sunt in actu completo & sub propriis terminis non præcedunt formam substantialem, sed magis sequuntur eã, & hoc concessum est, vbi tamen sunt interminatæ præcedūt omnem formam, quia vt sic nunq̃ a materia separãtur, & videtur hæc eē intentio philosophi primo & secūdo de Generat. & expresse hoc dicit Cõmēt. 7. phy. & 2. Cœli & 1. & 2. de Gener. hæc ēt est intentio Aui. primo suæ sufficientiæ, sed discordat a sententia Cõmentatoris in hoc, q̄ dicit dimensiones esse in materia prima a quadam forma cõmuni corporeitatis, & ideo dixit eas esse in actu corporeitatis, in hanc etiam sententiam Comment. consensit Albertus primo Cœli. nec vnquam vidi auctoritatem contrariam, licet alia opinio sit diuulgata. Et sic

E de ista quæstione dictum sit pro nunc &c.

QVAESTIO VII.

An Dimensiones interminatæ sint indiuiduationis principium.

CONsequenter quæritur, Vtrum dimensiones interminatæ sint principium indiuiduationis. Et arguitur q̄ non, quia accidens non est principium substantiarum, sed dimensiones interminatæ sunt accidentia, & indiuidua per se subsistentia sunt substãtiæ, ergo &c. maior patet septimo Metaph. substantia non fit ex accidentibus. minor patet, quia dimensiones sunt quantitates, & indiuidua substantiæ sunt substantiæ. Item, indiuiduū substantiæ naturaliter est prius indiuiduis accidentium, sed hoc non esset, si dimensiones interminatæ essent principium indiuiduationis substantiæ, igitur &c. maior patet per Comment. 8. & 7. Physi. via enim ad esse substantiæ prior est via ad esse accidentium, minor patet, quia, si indiuiduum substantiæ prius est naturaliter indiuiduis ac-

F cidentium, tunc accidens non potest esse principium indiuiduationis substantiæ, quia posterius naturaliter non est causa prioris. Item, si dimensiones interminatæ essent principium indiuiduationis substantiæ, tunc cum dimensiones præcedant formam in materia, sequitur, q̄ dimensiones haberent esse actuale anteq̄ sit forma in materia, sed hoc est falsum, igitur & antecedens, patet consequentia per Comment. hic, & Secundo de Generatione, quia nullum accidens habet esse actuale ante formam substantialem in materia. Item, si dimensiones interminatæ essent principium indiuiduationis, non esset nisi principium formale, sed hoc est falsum, igitur &c. maior patet, quia dimensiones, cum sint accidentia, non possunt esse principium aliud q̄ formale, falsitas cõsequentis apparet, quia, si dimensiones essent principiū formale, tunc indiuiduum esset formale indiuiduum per quantitatem, & tunc generatio non esset ad substantiam, sed esset ad accidens, quod est impossibile. Item, si ita esset, tunc illa, quæ non haberent dimensiones interminatas non es-

G sent indiuidua, sed hoc est falsum, vt patet de corporibus cœlestibus, igitur patet, q̄ dimēsiones interminatæ non sunt principium indiuiduationis.

OPPOSITVM videtur esse de intentione Com. primo Cœ. & septimo Metaphy. vbi dicit, q̄ causa multiplicationis indiuiduorum est diuisio materiæ in plures partes in quas agentia agunt: diuisio autem materiæ est per dimēsiones interminatas, vt patet in hoc li. ergo &c.

CONCLVSIO. n

Interminatæ dimensiones sunt indiuiduationis principium sine quo non, formale autem principium nequaquam sunt.

AD quæstionem omissis opinionibus dicatur, cū quæritur, Vtrum dimensiones interminatæ &c. hoc potest dupliciter intelligi. vel quod sint principium sine quo non, ita q̄ sint principium dispositiuum ad diuisionem substantiarum: vel q̄ sint principium for-

H male. Si intelligitur primo modo, dico q̄ sic, quod probatur. Illud, quod est pricipium indiuiduationis formæ in materia, illud est principium indiuiduationis accidentis: dimensiones sunt huiusmodi: igitur &c. maior patet. quia illud, p̄ quod vnumquodq; est ab alio distinctum, & per quod sua forma participatur a quocunq; alio etiã simili in specie, illud est principium dispositiui, saltem indiuiduationis, igitur &c. minor patet ex Primo Physicorum, & Quinto Metaphysi. quia diuisio primo debetur quantitate, & per quantitatem aliis, & ideo Quinto Metaphy. diffinitur quantitas, q̄ est diuisibilis in ea quæ in sunt. Item, si dimensiones interminatæ non essent, tūc solum esset vna forma in materia, & illa esset æterna, vt probatū est in hoc lib. Ex quo sequitur, q̄ materiam nõ esset multa in potentia: & ideo non reciperet multas for-

mas, quia non esset diuisio numeralis in entibus. Ex quo apparet, ꝙ dimensiones interminatæ sunt causa indiuiduationis in materialibus: & hoc est quod dicit Commenta. Septimo Metaphysi. quod multitudo indiuiduorum ab vno generante est propter diuisionem materiæ in plures partes in quas agens agit, & hoc etiam tangit Commenta. in hoc libro. Sciendum tamen, quod formæ substantiales sunt principium formale indiuiduationis: quia, sicut quo indiuiduum est indiuiduum, quod patet, quia per quod vnumquodq; ens est vnum distinctũ numero per illud est indiuiduum formaliter: forma substantialis est huiusmodi, igitur &c. maior est nota. minor patet. quia actus est qui separat & diuidit septimo Metaphysi. Item per quod vnumquodq; est hoc aliquid, illud est principium indiuiduationis: forma est huiusmodi ergo &c. maior est nota, minor etiam patet per Commenta. 2. de Anima, vbi dicit, ꝙ sicut indiuidua sunt indiuidua per formas, sic sunt entia per formas: & hoc expresse dicit Commenta. septimo Metaphy. ex intentione philosophi ibidem, vbi dicit, formam substantialem esse primam, quia est causa substantiæ demonstratæ, & subdit, hæc enim & substantiæ demonstratæ non sunt nisi per istam. Et Arist. dixit ipsam. s. formam vnam esse, quia substantia demonstrata non est vna nisi per hanc substantiam, quæ dicitur forma: idem etiam dixit. 12. Metaphy. quod forma est, qua res dicitur esse vna numero, & circa principium Septimi dicit: quod indiuiduum substantiæ est prius indiuiduo accidẽtis, vt notum est. Item, quod non est substantia, quomodo potest esse principium formale substantiæ, & cum materia & forma sint causa omnium accidentium, quæ sunt in ipsa, impossibile enim est accñtia, quæ sunt causata ab ipsa materia & forma, quod sint principium formale huius formæ in illa materia. nam licet aliqua ad inuicem sint mutuo sibi causa non tamen in eodem genere causæ, Secundo physicorum quare dimensiones non possunt esse principium formale indiuiduationis, nec ẽt materia diuisa per quantitatem est principiũ, quia licet ista forma partita sit in ista portione materiæ eo quod materia fuerit prius naturaliter partita & terminata, tamen quantitas non est in hoc indiuiduo nisi secundum hanc formam, & ita hæc diuisio materiæ vel materia diuersa per quãtitatem fuit principium sine quo non, principium tamen formale est ipsa forma. Vñr etiam ponentes ꝙ materia diuisa per quantitatem sit principium indiuiduationis contradicere sibi, eo quod ponunt cum hoc quod in introductione formæ substantialis, vniuersaliter quantitas & omnia accidentia corrumpuntur, & alia de nouo introducuntur, quæ finiunt naturaliter ipsam formam. Ex quo sequeretur, quod illud, quod est posterius, est principium prioris, quod est falsum. Sed circa hoc sunt difficultates. Prima ex quo dimensiones sunt accidentia, quo modo possunt esse principium indiuiduationis substantiæ, cum accidentia nõ sint principium substantiæ: primo phy. Secunda, substantiæ indiuisibiles sunt indiuidua formaliter per formas substantiales: vel igitur istæ formæ substantiales sunt indiuiduatæ ex se, vel ab alio, non per se, quia tunc vna forma substantialis differret ab alia eiusdem speciei, quod est incõueniens: nec per aliud, quia tunc illud aliud esset principium indiuiduationis: & omnino forma. Tertia, cum cœlum sit indiuiduum & dimensiones intus in eo nunquam præcesserunt quomodo potuit indiuiduari. Ad primam dico, quod accidens non est principium substantiæ immediatum, sed bene dispositiuum substantiarum, vt patet Commẽ. 63. primi Phy. a Comment. quia nunquam forma substantialis introducitur nisi in materia prius disposita per quantitates & dispositiones proprias, vt dicit Commenta. primo physico. quod quando ex spermate fit homo, non cessant partes eius &c. & subdit. Et iste modus non est forma substantiali, quæ est indiuisibilis, sed in qualitatibus & dispositionibus propriis formarum. Ad secundam dicitur, quod formæ substantiales sunt idistinctæ per hoc, quod materia prius fuit in partes A diuersas diuisa, & agens in istis partibus diuisim agit, & introducit suam formam diuisim: & tunc ipsa forma existit indiuisa per appropriationem sui factam ab agente ad determinatam portionem materiæ, & non per aliquid additum ipsi formæ, vt dicit Aui. 6. Naturalium de indiuiduatione itellectus, ita ꝙ causa indiuiduationis formæ est determinata actio in corpore determinato ad determinatam portionem materiæ, quæ tamẽ materiæ portio postea recipit alios terminos numero quam prius habebat, & ita licet diuisio materiæ sit causa accidentis, ipsa tamen forma sic appropriata per actionem agẽtis est causa formalis. Ad tertiam dico, ꝙ cœlum est idiuiduum per naturam sui: ita ꝙ tam dimensiones quam etiam alia accidentia secundum esse & secundum rationem sequuntur formam suam, & nullum accidẽs in cœlo potest suscipere magis & minus, nam cœli forma cohæret cœlo immediate sine dimensionibus, & sine alio accidẽte, ideo est maior vnio inter corpus cœli & suam formam, quæ est B motor, quam inter materiam & formam in se, vt patuit.

AD rationes cum dicitur, accidens &c. dr̃ ꝙ verum principium immediatum est forma, cum quo tamẽ stat ꝙ sic principiũ dispositiuũ, ideo nõ valet. Ad secundum cum dicitur, indiuiduum substantiæ &c. concedo in actu perfecto: sed dimẽsiones vt interminatæ sũt ex parte materiæ, & adhuc nõ sunt in actu perfecto, sed in potentia ad diuersos actus & terminos & ad quemlibet actum secundum indiuiduum: & sunt causa materiæ diuersos actus & formas recipiendi, & ita concedo, ꝙ indiuiduum substantiæ præcedit indiuiduum accidẽtis: & sic accidentia vel dimensiones non sunt principium indiuiduationis: sed magis vt dimensiones sunt potentiales. Rñsiones.

Et si dicitur. Si dimensiones sunt causa indiuiduationis tunc dimẽsiones sunt indiuidua: quia propter quod vnũquodq; &c. Dico ꝙ non oportet, quia non sunt causa immediata & formalis, sed dispositiua materiæ: nõ oportet autem ꝙ dispositiones ad aliquid sint tale quale illud, ad C quod disponũt, vt patet in qualitatibus ad formam substantialem disponentibus, quæ tamen non sunt formæ substantiales. Ad tertium cum dicitur: si dimensiones &c. dicitur ꝙ verum est si essent principium formale, sed non sunt nisi dispositiuum, vt patuit: vel melius, ꝙ non est verum, dato ꝙ essent principium idiuiduationis formale, quia forma non est prius sua materia. 12. Meta.

Ad quartum, cum dicitur, si essent, dico ꝙ non est verum, immo sunt principium dispositiuum, ideo ratio nõ tenet. Ad quintum cum dicitur, si essent principium &c. dico ꝙ non oportet nec ratio plus concludit, nisi ꝙ non sunt indiuiduata: sic ꝙ de istis & de illis non dicitur indiuiduum vniuoce, sed magis æquiuoce, vel analogice vt dicebat Commẽtator in procemio huius: ideo nõ sunt indiuiduata sicut hæc inferiora. Et sic ad quæstionem dicendum est.

QVAESTIO VIII.

An Forma Naturalis ad Maximum & minimum determinetur.

D QVæritur, vtrum formæ naturalis determinatur ad maximũ & ad minimũ. Et arguitur ꝙ nõ, q̃a illud, ꝙ est diuisibile i infinitũ de se, nõ ẽ determinatũ ad maximũ vel ad minimũ: entia naturalia, cũ sint cõtinua huiusmodi sunt igitur, maior patet, q̃a ex quo est diuisibile in infinitum de se non est determinatũ: quia quacunq; parte data contingit dare minorem per diuisionem eius in partes: pars autẽ est minor toto, minor patet Primo & sexto Physico. & quinto Meta. Item, si forma naturalis haberet quãtitatẽ determinatã, sequeretur ꝙ in quãtitatibus esset maximũ & minimũ & cõsequẽter contrarietas, sed hoc est falsum, & consequentia probatur per philosophum. 10. Meta. nã contraria sunt q̃ ad se inuicem distant posita sub eodem genere, falsitas conse-

quentis patet ex prædicamentis, quia quantitati nihil est contrarium. Item, si hoc esset verum, nō esset propriū quantitati suscipere magis & minus: quia non conueniret omni quantitati, cum esset reperire quantitatem, cui non esset dare eius terminum: oppositum dicitur in prædicamentis & Cōmen. sexto phy. Item, forma ignis est forma naturalis, & tamen si ponatur combustibile crescet in infinitum, vt patet, Secundo de Anima, igitur quælibet forma naturalis non habet quantitatem determinatam.

OPPOSITVM Sentit hic Cōment. quia dimensiones, vt sunt interminatæ præcedunt formam in materia, & vt sunt terminatæ hoc est a forma. Item, secūdo de Anima, omnium natura cōstantium: & in primo physicorum, ꝙ est dare minimam carnem, & Commentor in dictis locis & primo Cœli.

CONCLVSIO.

Entia naturalia secundum suas formas sunt determinatæ quantitatis in maius & in minus.

AD quæstionem prius dicetur veritas, secundo soluentur difficultates imminentes. Cum igitur quæritur, vtrum quælibet forma naturalis habeat quātitatem determinatam, dico, quod sic, quia licet quantitas de se non sit terminata, tamen vt est a forma naturali est terminata, vt patet dupliciter. Primo, sicut quælibet forma naturalis habet qualitatem determinatam, ita & quantitatem determinatam: sed quælibet forma habet qualitatem determinatam: igitur & quantitatem, maior patet, per Commen. sexto phy. dicit enim ꝙ potentia omnis quantitas est terminata, sicut qualitas. minor patet. nam omnis forma determinat sibi passiones & qualitates determinatas tam in simplicibus quam in compositis vt patet a Cōmēt. in eodem sexto & septimo phy. & primo de Genera. Item, quodlibet habens operationem determinatam habet etiam quantitatem determinatam: sed omne ens naturale habet operationem determinatam, ergo &c. maior patet, operatio enim arguit formam & virtutem, quæ arguit magnitudinem virtutis: quia quanto virt' est maior, tāto eius operatio est fortior & maior, quia maior virtus est in maiori corpore, minor in minori cæteris paribus, vt patet Primo Cœli: igitur, si est operatio determinata, & virtus determinata consequenter erit quantitatis determinatæ. si ista virtus fuerit in magnitudine, minor est nota, quia omnis forma naturalis habet operationem determinatam, vt patet primo Cœli, quia nulliū ens naturale est infinitum. Item, si formæ naturales nō determinarēt sibi quantitates, sequeretur ꝙ in corpore finito posset esse virtus infinita vel econuerso, consequēs est falsum, igitur & añcedens, consequentia patet, ex quo enim non esset determinata proportio formæ ad quantitatem subiecti, bene posset esse infinitum in subiecto finito, vel econtra, falsitas consequentis patet primo Cœli. Item, formæ est terminare materiam: igitur & quantitatem, añcedēs est notum septimo Metaphysicæ: & patet consequentia: quia quod terminat subiectum terminabit quæ sunt in eo: nam accidentia habent esse in subiecto & a subiecto, vt patet primo Phy. & septimo Metaphy. quare apparet formam substantialem habere quantitatem determinatam ad maximū & ad minimum: & hoc est quod Commentator dicit primo cœli, quod, si natura alicuius formæ fuerit infinita, necessario est in corpore infinito, nam formæ diuersarum naturarum innatæ sunt habere diuersæ quantitatis materiam. Hic tamen sunt difficultates. Prima est, cum dicitur, quod forma naturalis determinat sibi quantitatem ad maximum & ad minimum, accipiamus ergo aliquod ens naturale .s. ignem sub minori quantitate in qua possit esse: tunc quæritur, an possit diuidi, & constat quod sic, cum sit quantum, & quantum est diuisibile in infinitum, Tertio physicorum, tunc igitur aut diuiditur in aliquid, aut nihil, non secundo modo, quia sicut ex nihilo nihil fit, ita aliquid in nihil resolui est impossibile, igitur in aliquid, tunc, cum illud in quod diuiditur sit minus, quia pars est minor toto, igitur illa non fuit minima quantitas, quia si sic tunc daretur minus minimo, quod est falsum. Item, forma substantialis est educta de potentia materiæ, secundo de Anima, & octauo Metaphysi. igitur extenditur extensione materiæ, & hoc per dimensiones intrinsecas, quæ non separantur a materia, vt patuit sed dimensiones possunt rescindi in infinitum, vel saltem diuidi, igitur non habet quantitatem terminatam. Et tunc est difficultas vtrum hoc habeat omnis forma, & etiam forma in fieri, & in facto esse. Ad primum dicitur, quod oē ens naturale continuum vt dicitur quantum, sic est diuisibile, vt naturale autem, non est diuisibile. Et tunc dicitur, quod illa forma corrumpitur, & illæ partes materiales conuertantur in partes continentis .s. aeris vel aquæ. Et si dicitur quod hoc non est possibile in omnibus, quia si ignis diuidatur, & tunc illæ partes succedunt in naturam aeris, sequitur quod in instanti temporis materia posset saluari tam sub forma aeris quam ignis, quod est impossibile, & contra philosophum secundo de Genera. Respōdetur, quod illæ partes conuertuntur in naturam continentis; non tamen sic conuertuntur in naturam continentis, quod per se subsistant sub materia continentis & forma cōtinentis, immo coniunguntur ipsi continenti, vnde, licet non sit dare minimum secundum partes quæ sunt in toto, est bene dare minimum cum diuiduntur a toto, vt philosophus dicit diuisione quantitatis in libro de Sensu & Sensato. Ad secundam difficultatem dico, quod verum est, quod formæ eductæ de potentia materiæ extēduntur extensione materiæ & diuiduntur diuisione eius: nō tamen propter hoc extenduntur extensione infinita, nec diuisione infinita diuiduntur, nam licet dimensiones vt dimensiones sint possint extēdi vel diuidi in infinitum a forma, tamen terminantur ad maximum vel ad minimum in potentia, vt patet hic ex Commentatore & circa finem Quarti Cœli: vbi dicit, ꝙ omni quantitate data possibile est ea inuenire maiorem & minorem: & vniuersaliter finitas non inuenitur in rebus nisi propter formas earum non per quantitatem. Ad tertium dico, quod omnis forma materialis habent quantitatem determinatam ad maximum & ad minimum, licet non omnes habeant terminos eodem in extensione, vt patet primo Physi. & secundo.

Margin notes, left column: *Naturalia sunt determinata accidentia.* — *Dubitationes* — *Section letters E, F, G, H.*

Margin note, right column: *Solutio.*

AD rationes ad primam, cum dicitur, illud, quod est diuisibile, concedo, ad minorem, cum dicitur entia naturalia &c. Dicitur quod verum est secundum quod continua & quanta sunt diuisibilia in infinitum, sed secundum quod sunt sub forma naturali non. *(Margin: Resp. ad rationes.)*

Ad aliud, cum dicitur, si haberent, dico quod verum est, quod in quantitatibus ratione formæ bene est maximum & minimum, sed non ratione quantitatis, & ideo non sequitur quod propter hoc sit contrarietas in quantitate. Et per hoc dicitur ad tertiam, quia licet quātitas habeat certos terminos ratione formæ secundum se, tamen potest recipere magis & minus in infinitum. Ad aliud cum dicitur, quod forma ignis &c. Dicitur, quod ignis per appositionem combustibilium non crescit in infinitum, sicut vnum continuum potest tamen crescere ad maximum quantitatiuum, non tamen in infinitum: quia non potest crescere vltra quantitatem cœli, nam vltra cœlum non est locus nec corpus, vt probatur primo Cœli. quod vero dicitur secundo de Anima, quòd ignis in infinitum crescit intelligendum est secundum quantitatē aliarum rerū naturaliū crescit. Et sic ad quæstionē.

QVAESTIO IX.

An Formæ substantiales sint contrariæ.

QVæritur, vtrum formæ substantiales sint cōtrariæ, & arguitur ꝙ sic, nam sicut est in effectibus, ita est in causa, sed effectus sunt contrarii igitur &c. maior nota, nam causa & effectus debent proportionari, & minor probatur, nam in effectibus forma-

rum substantialium inuenitur contrarietas, sicut in qualitatibus contrariis. Item, quæ suscipiunt magis & minus sunt contraria, formæ substãtiales sunt huiusmodi: igitur &c. maior patet: quia maius contrariatur minori, 10. Metaphy. minor patet, quia quædam sunt magis perfecta, quædam minus. Item, maxime distantia sub eodem genere sunt contraria: aliquæ formæ sunt huiusmodi, igitur &c. maior patet, decimo Metaphysicæ. Hæc enim est diffinitio contrariorum, scilicet quod maxime distant sub eodem genere, minor patet, quia prima forma, quæ est Deus, & formæ elementatorum maxime distant. Item, illa sunt contraria, quæ inuicem se corrumpunt & eidem subiecto vicissim insunt formæ substantiales sunt huiusmodi, igitur, maior patet in prædicamentis minor patet. nam formæ subales mãles mutuo se corrũpunt, & sibi inuicem succedunt, in subiecto. Hoc enim dicit Commentator hic, & idem videtur sentire primo & secundo de Generatione & philosophus, vbi dicit, quod ignis contrariatur aquæ, quare &c.

OPPOSITVM Dicit Commentator primo & Quinto Physi. & philosophus in prædicamentis, quod substantiæ nihil est contrarium, idem dicit Quinto physi. probans in substantia non esse motum per hoc quod omnis motus est inter contraria, substantia autem non contrariatur substantiæ, vt dicit ibidem: quare formæ substantiales non contrariantur.

CONCLVSIO

Substantiales formæ non sunt propriæ contrariæ sed impropriæ, scilicet secundum perfectum & imperfectum.

Alexandri opinio. AD quæstionem primo tangentur opiniones quorundam, deinde opinio philosophi & Commen. Dico ergo, quod sicut scribit Commenta. Quinto Physi. Alex. in Commenta. super libro phy. & in libro de Generatione dicit, quod formæ substantiales, saltim elementorum, sunt contrariæ, credens, quod formæ substantiales elementorum essent calidum & frigidum humidum & siccum, vt patet per eundem quarto Meteororum: & ideo Alexandri, mouens quæstionem quinto Phy. quomodo Ari. dixerat in prædicamẽtis, quod substantiæ nihil contrariatur, & in libro Perigeneseos dicit, Improbatio quod ignis contrariatur aquæ. Soluit, quod in libro prædicamentorum intelligitur quod substantia secundum quod est composita ex materia & forma non contrariatur substantiæ compositæ, & in perigeneseos intelligit de formis simplicibus elementorum, quæ contrariantur ad inuicem. Sed ista opinio non valet. Tum quia istæ qualitates primæ non sunt formæ substantiales. Tum quia ad formas substãtiales nõ est motus, & ad illas qualitates est motus, vt patet quinto Physi. Tum etiam: quia istæ qualitates sunt sensibiles, quia tãgibiles: formæ vero substantiales solum intelliguntur. Tum etiam, quia formæ substantiales non suscipiunt magis & minus, vt dicit Cõmenta. Quarto & Quinto Physi. sed qualitates istæ suscipiunt magis & &c. tum etiam, quia quod vere est nulli accidit, primo Phy. sed istæ qualitates sunt accidentia mixtorum: quare in simplicibus non erunt formæ substantiales, vt arguit Commen. quinto physi. Auicin. æ sententia. Fuit etiam opinio Aui. quod formæ substantiales contrariantur inuicem, vt videtur ex eius intentione secundo tractatu suæ sufficiente tertio capitulo, sequens enim opinionem Alexandri, vt facit in pluribus eo quod de Grecis post Ari. Alexandri fuit famosior apud Arabes: dicit enim quod si consideretur forma substantialis secundum quod est in materia faciens ens actu & speciem quod est subiectum propriorum accidentium, & sic non habet contrarium: quia in instanti introducitur, & non per motum. Si autem forma substantialis secundum se consideretur. A s. vt ipsa forma & non secundum quod est in materia, sic forma ignealis est contraria formæ aqueali, non earum qualitates tantum, immo eius opinio est eadem cũ opinione Alexan. præter hoc, quod non ponit istas qualitates primas esse formas substantiales elementorum, & Improbatio ideo dicit quod duæ formæ vicissitudinantur in eodem subiecto, & inter eas est maxima distantia. Sed ista opinio non est de intentione philosophi, nec etiam est vera, quia, si substantiæ essent cõtrariæ, tunc per se ipsas se corrumperent & in se agerent, calidum enim secundum se corrumpit frigidum, quia est eius contrarium, formæ autem substantiales non agunt per se ipsas, sed mediantibus Com. sententia. qualitatibus primis, quæ sunt calidum, frigidum, & huiusmodi vt dicit Commen. septimo Met. & primo de generat. ignis non agit: quia ignis, sed quia calidus, quare formæ substantiales non sunt contrariæ. Ideo dicatur opinio Commenta. quæ videtur tenere ad mentem philosophi quod contrarietas potest dupliciter intelligi. Primo B proprie, & sic illa sunt contraria, quæ maxime distãt & sunt sub eodem genere & in illo modo cõtrarietas est proprie in genere qualitatis. Secundo modo capitur impropriæ, quæ est sicut perfectum & imperfectum, & isto modo est contrarietas in eo quod reducitur ad priuationem & habitum: & hæc est prima radix contrariorum, vt patet. 10. Meta. Per hoc patet ad quæstionem, quod formæ substantiales sunt contrariæ isto modo, quia differunt sicut perfectum & imperfectum: nam duæ formæ substantiales diuersarum specierum nunquam sunt æqualis perfectionis, vt vult Comment. 10. Meta. formæ autem substantiales numquam sunt contrariæ primo modo, quia consistunt in quodam indiuisibili, & ad ipsas non est motus, modo inter quælibet duo contraria primo modo dicta potest esse motus: & ex quo inter illa potest esse maxima distantia igitur &c. Item, vna forma substantialis per se non expellit aliam, nec agit in aliam, sed mediantibus qualitatibus primis, cõtrariæ autem mu C tuo se expellunt & corrumpunt, vt patuit, & philosophus dicit primo & secundo de Generatione: nam licet Rõsiones. agens principale sit forma, tamen agit mediantibus qualitatibus primis tanquam agente instrumentali, igitur formæ substantiales propriæ non sunt contrariæ.

AD rationes cum dicitur, sicut est in effectibus &c. dico, quod non oportet: quia diuersæ sunt habitudines causæ ad effectus, & effectuum ad causas: vt dicit Commenta. Quinto Physicorum: & primo & secundo de Generatione animalium, & ideo Comment. dicit secundo Physic. quod substantiæ simplices sunt contrariæ secundum suas qualitates: & primæ quantitates in eis non sunt substantiæ: licet assimilentur substantiis: & idem dicit Quinto Meta. & 10. ideo ratio non concludit.

Ad secundam cum dicitur, quæ suscipiunt &c. Respõdeo negando maiorem, quia vt patet primo Politicæ magis & minus nõ variant speciem, & ideo nõ omnia quæ suscipiunt magis & minus sunt contraria, nisi sicut perfe D ctum & imperfectum. Et ad minorem dicatur, quod licet vna forma substantialis perfectior sit alia: non tamen suscipiunt magis & minus. Ad tertiam, quæ maxime distant &c. concedo, & ad minorem cum dicitur: quod formæ &c. Respondetur: quod non distant nisi sicut perfectum & imperfectum: dico etiam quod prima forma: quæ est Deus nõ est in genere: vt aliæ formæ: nec formæ separatæ sunt in eodem genere cum istis materialibus: nã corruptibile & incorruptibile differunt plusquam genere. 10. Metaphy. Ad maiorem quarti conceditur: ad minorem dico, quod formæ substantiales mutuo se corrumpunt mediantibus qualitatibus primis, & ita secundum suas qualitates sunt contrariæ, non secundum se.

Ad auctoritatem philosophi dicitur, quod non inconuenit ignem aquæ contrariari secundum qualitates & nõ secundum se: vt iam dictum est.

QVAESTIO X

An Cœli motor sit idem secundum agens & secundum finem, vel utrum in separatis a materia, Efficiens & Finis differant, vel sint idem.

QVæritur vtrum motor cœli sit idem secūdū agens & secundum finem, hoc est vtrum in separatis a materia efficiens & finis differant, vel sint idem. Arguitur quod non sint idem quia sicut est in materialibus, ita est in separatis, sed in materialibus efficiens & finis non sunt idem. igitur nec in separatis, maior patet. quia materialia sunt effectus separatorum, effectus autem habet similitudinem causæ ideo per effectus posset argui ad naturam causæ. minor est nota: quia aliud est ꝙ mouet nos vt efficiens. s. appetitus, & aliud quod mouet vt appetibile. s. finis qui est extra, vt habetur tertio de Anima: & superius in hoc libro, secundo si idem esset efficiens & finis, motus esset ociosus, consequens est falsum, & probatur cōsequentia quia efficiens iam haberet finem: quia ipsum esset finis & sic frustra moueret: omnis enim motus est causa carentiæ primo cœli: ideo dicitur primo de Generatione, ꝙ habitibus præsentibus in materia cessat motus falsitas consequentis patet, quia Deus & natura nihil faciunt frustra primo Cœl. Item, si idem esset efficiens & finis, tunc antequam fieret esset, consequens est falsum, ergo & antecedens: consequentia patet, quia propterea agens mouet vt acquirat finem quem prius non habebat: sed cum ipse sit finis habeat ipsum, quia aliter non moueret antequam finis sit factus esset: & ideo est contradictio. Item vnum & idem nō potest esse causa prior in esse & vltima in esse, sed efficiens est causa prior in esse & finis vltima: igitur idem non erit efficiens & finis: maior patet, & minor est nota ex secundo & octauo phy. & secundo de Anima: finis enim est causa vltima in esse, & agens prima.

OPPOSITVM Huius dicit Comment. hic dicit enim quod forma, qua fit motus, non est alia a forma propter quam fit motus, & idem dicit. 12. Metaph. quod semper non differunt efficiens & finis sed in materialibus differunt, & ideo dicit quod si forma balnei non esset in materia tunc eadem forma moueret vt efficiens: & finis.

CONCLVSIO.

Motores separati & mediati in ratione efficientis ac finis mouent, uerum motores immediati mouent in ratione finis tantum, & non efficientis.

AD quæstionem dicitur, quod in separatis a materia est duplex mouens. s. mouēs mediatum, quod est simpliciter primum. s. Deus, & immediatum, vt intelligentiæ: similiter est duplex finis primarius & secūdarius. Et ad quæstionem dico: primo, quod in motoribus mediatis idem est finis principalis cum agente motum: & quod hoc sit verum patet, æterna enim mouent primo propter se secūdario propter alia, sed motores cœlorum immediati sunt æterni, igitur ipsi mouent propter se, & consequenter sunt fines principales, propter quos mouent. maior patet per Commenta. primo cœli vbi dicit, quod actio diuinæ rei propter se, at vt ibi dicit Commentator illud quod agit principaliter propter se: est spirituale non corporeum minor de se, est nota. Item, in materialibus nō differt sanitas in ratione finis & propter aliud a ratione agentis. nisi quia aliud esse habet in anima & aliud extra animam sed in se idem esse habet formam in anima & extra ergo &c. maior patet p Commentar. 12. Metaphy. Dicit enim quod ideo in immaterialibus differunt agens motum & finis, quia aliud esse habet forma in anima & sic forma est agens motum, & aliud esse extra animam, & sic est finis motus patet minor ibidē ab Ari. Nam dicit, si forma balnei nō esset in materia, idem esse haberet in anima & extra animam, vt probat in eodem. 12. dicens quod semper idem est intelligens & intellectū,
E ex quo apparet quod idem esse habet in anima & extra animam. Item, si motoribus æternis agens motum nō esset finis, vel motus aliquando cessaret, vel aliquando esset frustra, quorum quodlibet est impossibile: consequentia tenet. si n. aliud esset finis motus, tunc moueretur propter illum finem acquirendum si attingeret motus esset ad impossibile, vt dictum est. 2. Metaphy. a philosopho dicente, quod nullus cogitat aliquid facere ad terminum non separaturus venire. Secundo dico, quod primum mouens, quod est mouens mediate, mouet in ratione finis tantum, & non in ratione efficientis, vt patet per philosophum & Cōmentato. 2. Cœl. quod enim est nobile & perfectum simpliciter nō eget actione extrinseca in acquisitione nobilitatis, quia non eget assimilari alicui, ex quo est simplr primū, & a se est oīs nobilitas & oīs perfectio, sed primum simplr est huiusmodi, igitur &c. Et ideo ibidem dicit philosophus & Commen. quod cum quædam assimilentur ei pauca actione, quædam vero
F pluribus & nobilius & perfectius est quod ei assimilatur vnica actione, & hoc est orbis primus continens totum: & ibidem inquid Cōment. & intelligit per orbem ipsum corpus & suam intelligentiam mouentem ipsum ex quo est compositum, vt patet ex hoc libro. Alii vero orbes, qui acquirūt propinquitatem ad primum pluribus actionibus, sunt ignobiliores. Hoc etiam potest esse de mente Commenta. secundo Cœl. vbi dicit quod, si in orbe primo plures essent stellæ, vel non mouerentur &c. ibi Cōment. mouet quæstionem quomodo dicit, quod esset ibi labor, cum declaratum sit ab eo quod in corporibus cœli non sit labor nec fatigatio: & subdit Commentator & intendebat quod motor moueret sua potentia, quæ potentia non cresceret si haberet plures stellas vel maiores, & licet mobile non resistat per contrariam inclinationē: mobile tamen est de se in potentia ad vbi & ad motum, & hæc est potentia opposita actui: & hanc resistentiam oportet imaginari in omni motu, & subdit, quod si potentia moti in primo cœlo adderetur super principium
G motoris motus eius esset violentus, quod autē mouetur violenter: impossibile est vt recipiat æternitatem a potentia infinita. s. a potentia, quæ non est in materia, & cum non possit recipere æternitatem, necesse est vt laboret.

Notum est igitur, quod de intentione eius est, quod intelligentia quæ mouet primum orbem aliud est a primo principio, quod notat hic per potentiam infinitam mouentem, quæ non est in materia, & dicit eam non esse in materia pro tanto, quia non appropriatur alicui mobili vt moueat ipsum effectiue non propter hoc quod non subsistat per materiam: quum hoc modo etiam intelligētiæ omnes sint immateriales: & sæpe vocat alias intelligētias motores quæ sunt in materia: & hoc est quod plures dubitare fecit circa hanc materiam. hoc idem dicit secundo Cœ. dicens quod quāto primi moti intelligentia mouet, tanto desiderium eius, quod habet ad primum, est perfectius: & quanto desiderium eius est fortius, tanto eius motus est velocior ergo apparet primum mobile moueri effectiue ab intelligētia desiderāte & intelligēte primū.
H Hoc etiam habetur de intentione philosophi. 12. Metā. dicit enim quod principium mouet in ratione amati & desiderati: & postquā ostendit ibi philosophus conditiones primi mouentis extrinseci: inquirit quid est principiū & primus terminus huiusmodi motus in moto, & dicit: quod hæc intelligentia, quare patet quod ipse vult, quod præter primum sit alius motor coniunctus, qui mouet effectiue: & Commētator ibidem dicit quod cœlum mouetur ab isto motore. s. primo secundum desiderium, vt assimiletur ei secundum suum posse, sicut amans mouetur vt assimiletur suo amato. Alii autem orbes mouentur secundum desiderium ad motum primum vt dicit ex quo sequitur quod primum non mouet nisi vt finis.

Item in eodem. 12. Cōmentator ponit, quod potētiæ

corpora cœleſtia mouẽtes poſsibile eſt vt ſemp. moueãt, & vt non moueant ſemper: poſſunt enim nõ ſemper mouere, ſi illud ad quod mouẽt.ſ. primus motor, ſit receptibilis tranſmutationis, cuiuſcunq; mobilis ſit tranſmutatio: poſſunt etiam ſemper mouere, ſi illud, ad quod mouens fuerit intrãſmutabile aliquo modo: quare patet primũ ſolũ mouere in ratione finis. Dicit etiã in eodẽ 12. ꝙ non idem, quod mouetur motu primi mobilis intelligit de primo principio cũ eo quod de ipſo intelligit motor Saturni. Et in primo libro huius operis dicit, ꝙ formæ corporum cœleſtiũ & maxime corporis.ſ. primi cœli, eſt anima appetitiua & intellectiua: quia ſi primum cœlum habet animam, quæ eſt motor appropriatus preter ipſum primum, ſequitur ꝙ primum non mouet niſi vt finis.

Dubitões. Sed circa iſta ſunt dubia ſi enim intelligentiæ mouent orbes propter primũ, vt ſe aſsimilent ei: igitur aliud eſt efficiens motum & finis, quia primum principium eſt aliud ab ipſis intelligentiis. Item Auicen. in Metaphyſic. dicit, ꝙ aliquæ intelligentiæ ſunt mouentes cœlum in ratione agentis, & aliæ in ratione finis mouent, quæ ſunt penitus abſtractæ, & tales non poſſunt mouere in ratione efficientis, quia non poſſunt concipere particulares reuolutiones. Ad primum dicitur, quod intelligentiæ mouent propter id, quod intelligunt de primo: modo vt acquirant eius ſimilitudinem, quam non habent, ſed ſimilitudinem eius quam habent conſeruent per motum, ſicut ſanus deambulat non vt ſanitatem per motum acquirat, ſed vt ſanitatem, quam habet per motum, conſeruet, vt dicit Commenta. 12. Metaphyſi. modo, qa intelligentiæ non intelligunt per ſpecies acquiſitas a ſenſibus, ſed per eſſentias ſuas: & ipſum primũ eſt intellectus abſtractus, ſicut ipſe, licet perfectior multum: vterq; tamen eſt intellectus abſtractus.ſ. recipiens & receptum: & cum vterque ſit intellectus, reducuntur in vnum intelligens & intellectum, & efficiuntur vnum: itaq; non differunt niſi ſecundum vnam diſpoſitionem, vt dicit Commenta. 12. Metaphyſi. quia igitur propter illud, quod intelligentiæ intelligunt de primo mouent: & hoc eſt ſimilitudo, quam habet cum ipſo, ſecundum quam ſunt idẽ cum eo, igitur idem eſt quod mouet, & propter quod mouet: quia tamen nulla eſt intelligentia, quæ ipſum primum intelligat, ſicut ipſum ſeipſum intelligit, ſed ſecundum gradum inferiorem, ideo aliud eſt eſſe primi ab eſſe intelligentiarum & ideo etiam intelligentiæ intelligũt aliquid de eo a quo dependent, ideo Commenta. tertio de Anima dicit quod nullus intellectus eſt omnino liberatus a potentia preterquam primus, qui extra ſe nihil intelligit. Ad ſecundum dicitur, quod eadem eſt intelligentia quæ mouet vt efficiens motum, vt finis ſecũdum mẽtem Philoſophi & Commenta. licet Auicen. aliter opinatus fuerit, & quod dixit Auicen. quod intelligentia ſeparata non poſſet concipere reuolutiones particulares. Cõmẽtator ſoluit hoc, quod intelligentia per deſiderium & intellectum quod habet ad primum intendit motum, vt conſeruent ſimilitudinem primi & perfectionem ſuam, & intelligit principaliter motum ſempiternum: ex quo conficiuntur reuolutiones particulares.

Rñſiones. ET tunc ad rationes negatur maior, quia aliud eſt in materialibus, & aliud in ſempiternis, nam in materialibus forma in anima & extra animam non habet idem eſſe, ſed in ſempiternis habent idem eſſe, vt patuit ex Commenta. 12. Metaphyſi. & Nono, & quum probatur maior: quia effectus habet ſimilitudinem cauſæ, dico, quod eſt verum in effectibus vniuocis & vnius generis: modo iſta non ſunt talia cum ſempiternis: quare non valet. Ad ſecundum negatur conſequẽtia: & cum probatur, quod omnis motus eſt ratione carentiæ, dico, quod non eſt verum de omni motu, ſed ſolum de motu qui eſt ad aliquid acquirendum quod non habet: ſed nõ de motu, qui eſt ad conſeruandum habita: ſed quia motus cœli eſt ad hoc prima intentione, ideo nõ eſt fruſtra.

A Ad tertium dicitur eodem modo, cum dicitur, quod ſi idem eſſet efficiens & finis aliquid eſſet antequam fieret, ꝙ verum eſt quando aliquid per motum acquiritur quod prius non habebat: ſed non eſt ita quando per motum ſolum res conſeruatur, ideo &c. Ad quartum cõceditur maior. Et ad minorem cum dicitur, efficiens eſt prima & finis vltima: dico, ꝙ verum eſt de fine qui per motum acquiritur, ſed non de fine qui per motum cõſeruatur, vt dicit Philoſophus in Duodecimo Metaphyſi. quod eſt finis qui pexiſtit, & finis qui per motũ acquirif

QVAESTIO XI.

An Cœlum ſit animatum anima perficiente ipſum.

COnſequenter quæritur, vtrum cœlũ ſit aiatũ anima perficiente ipſum, & arguiſ ꝙ ſic, quia quod habet propriũ motũ ab anima eſt animatum anima perficiẽte ipſum, cœlũ eſt hmõi, igitur &c. maior patet. nam ex quo acquirit motũ perficiẽtẽ ipſum & operationem, videtur eſſe animatum etiam anima perficiẽte ipſum: minor patet, quia cœlũ accipit motũ circularẽ ab anima ſua: qui eſt proprius eius, vt patet Primo cœli. Item, quod mouetur ad diuerſa loca particularia eſt animatum anima perficiẽte ipſum. cœlũ eſt huiuſmodi, ergo &c. maior patet de ſe, qa nihil mouet ad plures differentias poſitionis de ſe, niſi animatum: minor patet, quia cœlum mouetur ad diuerſa loca particularia: nã eadem pars quandoq; mouetur ad oriens, quandoq; ad occidens. Item, quod intelligit et appetit eſt animatũ: cœlum eſt huiuſmodi, igitur &c. maior patet, quia intellectus & appetitus nõ ſunt de natura corporis, ſed animæ, ſi igitur aliquod corpus habet hoc, illud eſt animatũ anima perficiente ipſum: minor patet a Cõmentato. Secundo Cœli. dicit enim cœlum habere de virtutibus animæ intellectum & deſiderium. Item, quod eſt cauſa animatorum anima perficiente ipſum eſt animatum: cœlum eſt hmõi: igitur &c. maior patet ex ſeptimo Meta. ꝙ omne quod generatur a ſibi ſimili generatur, & Primo Poſteriorum, propter quod vnumquodq;, & minor de ſe patet quia cœlum eſt cauſa animalium & omnium inferiorum, Secũdo de Generatione, immo eſt principale agẽs, vt dicit Commen. Octauo Phyſicorum.

OPPOSITVM ſenſit hic Com.ſ. ꝙ cœlum non hẽt aiam, q̃ det ſibi eẽ: ſed aia eiꝰ eſt ſepata dãs ſibi motũ.

CONCLVSIO.

Cœlum eſt animatum anima ſeparata, quæ non conſtituitur in eſſe per ſubiectum, nec dat eſſe ſubiecto.

AD euidentiam quæſtionis primo tangentur opiniones Auicennæ, Commen. & Philoſophi. Opinio Aui. fuit, ꝙ cœlum ſit animatum anima perficiente ipſum propter rationes iam tactas: quia non videbatur ſibi, quod intelligentia abſtracta in eſſe poſſet reuolutiones particulares noſcere: quia, cũ intellectus abſtractus ſit vniuerſalium, particulares reuolutiones non poteſt concipere niſi efficiatur hic vel iſte per aliquid proprium & particulare: & hoc non eſt intelligentia abſtracta, quæ non habet niſi eſſe quidditatis primæ: ipſa autẽ intelligentia non mouet niſi ſecundum ꝙ intelligit: quare abſtracta intelligentia non poteſt mouere niſi ſolum vt finis, & ideo dixit cœlum habere animam perficientem ipſum. Sed hæc opinio eſt manifeſte contra intentionẽ philoſophi & veritatem, quia, ſi eſſet animatum ita, vt dictum eſt, tunc haberet materiam, quæ eſt in potentia ad eſſe, & per conſequens ad non eſſe: quare ipſum de ſe eſſet corruptibile, ex quo ſequeretur ſecundum intentionẽ Philoſophi Primo cœli, ꝙ nõ poſſet aliunde perpetuari.

Opio Auicennæ Cœli eſt aiatũ aia perficiẽte ipſum.

Improbatũ.

quod est manifeste falsum, & expresse etiam dicit Philosophus octauo Physico. coelum nõ habere materiã, quæ sit in potentia ad esse. Item, si coelum haberet talem animam perficientem, tunc illa anima esset organica, & sic coelum haberet organa & sensum & illa anima moueretur, quod est impossibile. consequentia de se patet: quia omnis anima immersa materiæ est organica. Falsitas cõsequentis patet, quia tunc coelum haberet partes diuersarum rationum & per cõsequẽs non esset simplex. Adhuc autem haberet imaginationem & sensum: quia omnis anima materialis est sensitiua vel vegetatiua, vt patet Secundo de Anima. Adhuc autem talis anima moueretur per accidens, scilicet ad motum sui subiecti: cuius oppositum probatur Octauo Physicorum, & Secundo Coeli a Commentatore, & in hoc libro. ideo hæc opinio non tenetur. Ideo dicatur, ꝙ opinio Philosophi & Commentatoris est, ꝙ coelum est animatum anima separata, quæ non constituitur in esse per subiectum, nec dat esse subiecto, quod patet. quia illud, quod mouetur motu circulari sine fatigatione est animatum anima separata: coelũ est huiusmodi. igitur &c. minor est nota ad sensum, & maior patet: quia motus circularis est proprium animæ secũdum ꝙ Anima, & ideo non contingit animalibus inferioribus, quia eorum animæ cõstituuntur in esse per subiectum. nec dat esse subiecto. quod patet vt dicit Commẽtator hic, & etiam sine fatigatione, vt patet secũdum eum. Item, quod mouetur motu voluntario est animatum, coelum est huiusmodi. ergo: maior & minor sunt manifestæ: ꝙ autem eius anima est separata non dans esse subiecto, patet, quia illud, ꝙ facit motum perpetuum non est corpus nec virtus in corpore: sed anima coeli est huiusmodi: ergo &c. maior patet, & minor etiam, quia motor coeli facit motum perpetuum & vniformẽ, ut patet Octauo Physicorum & Secundo coeli. Intelligendum tamen, ꝙ motor quiuis coeli, qui mouet efficienter, non est causa sufficiens perpetuitatis motus, vt patebit infra, sed magis primus motor qui mouet vt finis. Ad hoc etiam faciũt rationes Auicen.

Ad primum dicitur cum arguitur, quod habet motum &c. dico, ꝙ non oportet ꝙ si habet motum ab anima, ꝙ propter hoc sit animatum anima, quæ sibi det esse: quia aliqua coniuncta sunt secundum esse, vt animæ corpori, aliqua tantum secundum operationes, vt dicitur Secundo Coeli de motione eius. vnde verum est, ꝙ anima coeli perficit coelum, eo ꝙ dat sibi motum proprium, qui est perfectio eius. sed nos loquimur hic de perfectione, quæ est esse, non de tali. Ad aliam cum dicitur, quod mouetur &c. verum est per se & primo. ad minorem cũ dicitur, coelum est huiusmodi dico, ꝙ verum est, ꝙ coelum mouetur ad diuersa loca particularia. sed motor eius per se & primo intendit suæ perfectionis conseruationẽ per motum perpetuum: & ita per se intendit motum perpetuum: si autem adhuc sequuntur diuersæ circulationes particulares partium coeli, hoc est per accidens, & ex consequenti: & ideo ratio non concludit necessario. quia intelligentia abstracta per se intendit perpetuitatem motus. sed quia perpetuitas non potest fieri nisi per reuolutiones particulares & diuersas motiones partium coeli, & hoc propter materiam corpoream mobilis, ideo ex consequenti mouet ad loca particularia. Vel posset dici, ꝙ sicut intellectus, qui est virtus abstracta per se & primo intelligit vniuersale per se & primo, & per lineam reflexã singulare, sic in proposito intelligẽtia abstracta per se primo intendit motum perpetuum & vniformem, per lineam autem reflexã particulares reuolutiones. Ad alia, cum dicitur quod intelligit & appetit &c. dico ꝙ propter hoc non oportet ꝙ habeat animam dantem sibi esse, sed solum animam dantem sibi intelligere. ita ꝙ est appropriata ad dandum sibi desiderium, intellectum & motũ: ideo non tenet. Ad aliam cum dicitur, qd' est causa &c. dico ꝙ non est verum nisi in causa vniuoca eum suo effectu. Ad minorem cum dicitur, coelum est huiusmodi:

E dico, ꝙ verum est, ꝙ causa istorum inferiorum est coelũ, sed non vniuoca cum istis inferioribus, ideo ratio non concludit &c.

QVÆSTIO XII.

An primus motor sit infiniti vigoris.

Quæritur, vtrum primus motor sit infinitus in vigore, & arguitur primo ꝙ sic. Quod mouet per tempus infinitum est vigoris infiniti, primus motor est huiusmodi. ergo &c. maior patet Octauo Physicorum quod enim mouet perpetuo est infinitum. quia sua virtus extenditur in infinitum. minor patet eodem octauo. Et confirmatur ratio: quia primum principium non habet in aliquo partem aliquotam suæ virtutis, sed totam simul suam virtutem habet: sed sua virtus est infinita in duratione, vt omnes Philosophi concedunt, & de se est manifestum. ergo erit infinita in vigore,
F ex quo enim totam virtutem habet simul, & ipsa secundum extensionem durationis est infinita, ergo in omni instanti durationis est infinita, & hoc est esse infinitum in vigore. Præterea. quod causat ex infinita distantia est vigoris infiniti: deus est huiusmodi. igitur &c. maior patet ex Sexto Physicorum crescit enim potentia motoris secundum crementum spacii motus, cæteris paribus, ita ꝙ motor qui mouet per magnum spacium cæteris paribus est maioris vigoris. quod ergo mouet vel causat ex infinita distantia est vigoris infiniti: qui causat entia de nihilo vel non de aliquo. causat ex infinita distantia; nam de nihilo in aliquid est distantia infinita, cum finiti ad infinitum non sit proportio possibilis. ergo &c. Item quod causat infinitum ipsum est vigoris infiniti, primum principium est huiusmodi. ergo &c. maior est nota, si enim effectus est infinitus multo magis causa est infinita. minor patet. quia primum principium causat omnia entia quæ sunt infinita. Item quod potest causare plures mundos infinitos est infiniti vigoris, primum principium est huius
G modi. igitur &c. maior patet. quia non esset vigoris infiniti, si non posset causare mundos infinitos. minor patet. quia primum principium potest hoc facere. sicut enim sunt infinita indiuidua, sic potest facere species infinitas, aliter enim esset insufficiens, vt ait Commẽtator Octauo Physicorum secundum opinionem aliquorum. Item habens virtutem excedentem omnem virtutem in esse est vigoris infiniti: deus est huiusmodi. ergo &c. maior patet. quia nulla virtus finita excedit omnem aliam virtutem. minor patet. quia virtus primi excedit omnem virtutem, quia enim est finis omnium entium non habet fieri ab aliquo alio; cum non sit aliquid prius se.

IN OPPOSITVM arguitur sic. Si primus motor esset infinitus in vigore, moueret in non tempore, cõsequens est impossibile, ergo & antecedens. Consequentia patet ex Secundo Coeli & Primo de causa motus animalium: quia non esset proportio inter mouens & motũ: & ideo velocitas sui motus improportionabiliter excederet omnem velocitatem: & hoc non esset, si motus es-
H set in tempore. quia cuiuslibet termini finiti ad alium terminum est proportio determinata: quare sequeretur ꝙ motus esset in non tempore. Item, si primum principium esset infinitum in vigore, aliquid esset ociosum in ipso: sed hoc est falsum. ergo & primum, probatur consequentia, quia omne ens est recipiens virtutem a primo, cum sit infinitum: & si illud esset infinitum, tunc illud, in quo excederet alia entia, esset ociosum, quia scilicet nulli esset communicans & nulli distribuens suam bonitatem & perfectionem: quia solum esset in potentia ad causandum, & nunquam reduceretur ad actum causandi. quod est stultum opinari de principio primo, quod est purus actus, vt patet Octauo Physicorum & Duodecimo Metaphysicæ. Item, nec in primo principio nec in aliis debemus ponere quod saluare non possumus ex sensatis &

imaginatis, sed non apparet in istis, ex quo possumus arguere infinitatem ipsius primi, ergo nō debemus dicere, ꝙ ipsum primū sit infiniti vigoris. maior patet per Com. 8. Phy. &c. 2. coe. Experimētum sermonū verorū est vt cō cordent cū sensatis. minor patet, quia omnia, quæ videntur procedere a primo principio tam motus q̃ alia quæcunque, arguunt nobis determinatum vigorem ipsius primi, & solum arguunt infinitatem durationis eius: sed in quantitate actionis ostenditur finitas, quare patet primum principium esse non infinitum in vigore &c.

CONCLVSIO.

Primus motor non est infiniti uigoris essentialiter, sed est infinitus secundum durationem, tametsi aliter catholice sentiendum sit.

DE ista quæstione credunt Magni Viri in Philosophia. Philosophos, & maxime Commentatorem veritati catholicæ aduersari. Dicunt enim ex intentione Philosophi Octauo Physicorum, & secundo coeli, ꝙ omnis motor coeli, est determinati vigoris: dicunt ex Secundo coeli, ꝙ necesse est ꝙ omnis motus naturalis & voluntarius habeat determinatum motorem: & si motor non haberet potentiam determinatam non haberet naturam determinatam, & sic nulla esset differentia inter motores coelestes. Sed manifestum est ex intentione Philosophi & Commentatoris in eodem Secundo Coeli, & Duodecimo Metaphysicæ ꝙ motores coelestes differunt in potentia & in esse, & cum vnumquodque moueat per tempus infinitum, in quo non differūt, nihil remanet per quod differant, nisi per diuersitatem proportionis inter se & sua mobilia: quare patet, ꝙ quilibet motor habet determinatum vigorem mouendi suum mobile. Si autem potentiæ eorum essent infinitæ in vigore mouendi, tunc nō esset proportio inter motorem & remotam, & si hoc esset, tunc non esset differentia inter motores, nec esset in eis multitudo omnino, cum non differant ex parte durationis. Præterea addit Commentat. ꝙ, si ita esset, ꝙ essent infiniti vigoris inueniretur motus in instanti: quod est impossibile: & ideo dicit ibidem. ꝙ opinandum est, ꝙ potentiæ mouentium separabilium a materia infinitæ vno modo, scilicet in quantitate actionis, & infinitæ alio modo, scilicet in duratione. Quod confirmat auctoritate Aristo. in eodem Secundo dicentis, ꝙ si orbes haberent plures stellas q̃ habent, vel essent maioris quantitatis q̃ modo sunt, vel omnino non mouerentur, vel saltem tardius mouerentur: quis non excederent potentiæ mouentium in eadem proportione quam modo excedunt: ex quo concluditur, ꝙ potentiæ mouentium sunt terminatæ proportionis ad corpora mota, & causa huius diuersitatis proportionis est diuersitas suarum formarum. & subdit, ꝙ ista finitas in uigore, vel in quantitate actionis, communis est tam formis, quæ sunt in materia, q̃ etiam formis, quæ non sunt in materia. Item, alibi in eodem Secūdo exponens illud Philosophi quod est præassumptum, idest, Quod, si in coelo essent plures stellæ, dicit, ꝙ proportio est determinata inter motores coelestes & sua mobilia & ideo nō quilibet eorum mouet quodcunq; mobile, nec quacunq; velocitate, sed vnusquisque mouet proprium mobile, & in velocitate ꝓpria. Et paulo post subdit, quod additio potentiæ motoris supra potentiam moti, non est infinita nec in tempore nec in æternitate motionis, nec in vnitate, nec in multitudine nobilium, nec in grauitate mobilium. Item, in eodem Secundo in alio loco, vbi mouet quæstionem, quomodo primus orbis mouet alios orbes: & in solutione eius dicit, ꝙ totus orbis est quasi vnum animal, & vnum corpus per vnam potentiam, quæ est in eo, & debet habere magnitudinem determinatam, eo ꝙ ista potentia & eius motor

A est terminata, & ex omnibus istis videtur esse de intentione Commentatoris, quod primus motor est finitus in vigore, quia mouet primum mobile in virtute determinata: nam primum mobile mouetur a primo motore, vt patet ex Octauo Physicorum. Sed opinio Philosophi & Commentatoris per consequens latet sic opinantes, vt patebit inferius. Causa autem huius latentiæ est vt existimo multiplex. vna est defectus, secunda inaduertentia. defectus quidem, quia communiter deficit de cōmento Auerrois, in cuius explanatione commen. quæstiones mouet, & determinat in propria forma. quia communiter non habetur: idcirco communiter eius intentio ignoratur. Alia causa est inaduertentia. quia, cum Aristote. Octauo Physicorum probat motum perpetuum causari a motore separato, qui non est corpus, nec virtus in corpore, intelligit istum motorem esse primum principium, motores vero appropriatos vocat quandoque separatos, & ideo cum commen. dicit Secundo coel. ꝙ omnes motores

B separati sunt vigoris terminati, non debet hoc extendi ad primum motorem omnino separatum, sicut credunt parum aduertentes, quia in eodem octauo & Secundo coel. & Duodecimo Metaphysicæ vocat primum principium potentia omnino separatam, quæ nec est corpus, nec virtus in corpore: motores appropriatos vocat quandoque separatos, quandoque vero potentias in corporibus diuersis respectibus. quando enim comparat eos ad aliquid respectu primi, vocat eas potētias corporum vel intellectus vel desiderium coeli, quando loquitur de ipsis respectu formarum materialium vocat eos separatos. Quod apparet in pluribus locis. dicit enim in Secundo coel. quærens quare Aristo. dicit, ꝙ, si in coelo essent plures stellæ vel non moueretur vel moueretur cum fatigatione: cum sit declaratum, ꝙ in coelo non sit labor, nec fatigatio, & soluit dicens, ꝙ vltimus orbis esset in labore, quia potentia motoris in mouendo adderetur supra potentiam suam naturalem, eo ꝙ potentia moti, quæ est opposita potentiæ motoris cresceret & adderet supra poten-

C tiam motoris: & tunc sequitur, ꝙ motus eius esset violentus, ꝙ, si sic moueretur, impossibile est vt reciperet æternitatem motus a potentia infinita, scilicet mouente, quæ non est in materia: vocat ergo potentiam infinitam quæ non est in materia, primum principium, & dicit ipsum non esse in materia respectu motorum appropriatorum, quasi innuens motores appropriatos esse in corporibus. Item alibi in eodem Secundo coeli dicit, ꝙ quanto intellectus primi est formatior tanto desiderium eius est perfectius, & quanto eius desiderium est perfectius, tanto eius motus est velocior. Constat autem hoc dicere de motore appropriato. Nam primum non desiderat aliquid extra se per quod perficiatur: & ideo non indiget actione per quam conseruetur in sua perfectione, vt ipse ibidem dicit. Quare patet ꝙ primum mobile habet motorem appropriatum, a quo mouetur effectiue intelligentem & desiderantem primum, quem vocat intellectum primo moti respectu primi principii: & hoc idem apparet ex verbis eius in pluribus locis, & in Duodecimo Metaphysicæ,

D & expresse in vltimo capitulo huius libri. Et ita ex ista quæstione quodammodo credunt, ꝙ quicquid dicit de motoribus separatis, ꝙ totum dicat de primo principio, quod tamen non est ita: quia primum principium consideratum secundum se non mouet nisi in ratione finis, vt patuit in alia quæstione, effectiue autem non mouet nisi secundum ꝙ est in intellectu motoris appropriati. & licet esse habeat in intellectu intelligentiæ & in se, tamen, quia nulla intelligentia infra ipsum eum intelligit, sicut ipse seipsum intelligit, ideo perfectior est in se q̃ ipsum intelligentia intelligat. Et ꝙ primum mobile sic moueatur a virtute intelligente & desiderante primum, satis apparet ex dictis Commentatoris Secundo Coel. vbi quærit quomodo primus orbis mouet alios orbes. dicit enim quód totus orbis est quasi vnum animal, sed non est ligatum

pluribus ligamentis, sicut animalia dissimilium partium, sed est ligatum per potentiam primam spiritualem diuisam in suo loco: per quam habet vnam potentiam magnitudine determinatam. & subdit, ꝙ hæc potẽtia diuidit in aliis orbibus, eo ꝙ primo diuidit in orbe primo & influit motum in alios orbes, eo ꝙ ipsum influit primo in orbem primum, sicut potentia mouẽs animal influit motum in membris, eo ꝙ primo influit ipsum in cor: & sic orbis primus dicitur mouere alios orbes. & ideo ipse sæpe dicit in secundo cœli, ꝙ cæteri orbes mouentur ad desiderium primi moti, vel consequuntur desiderium primi moti. quare patet, ꝙ secundum potentiam primam spiritualem, per quã dicit cœlum esse vnum animal, intelligit primam intelligentiam mouere effectiue primum orbem: & ideo ipse dicit loquens de motoribus cœli, ꝙ alii qui acquirunt propinquitatem primi, quod est Deus, pauca operatione, & hic est orbis totum continens. Constat autem ꝙ hic per orbes intelligit non solum . . pora cœlestia: quia illa non acquirunt propinquitatem primi, sed intelligentiæ mouentes ipsa acquirunt propinquitatem. & ideo per orbes intelligit totum, quod est compositum ex motore & mobili. Hoc etiam maxime apparet hic in vltimo capitulo, vbi dicit, ꝙ Aristote. considerauit de virtutibus cœlestibus appetitiuis, & vidit eas moueri ad appetibile nobilius se. Dicit etiam expresse, ꝙ causa motus æterni non est forma, quæ sit mouens effectiue, sed appetibile nobilius, & hæc est vera opinio Commẽtatoris. Et ideo dicatur, ꝙ opinio Commentatoris, quæ videtur esse Philosophi in nullo deuiat a veritate fidei, licet verba diuersificentur. Commentator vero in quadam demonstratione Octaui Physicorum, quæ deficit communiter, vt dictum est, mouet istam quæstionem, dicit enim, quod Aristote. in Octauo ponit istam propositionem, ꝙ omnis virtus corporis est potentia finita: Et ad declarationem huius propositionis inducit istam aliam propositionem, scilicet ꝙ si potentia infinita esset in corpore, motus esset in instanti. Circa hoc mouet quæstionem, scilicet quare sequeretur ꝙ si potentia infinita esset in corpore, motus fieret in instanti. & non sequitur id, si potentia infinita non sit in corpore. ex quo enim potentia est infinita, & motus suus sit in corpore suo, non videtur ꝙ debeat esse motus in instanti. Et respondens ait, ꝙ si aliqua actio infinita sit alicuius corporis vel virtutis in corpore, sequitur virtutem istam esse infinitam. sed si fuerit alicuius virtutis non in corpore, tunc ista virtus secundum ꝙ non est corporis nec erit finita, nec infinita: qa quod non est corporis non potest dici finitum vel infinitum, cuius ratio est, quia finitum & infinitum solum de corporibus dici potest, vt apparet primo Physicorum: quia finitas & infinitas soli quanto competunt. Si igitur posuerimus potentiam infinitam in corpore, sequitur ꝙ motio eius sit in non tempore: quia proprie est infinita, & debet agere actionem infinitam. Si vero istam potentiam posuerimus non in corpore, tunc non diceretur nec finita nec infinita, eo ꝙ non est in corpore, nec habet attributionem ad quantitatem: non ergo sequitur ꝙ moueret in non tempore, cum in talibus potentiis, quæ non sunt in corpore, si plures essent, non posset intelligi vna maior alia, quia maius & minus solius sunt quanti. Sit ergo ratio positionis ista, virtus, quæ non est in corpore, nec in corporis magnitudine, non est finita nec infinita: virtus primi est huiusmodi: ergo &c. maior & minor sunt declaratæ. Hoc etiam clare dicit in vltimo capitulo huius. dicit. n. ꝙ, cũ virtutes appetitiuæ cœlorum sint virtutis finitæ, non possunt esse causa continuationis motus, & sic vidit, ꝙ illud quod est causa continuationis motus, est infiniti vigoris: & hoc est probatum. Quare patet ex intentione eius, ꝙ primum principium nec est finitum nec infinitum in vigore, eo quod suus vigor non habet attributionem ad quantitatem, nec proportionatur alicui quantitati, nõ propter hoc quod suus vigor habeat aliquam proportionem terminatam ad aliquem alium

B vigorem, vel ad aliud mobile, immo est extra omnem proportionem cuiuslibet alterius motoris & mobilis. quod ipse Commentator clare manifestat eodem libro dicens. Quod si dixeris aliquas potentias esse in corporibus, tunc actio earum erit proportionalis, sicut proportio potentiæ motiuæ ad aliam potentiam motiuam, sicut proportio velocitatis motus eius ad proportionem alterius. In potentia autem non existente in corpore non erit proportio, cum proportio solum sit magnitudinis & eorum, quæ sunt in magnitudine. Et est manifestum, ꝙ hic intelligit, ꝙ potentiæ mouentes orbes sunt potentiæ in corporibus: quia dixit eas esse proportionatas determinata proportione, & inter se & adinuicẽ & ad sua mobilia, & hoc etiam dicit in eodem commento Octaui Physicorum immediate ante solutionem huius quæstionis, & in pluribus locis Secundo Cœli. Primum autem principium dixit esse potentiam omnino non in corpore. Istam eandem solutionem ad illam quæstionem clare scribit in Duodecimo Metaphysicæ, vbi dicit, ꝙ mo-

F tus cœli componitur ex duplici motore: quorum vnus est finitæ motionis, & iste est anima existens in ea: & alter est motionis infinitæ, et est potentia, quæ non est in materia, per quam intelligit primum principium, & subdit, ꝙ secundum ꝙ mouetur a potentia finita, mouetur in tempore: quia habere finitatem est habere proportionem terminatam ad corpus motum. & subdit statim, ꝙ propter diuersitatem illius proportionis, quæ est inter corpora cœlestia & animas eorum diuersificantur in velocitate & tarditate. secundum autem ꝙ mouentur a potentia, quæ non est in materia, in quo conueniunt omnes orbes, habent æternitatem motus & continuitatem, quare manifeste videtur velle primum principium non habere proportionem aliquam in uigore ad aliquẽ motorem nec ad aliquod mobile. Hoc etiam expresse scribit primo Cœli. vbi habentur hæc verba. Iam enim declaratum est ꝙ primum mouens mouet in tempore infinito: sed, quia vtilitas illius est continuitas & perpetuitas

G essendi, ideo necesse est ꝙ illud mouens sit infinitum. sed impossibile est vt tale mouens sit corpus vel in corpore: quoniam si sic esset, moueret in non tempore: ex quo apparet manifeste, ꝙ, si haberet secundum vigorem attributionem ad quantitatem, diceretur infinitus in vigore, quia moueret in non tempore. Quod ergo non dicitur infinitus in vigore, non dicitur propter hoc ꝙ habeat aliquam proportionem determinatam ad aliquod aliud, immo non est alicui proportionatus, sed propter hoc ꝙ non habet attributionem ad quantitatem. Notandum tamen, ꝙ primum principium dicitur infinitum in duratione: cuius ratio est, quia vt dicit Commentat. in loco allegato. & in Duodecimo Metaphysicæ in corpore cœlesti non est potentia ut corrumpatur, quia non habet contrarium: & ideo est permanens secundum sui substantiam, motus tamen eius non est permanens per sui essentiam: quia habet contrarium, scilicet quietem: & ideo potest corrumpi. Ad hoc ergo quod motus cœli permaneat essentialiter, oportet ponere aliquam essentiam

H permanentem æternaliter sine potentialitate corruptionis & permutationis, quare in cœlo non est potentialitas vt corrumpatur, sed vt quiescat. Et quia probatum est cœlum quiescere esse impossibile Octauo Physicorum Secundo Cœl. & Duodecimo Metaphysicæ igitur necesse est vt causa permanentiæ motus sit propter motorem, in quo nulla est potentia omnino, nec accidentaliter nec essentialiter, & tale non est in materia omnino, & sic permanentia motus & continuitas est a primo principio. & ideo subdit Commentator circa finem eiusdem partis, ꝙ potentiæ mouentes corpora cœlestia, scilicet motores appropriati possibile est vt semper moueant, & possunt non semper mouere, si posuerimus illud, ad quod mouent. s. primum motorẽ esse receptibilẽ transmutationis cuiuscũq; modi. Possunt aũt semper mouere, qñ illud ad quod mouẽt, fuerit nõ transmutabile aliquo mõ

transmutationis

transmutationis, & cõcludit, Si igitur motus est æternus, necesse est vt moueatur per potentia existentem in eo s. motorem appropriatum alium a motore, cui nullus motus transmutationis accidit, & tale in nulla materia existit. & hoc est primum principium. Ex quo apparet, ꝙ continuitas & æternitas motus est a primo principio. s. quod mouet semper eodem modo, vt intelligitur ab animalib⁹ cœlestibus & desideratur, & quia semper idem & eodẽ modo intelligunt & desiderant, ideo semper & eodẽ modo mouent: quia ergo permanentia primi est causa permanentiæ quantitatis motus, ideo permanentia primi & duratio habet attributionem ad motum, qui est de essentia quantitatis, vel consequitur quantum: & ideo conuenit sibi infinitas & dicitur infinitus in duratione. Sed dubitatur quia vigor eius non habet attributionem ad motũ, nec ad aliquid aliud quantum: quia non mouet nisi vt finis omnium motuum cœlestium, tunc non magis diceretur motor primi mobilis q̃ cuiuslibet alterius sphæræ: cuius oppositum apparet octauo Physic. & duodecimo Metaphy. dicitur enim ibi, ꝙ primum mobile mouetur a primo motore. Ad quod dicendum, sicut dicit Cõmẽ. Duodecimo Metaphy. in illa parte. Principium enim intelligentia. vbi, postquam Philosophus ostendit primum motorem esse æternum & immobilem absque materia: ostendit quid est principium motus æterni in ipso moto, cum omnis motus fit ex aliquo & ad aliquid, & dicit, ꝙ principium illius motus in moto est intelligẽtia, quæ mouetur ab intelligibili non fantasiato a sensu, vt ibi dicit Cõmentator, & super eadem parte dicit Commen. ꝙ Arist. intendit ibi dicere differẽtiam inter primum principium, & alia principia abstracta: nam alia principia videntur electa & desiderata ꝓpter alia, scilicet ꝙ sunt principia aliorum motuum cœlestium præter motum diurnum. Qđ autem est principium motus diurni est electum propter se, cum versus ipsum moueantur omnia mota, scilicet omnes orbes minori motu & maiori motibus propriis: intẽdit ergo, ꝙ aliæ intelligentiæ sunt fines & principiũ aliorum motuum ita, ꝙ vna intelligentia intelligit & desiderat aliam, & propter hoc desiderium mouet alio motu q̃ diurno: omnes autem orbes mouentur motu diurno propter desiderium primi, & ideo post alia subdit in eodem commento, ꝙ primum mouens mouet primum motum, sicut amatum mouet amãtem primum, absque hoc, ꝙ amatum moueatur, ea autem, quæ sunt sub moto primo, mouent mediante isto primo moto, & dicit, ꝙ intendit per primũ motũ primũ cœlũ & per ea, quæ sunt sub ipso alias sphæras, & ea quæ cadunt sub generatione & corruptione, & subdit. Primum enim cœlum mouetur a primo motore secundum desiderium, vt assimiletur ei secundum suum posse, sicut amans mouetur vt assimiletur suo amato. Alia autem corpora cœlestia mouentur ad desiderium primi corporis. Ex quo apparet, ꝙ primum principium imediatum intelligitur & desideratur ab intelligentia primi moti, & sic per consequens immediate primum principium mouet primum motum: ad cuius desiderium omnes alii orbes mouẽtur motu diurno. & licet in aliis motibus propriis desiderent primum principium, hoc tamen est magis mediate. Hæc videtur esse intentio Philosophi, & expresse Commenta. circa istam quæstionem, nec est repugnantia in verbis Commentat. diligenter considerãti. licet aliqui hoc credant. Et ista opinio non discordat realiter a veritate fidei, licet verba theologorum dicant primum principium esse infinitum in vigore, quia intelligunt ipsum non limitatum nec proportionatum alicui alteri, sed extra proportionem alicuius alterius virtutis.

Rñsiones ad ratiões astruentes infinitatem vigoris.

SEd quia rationes ad vtranque partem videntur aliqualiter huic solutioni obuiare, ideo soluãtur ꝑ ordinem. Ad primum cum dicitur. Illud quod mouet ꝑ tempus infinitum, dico ꝙ verum est, ꝙ tale est infinitum in duratione, sed in vigore non concludit ratio. Et quando confirmatur, ꝙ primum principium habet totam virtutem suam simul, concedatur, & quando dicitur, virtus

A eius est infinitæ durationis, & ita quicquid habet in tota duratione habet totum simul, concedatur, sed ex hoc nõ concluditur infinitas vigoris si in tota duratione habet determinatum vigorem, & similiter habet determinatum vigorem. si enim aliquis haberet potentiam determinatam agendi vel mouendi aliquid & continuandi eandem actionem per spacium vnius anni, licet habeat talem potentiam in omni instanti illius temporis, quia non est maior nec minor, non sequitur propter hoc ꝙ totam actionem quam facit in anno possit facere in eodem instanti, quia duratio vel permanentia non conuertitur in quantitatem agendi, nam alia est infinitas durationis, alia est infinitas vigoris, & ita vna non concludit aliam. ergo &c. Ad secundum cum dicitur. Illud quod causat &c. conceditur maior, & si minor esset concessa non cõcluderet necessario. Sed philosophi negarent minorem, & ad probationem eius dicerent quod vt apparet ex Physicorum

B Primo communis intentio Philosophorum ꝙ ex nihilo nihil fit ad aliam cum dicitur. Quod causat effectum, dico ꝙ verum est si effectus est infinitus vel sint effectus in numero infiniti simul. Et ad minorem cum dicitur. Primũ principium causat, dico quod non causat aliquem infinitum effectum, nec in esse, nec in numero simul, sed existente æternitate mundi causare infinitum successiue non arguit infinitatem vigoris, sed durationis. Ad aliam cum dicitur, quod potest facere, conceditur, si essent infiniti in actu. Et ad minorem cum dicitur, primum principiũ &c. dico, ꝙ est impossibile, scilicet mundos esse infinitos: nec in multitudine nec in magnitudine, vt probatur primo cœli. & ideo Deus non potest hoc facere. nam sicut dicit Commentar. Sexto Physicorum, agens non posse agere aliquod impossibile non dicitur esse diminutio agentis, sed dicere ipsum facere aliquod impossibile, est error & deceptio. Ad aliam cum dicitur, quod habet virtutem excellentem &c. dico, ꝙ verum est, si excederet omnem virtutem in infinitum, aliter non esset ma-

C ior vera: si enim omnis alia virtus esset determinata & finita, uirtus, quæ excederet omnia in aliqua proportione determinata non propter hoc esset infinita. Et ad minorem dico, ꝙ virtus primi non habet aliquam proportionem ad aliam virtutem, cum sit omnino separata & non attributa quantitati, & ideo de ipsa non potest fieri comparatio ad aliquid aliud sub ratione minoris vel maioris, vt patuit.

Ad rõnes contra infinitatẽ vigoris allatas.

AD rationes pro altera parte similiter soluatur. Ad primam cum dicitur, si primus motor esset infinitus in vigore moueret in non tempore: iam solutum est per Commenta. ꝙ verum est, si esset corpus vel virtus in corpore, quia tunc proprie diceretur infinitus, nunc autem primum principium omnino est abstractum, & ideo proprie non dicitur finitus nec infinitus. quare non sequitur, ꝙ motio eius esset in non tempore. Potest etiam dici, sicut dicit Commentat. Duodecimo Metaphy. ꝙ motus est in tempore determinato propter

D motores appropriatos, quorum vigor est finitus & determinatus a motore primo, qui mouet in ratione finis, & in ratione cuius motus habet æternitatem. & sic dato, ꝙ primũ principium sit infinitum, adhuc ꝑꝑ hoc motus non esset in instanti, quia quantitas est a motore, qui mouet vt efficiens. & iste est finitus. & ideo nullum agens posset ipsum facere in non tempore, cum nullum agens possit facere impossibile, vt dicit Commentator octauo Physicorum. Ad aliam cum dicitur, si primum principium esset infinitum aliquid in eo esset ociosum: nego consequentiam. & cum probatur, quia illud, quod excederet in eo omnia entia, esset non causans. Dico, vt dicit Cõmen. secundo cœ. ꝙ entia æterna sunt ꝓpter se prima intentione, sed propter alia secũda intentione: modo, cum inter entia primum sit nobilissimum, maxime erit

propter se prima intentione, & ideo habet operationem nobilissimam & perfectissimam, quae est intelligere, haec enim operatio est infiniti gaudii & delectationis, vt patet ex. 12. Meta. quod autem attingit finem principalem propter quem est, non est frustra, vt patet secūdo Phy. quare patet, ꝙ primum principium, licet non habeat operationem extra se sibi essentialem, nec est possibile habere, propter hoc non est in eo aliquid ociosum, quia in se habet operationem propriam. Ad aliam cum dicitur, ꝙ in primo principio, dico, ꝙ non est verum immo in multis habemus ponere alia q̄ ea quae sensus iudicat, quia licet nostra cognitio incipiat a sensatis, tamen intellectus naturaliter ascendit ad altiora q̄ possit sensus comprehendere. quia dicit Commē. in. 12. Met. ꝙ non est impossibile nobis intelligere res, quae sunt infinitae virtutis in primo principio. & aliis principiis separatis a materia, licet sit dissimile, & tamen huiusmodi res non cadunt sub sensu, nec sub imaginatione. Itē etiam dicit tertio de Anima. s. ꝙ intellectus noster possibilis cum fuerit perfecte copulatus cum intellectu agente intellectus per ipsum omnia tanquam p formam ipsam intelliget, & ad hoc concordat sententia Philosophi. 9. & 12. Met. & ideo cum dicitur, ꝙ experimentum sermonum verorum est &c. dico, ꝙ verum est in his quae possunt esse sensata. Vel potest concedi maior, & dici ad minorem, cum dicitur, ꝙ nobis nō apparet aliquid per quod arguamus infinitatem primi, quia determinata velocitas motus nō est a primo, sed a motore appropriato, dico, ꝙ illud non est verum, immo apparet aeternitas motus, quae est tantum a primo.

QVÆSTIO XIII.

An de se corruptibile possit aliunde perpetuari.

QVaeritur, vtrum quod est corruptibile de se possit perpetuari aliunde. Et arguitur ꝙ sic, quia quod est infinitae potentiae & cui nihil deest, potest aliquod corruptibile de se ppetuari est. primum principium est huiusmodi. ergo &c. Item, omne quod habet esse ab alio de se est corruptibile. sed omnia praeter primum habent esse ab alio. ergo omnia alia a primo habent esse corruptibile, & tamen multa perpetuantur. ergo de se corruptibile potest ab alio perpetuari. maior est nota per Aui. primo tractatu suae Meta. quod enim ab alio habet esse de se nō habet esse, & quod de se non habet esse de se potest non esse. minor patet per Aui. & Philosophum Secūdo Met. & per Commen. ibidem: & in libro isto. & ad sensum patet, ꝙ multa perpetuantur in esse. Item, agens quod causat per voluntatem suam aliquid quando vult, sicut dat sibi esse, cum prius non sit, ita potest ipsum apte conseruare ppetuo & auferre sibi non esse, sed primum est huiusmodi. ergo potest de se aliquod corruptibile perpetuari in esse. maior de se nota. minor patet per Commen. Secundo Meta. dicit enim ibi ꝙ omnia entia acquirunt esse in veritate a causa prima.

OPPOSITVM dicit hic Commentator reprehendens de hoc Aui. qui posuit oppositum, & probatur in fine primi.

CONCLVSIO.

Secundum se corruptibile naturaliter ab alio perpetuari posse est impossibile, cui non obstat credentium fides oppositum a deo fieri posse tenēs.

Opio Aui. De se corruptibile ab alio perpetuari pt.

AD intellectum quaestionis primo tangetur opinio aliorum. s. Platonis & Auic. secundo opinio. Com. et Philosophi. Opinio Aui. fuit ꝙ aliqd corruptibile de se ppetuatur ab alio, & haec fuit intentio Plat. in Thimeo dicentis. Odii deorum, quorum opifex ego sum vos vestra natura corruptibiles estis: mei autem gratia estis incorruptibiles. introducit enim haec verba in psona Dei ad alias intelligentias separatas, & sic isti crediderunt, ꝙ aliquid de se corruptibile possit perpetuari aliunde. Sed ista opi-

Improbā.

nio secundum principia Phi non potest stare. quia sicut B dicit Commentator in isto libro, & Primo & 2. Coeli: & octauo Phy. commē. 1. s. si illud esset verum, sequeret ꝙ natura corruptibilis efficeretur necessaria, & mutaretur in aeternam: quod est impossibile, quia istae duae naturae differunt plus q̄ genere. s. corruptibilis & incorruptibilis, & hoc est habere materiam & non habere, vt patet. 4. Met. Et quod Plato adiunxit de diis, qui per se non sunt, non habet veritatem secundum principia Phiae, quia sunt de se aeterni. quia, vt dicit Com̄. 2. Coeli, abscisio materiae ab aliquo est causa perpetuitatis: cum ergo intelligentiae sint separatae, a materia, vt patet. 2. coeli & 12. Met. de se erunt perpetuae. Item, fundamentum Platonis. quod erat, ꝙ primum principium esset agens per voluntatem, & tale potest aliquid perpetuare, destruitur a Com̄. 1. coe. vbi dicit, ꝙ non est prouidentis agentis per voluntatem facere corruptibile, quod vult perpetuare: quia sua voluntas cōtrariaretur suae actioni, & ideo haec opinio non valet.

Opio Ari. & Com.

Alia est opinio. Arist. & Cōmē. ꝙ non est possibile aliq̄ F substantiam esse corruptibilem de se & ab alio perpetuari in esse Physicae loquendo, sed ꝙ id non fiat miraculose p potentiam super naturalem non excluditur. Primum patet, quia tunc natura possibilis mutaretur in aeternam, qđ est impossibile, vt dictum est, quia differunt plusquā genere, vt di. Decimo. Meta. Tum, quia si sic esset, idem esset simul ens & non ens, quod est impossibile. quia si aliquid perpetuaretur ab alio qđ de se esset corruptibile, ponatur ergo in esse corruptum, tūc nullum sequitur impossibile, quia possibili in esse posito &c Primo priorum. 2. Physi. & primo coe. & vlterius, cū ponitur esse perpetuum ponitur nunquam esse corruptum, quod est impossibile. ergo non erit possibile ipsum corrumpi, quia si esset possibile ex hoc nō sequitur impossibile, & sequitur vlterius, est corruptum & non corruptum, & per consequēs ens & non ens. Item, sicut arguit Com̄. 1. coe. si aliquid corruptibile ponitur aeternum, ponitur non corruptibile: pbatur, omne generabile, & omne corruptibile habet tempus potentiae suae ad esse distinctum a tempore sui non esse, G sed aeternum corruptibile non habet potentiam nec tēpus potentiae ad esse distinctum a tempore potentiae ad non esse: ergo corruptibile nō erit aeternum; nec econtra; maior est de se nota, minorem declarat commen. ibidem, quia, si corruptibile est aeternum in toto tēpore suae aeternitatis est corruptibile. ergo tempus potentiae ad esse non est distinctum a tempore potentiae ad non esse, & adhuc multae rationes possent adduci ex primo coe.

Rñsiones.

AD rationes Ad primam cum dicitur, quod est infinitae potentiae &c. dico, ꝙ non pōt perpetuari, id quod habet principium corruptionis, quia impossibile, quia hoc solo posse priuatur Deus de genitis facere ingenita, vt dicit Philosophus auctoritate Agathonis: qa non potest facere impossibile, quia tunc esset contra voluntatem suae potentiae, ideo non concludit. Ad secundam cum dicitur, omne quod habet &c. dico, ꝙ verum est, quod habet esse ab alio effectiue, si vero tanquam a fine, non oportet: quia bene de se aliquid est necessariū quod tamen dependet ab alio. Et ad minorem cum dicitur, omne H praeter, dico. ꝙ verum est, ꝙ omnia habent esse a primo tanquam a fine, licet de se formaliter habeant esse necessarium, quia in aeternis non est necessaria factio neque productio proprie, nec est ibi causa efficiens, sed solum est ibi perficiens & perfectum, & intelligens & intellectum, vt dicit Cōmen. 4. Meta. & quarto coe. & ita dato, ꝙ ab alio habeant esse in ratione finis, non sunt propter hoc de se corruptibiles, quare ratio non valet. Ad aliam cū dicitur, agens &c. apparet iam quid sit dicendum secundum Commē. primo coe. quia, si agens per volūtatem est prouidus, vt vult effectum esse corruptibilem, facit ipsum ex causis corruptibilibus, & si ipsum vult esse aeternum, faciet ipsum ex causis aeternis, propter quod dicit. 1. coe. ꝙ qa natura voluit ipsum coelū ponere incorruptibile, ideo exemit ipsum a contrariis, & ideo Deus vult coelum esse

perpetuum

perpetuum per voluntatem immutabilem, & ideo ordinauit ipsum sine causis corruptionis. quare ratio nõ valet.

QVÆSTIO XIIII.

An intelligentiæ dependeant a primo principio in ratione efficientis, vel finis.

VTrum intelligentiæ dependeant a primo principio in ratione causæ efficientis, vel solum finis. Et arguitur ꝙ in ratione causæ efficientis: quia in vnoquoq; genere est dare, vnum primum, quod sit causa omnium aliorum in illo genere. sed efficiens est vnum genus causarum, ergo erit ibi vnũ efficiens primum. hoc non potest esse nisi Deus, qui est causa omniũ prima: ergo, Deus est efficiens intelligentiarum. maior patet Secundo Met. & minor est de se manifesta. Item, qđ est causa finalis intelligentiarum, est causa efficiens: Deus est huiusmodi. ergo &c. maior patet per Com. 12. Meta. quia in substantiis separatis a materia idem est causa efficiens & finis. minor apparet: quia Deus est finis omnium. quia entia nolunt male disponi, nec est bonum pluralitas principantium: vnus ergo princeps, vt patet in fine Duodecimi Metaphysi. Item Commenta. dicit Duodecimo Metaphy. ꝙ primum principium est causa omnium in genere causæ. s. efficientis, formalis, & finalis. Itẽ si Deus non esset causa efficiens intelligentiarum, cum nihil sit qđ possit esse causa efficiens intelligentiarum, tunc non essent reducibiles ad vnũ, sed multa essent principia: consequẽs est falsum. ergo & antecedens: consequentia nota. falsitas consequentis patet per Philosophum Duodecimo Met. & in Topicis. quod enim per superabundantiam dicitur vni soli cõpetit: quare vnũ erit primum principiũ oĩum.

OPPOSITVM videtur hic sentire Commenta. dicit enim ꝙ substantiæ æternæ sunt necessariæ esse de se formaliter: deinde etiam dicit Duodecimo Metaphysi. & in principio quartæ ci. ꝙ in æternis non est causa agens propriè: nec factio, nec productio, sed tantum ibi est perficiens & perfectum: intelligens, & intellectum.

CONCLVSIO.

Resp. fuls. *Intelligentiæ non propriè a primo effectiue dependent.*

AD euidentiam quæstionis sciendum, ꝙ opinio. Aui. & aliquorum sequẽtium ipsum fuit, ꝙ primũ principium est causa productiua & effectiua omniũ entium, sed quodam ordine tamen, ita ꝙ immediate primũ principium producit primam intelligentiam, & mediante ista producit alias, vt patet ex Secundo Tractatu suæ Met. ca. Secundo, vt motũ sunt propter rationes factas. s. ꝙ in omni genere &c. Præterea. Æternorum nihil prohibet esse alteram causam, secundo Met. & Octauo Phy. sed non videtur, ꝙ aliqua substantia æterna possit habere causam productiuam, licet aliqua quorum esse est ab alio possint hoc habere. nam ex quo substãtia habet per se subsistere. si producta est ab alio, necessario initium sui esse habet, & accipit esse post non esse: quare non est intelligibile ꝙ aliquid secundum se existens sit productum ab aliquo ab æterno. Et ideo fuit alia opinio Commen. primo Physico. & est ꝙ in æternis substantiis non sit causa effectiua nec productiua: quia impossibile est, ꝙ aliqua substantia de se sit possibilis & acquirat æternitatem ab alio, quia tũc natura possibilis mutaretur in necessariam, quod est impossibile, cũ differant plus ꝙ genere, quia differunt per habere materiam & per non habere. sed cum intelligentiæ sint substantiæ & ponanẽ esse æternæ non possunt habere causam efficiẽtem: & ideo Com. dicit. 12. Met. ꝙ in æternis substantiis non est prouentus nec actio nec passio nec consecutio, ita ꝙ dicamus, ꝙ vnum factũ vel vna actio consequatur vnum agẽtem: tãtum enim est ibi causa & causatum ſm ꝙ dicimus ꝙ intellectum est causa intelligentis. Et per hoc respondetur ad rationem Auic. quæ dicit, ꝙ primum principium cum sit vnum & simplicissimum non producit nisi vnum immediate. Dicitur enim, ꝙ non est impossibile, ꝙ id, quod per se est intelligens & intellectum, sit causa plurium entium immediate, secundum ꝙ ex eo possunt intelligi multis modis. Idem dicitur in principio Quarti Coe. ꝙ in æternis nõ est propriè causa agens, sed finis & forma conseruans: & ita vult, ꝙ intelligentiæ dependeant a primo principio in ratione formæ conseruãtis & finis: quia finis conseruat omnia, quæ sunt ad finem. Et ꝙ dependeant in rõne finis declaratur, quia ista, quæ sunt minus perfecta dependent a perfecto in ratione finis, sed Deus est perfectissimus intelligibilium. ergo &c. maior est nota. minor patet in Secundo Met. a Com. ꝙ nullus intellectus est liberatus omnino a potentia pter primum, qui nihil intelligit extra se: & dicit ibi. ꝙ Deus est infinitæ perfectionis & nobilitatis, intelligentiæ autem recedũt a pfectione primi: & eodem modo est de corporibus cœlestibus, quæ sunt æterna. dependent tamen a primo motore in ratione finis & conseruationis, non autem in ratione efficientis, ppriè ſm intellim eius, licet hoc non sit uerum ſm fidem. Et si aliquis instaret contra dictum, quod Phs dicit. 12. Met. ꝙ, si aliæ substantiæ essent non mouentes, essent ociosæ. Si igitur primum principium non mouet nisi vt finis, vt tactũ est in pcedẽtibus qõnibus, nec est causans effectiue aliquid, tũc videtur ꝙ ipsum non sit causa efficiẽs alicuius, quia si nõ efficit ista æterna, multo minus generabilia: quare videt, ꝙ non habeat actionem aliquam, & sic erit ociosum, qđ inconueniens dicere. Dicitur, vt dicit Cõmenta. in. 12. Meta. ꝙ sic dispositio est in iuuamento corporum cœlestium et intelligentiarum in conseruando æterna & causando ea, sicut dispositio bonorum ciuium, qui iuuant se in regendo ciuitatem, quia omnes actiones aliorum omnium sunt propter actionem primi principii. Ponunt enim omnes actiones suas seruientes & consequentes actionem primi. Sicut igitur primus princeps in ciuitate necesse est vt habeat actionem propriã, quæ est nobilissima actionũ: & hæc est intelligere & diligere se: hæc enim actio est actio nobilissima, vt patet Duodecimo Metaph. quam actionem intendũt omnes alii per actiones suas, quæ sunt sub primo. nec actio quæ est mouere nec etiam creare aliquid extra se est nobilissima actio, quia ista, quæ agunt extra se, vel agunt vt perfectionem acquirant, vel vt perfectionem per actionem conseruent. primum autẽ neutro istorum aget: quia ipse est sufficiens & perfectionem non habet ab alio, nec propter aliud: ideo non eget actione exteriori ad conseruationem vel ad acquisitionem suæ perfectionis: ideo apparet ipsum habere actionem sibi ppriã, quæ si sibi non conueniret esset ociosum. Et quando dicit Philosophus, si essent aliquæ substantiæ &c. potest dici ꝙ verum est, vel vt efficiens, vel vt finis, & ideo non valet.

AD rationes Ad primam cum dicitur. in vno &c. cõceditur maior: & conceditur in minori ꝙ efficiẽs est vnum genus causarum: concedendo conclusionem in habentibus causam efficientem, sed non omnia habent talem causam ſm Pħm. Et cũ vlterius dicitur, ꝙ non potest esse causa efficiens prima nisi Deus, dico, ꝙ non est ita secũdum opi. Pħorum, immo generabilium & corruptibilium, quæ propriæ habent causam efficientem, efficiens primum est cœlum cum motoribus suis, Deus autem est causa simpliciter prima, quia est finis & forma conseruãs, propter quam omnia alia sunt, quæ si non esset, non essent alia, quia nihil est pter ipsum, quod sit sufficiens ad essendum primum & absolutum per se: & hæc omnia dependent in esse ab ipso, vt patet circa finem huius libelli. Ad aliam cum dicitur, quod est causa finalis &c. dico ꝙ iam patet ex prædictis quid sit dicendum ad hoc, quia ꝑ tanto dicitur ꝙ in separatis idem est efficiens & finis, quia forma intellecta idem habet esse in intellectu & in re: & ideo intelligentiæ habent causam impropriè, quæ est forma ꝯseruans, ut intellectum est causa intelligentis, non autem efficiens productum propriè vt patet. Ad aliam cũ dicit Commenta. ꝙ primum est causa &c. dicitur ꝙ intelligit ꝙ sit cã efficiens sicut intellectum intelligẽtis, vt dictũ

fuit. Ad aliam cum dicitur, si Deus &c. dico, ꝙ verum est, si Deus non esset causa essendi illis, quæ sunt propriæ causæ productiuæ istorum inferiorum habentium propriæ causam effectiuam. nunc autem Deus est causa intelligentiis & cœlo: quia propter ipsum sunt, & esse æternū & necessarium habent propter æternitatem & necessitatem primi: & nullum aliud ens posset esse absolute & simpliciter primum præter deum, & sic deus est causa perfectionis & esse aliis æternis: licet ea non producat de facto, ita ꝙ conferat initium essendi post non esse: & ita non concluditur, ꝙ omnia non reducuntur ad vnum, immo reducuntur ad ipsum simpliciter primum, & sic patet ad quæstionem.

Quæstio incerti auctoris.

An cœlum secundum totum sit luminosum.

Consequenter quæritur: Vtrum cœlum secundum se totum sit luminosum. Et arguitur ꝙ non, quia illud, quod fm aliquam suam partem acquirit lumen ab alio, fm se totum non est luminosum. cœlū ē huiusmodi. ergo &c. maior patet, quia nihil recipit aliquod secundum ꝙ habet, sed vt caret eo, & est in potentia ad illud: minor patet, quia cœlum secundum aliquam partem sui, vt saltem Luna recipit lumen a Sole. Item, quod non est densum secundum se totum non est luminosum secundum se totum: sed cœlum est huiusmodi. igitur. maior patet: quia densitas est causa luminositatis, vt dicit Comment. in hoc lib. & in Secundo Cœli. ideo stella lucet, quia est pars densior sui orbis: minor patet, quia, si cœlum secundum se totum esset densum, tunc per orbes inferiores non possem videre superiores. immo eclypsarent se adinuicem, sicut vna stella aliam, quod patet esse falsum. Præterea. Quod non est secundum se totum visibile, non est secundum se totum luminosum: cœlum est huiusmodi. igitur &c. maior patet: quia vt dicitur Secundo de Anima: lumen est primo visibile, color autem mediante lumine. minor patet ad sensum, non enim omnes partes cœli videmus, ita ꝙ possimus eas discernere, sed solum stellatam partem. Præterea. Si cœlum secundum se totum esset luminosum, tunc sequitur ꝙ cœlum secundum se totum calefaceret, cū lumen habeat calefacere. & ita nulla superaret aliam. consequens est falsum: igitur & antecedens. consequentia nota: & falsitas consequentis patet & experientia & auctoritate Astronomorum, scilicet ꝙ sunt quædam stellæ, & quædam partes cœli superantes & quædam infrigidātes.

OPPOSITVM videt esse hic de intentione Commenta. & in secundo cœli. dicit enim hoc auctoritate Ari. & in quarto Cœl. ꝙ stellarum & substantiæ cœli eadem est natura: & ideo dicitur totum corpus cœleste secūdum se esse diaphanum in actu, idest lucidum.

CONCLVSIO.

Cœlum secundum se totum luminosum est, licet, in hoc eius quo ad gradus partium eius aliqua sit conspicienda diuersitas.

AD quæstionem breuiter dicitur, & primo opinio quædam recitabitur, quæ est Astronomorum, secundo dicitur opinio Commenta. quæ videtur Aristo. Primo enim quidam Astronomi dixerunt, ꝙ cœlum secundum se totum non est luminosum: quia in vnoquoque genere est dare vnum, quod est metrum & mensura omnium illius generis. & sic in genere lucidorū est dare aliquod primum, quod est &c. & illud est Sol, qui est lucidus, cum quo alia sunt lucida, cum ab ipso omnia alia lumen recipiant: & ideo dicit Philosophus Secundo Physico. ꝙ homo, & Sol generant hominem, & non dixit de aliis stellis: quia modicam vim luminositatis habent, quam habent a se: & ideo dicebant antiqui, ꝙ Sol

B est in medio planetarum, vt Rex in regno, vt omnibus tam superioribus q̄ inferioribus lumen influat & virtutem. Licet hæc opinio sit famosa, non tamen est ad intentionem Philosophi & Commen. quia, quādo aliqua sunt eiusdem virtutis, & non secundum materiam differūt partes vnius indiuidui. s. si vna pars habet vnū accidens proprium & aliæ habebunt. sed sicut dictum est omnes partes cœli sunt eædem secundum materiam & eiusdem naturæ. igitur, si pars vna cœli est luminosa, similiter erit & alia: maior patet, quia quæcunq; sunt eiusdem naturæ cōmunicant in accidentibus propriis, dato etiam, ꝙ sint diuersi numero, vt si vnus homo est risibilis, oēs alii erunt huiusmodi: quia accidens proprium consequitur naturā specificam, quanto magis consequetur partes huiusmodi indiuidui. minor patet in secūdo cœli. arguit enim sic, ꝙ, si vna stella erit sphærica, omnes erunt tales: & si vna non moueretur motu proprio propter motum sui circuli deferentis, ergo nec aliæ, & ita probat per Lunam, ꝙ si non moueretur motu volubilitatis, ꝙ aliæ non mouerentur:

F & hoc non esset nisi essent eiusdem naturæ in specie: & ita patet, ꝙ si vna stella esset luminosa vt Sol, ꝙ necessarium foret alias esse luminosas, licet differant secundum magis & minus. Et tunc ad rationem Astrologorum, cum dicitur, ꝙ in vnoquoq; genere &c. dico ꝙ verum est, sed hoc non est Sol, sed totum cœlum: nam hæc propositio est intelligenda de vnoquoq; in specie: corpora autem cœlestia non differunt specie, ut aliqui volunt: quia tunc plures rationes Philosophi in lib. cœ. non concluderent, sed differunt sicut partes vnius animalis: & ideo in stellis seu orbibus sunt gradus perfectionis & virtutis, ita ꝙ vna stella est perfectior aliis & magis luminosa: & ideo ex diuersitate graduum & perfectionum causat diuersos effectus & hoc secundum diuersitatem proportionum adinuicē, quas habent secundum diuersos aspectus & coniunctiones: ideo totum cœlum est primum luminosum, nō Sol, sed Sol magis habet de luce q̄ aliæ stellæ. Nunc ponenda est opinio Philosophi & Commenta. quæ est, ꝙ cœlum secundum se totum sit luminosum, licet differāt par-

G tes eius secundum gradus, & gradus: quia omnes partes cœli sunt eiusdem naturæ, immo sunt eiusdem indiuidui numero: ideo, sicut est de aliis accidentibus cœli, ita est de ipso lumine: sed ita est de aliis accidentibus, ꝙ eadem accidentia, quæ sunt in vna parte, sunt & in alia, licet differant secundum magis & minus: & sic est de lumine. cum ergo vna pars sit luminosa, vt Sol, omnes erunt luminosæ, sed secundum magis & minus. Præterea, Si aliæ stellæ non haberent lumen nisi a Sole, tunc eclypsarentur per interpositionem ipsarum inter Solem & se, vel interpositionem terræ: vt Luna eclypsatur. sed hoc nō videtur: quare videtur ꝙ Stellæ habeant lumen de se. De Luna tamen videtur magna dubitatio apud Ari. qui dicit eam esse similem naturæ terræ: per quod intelligit vt videtur, ꝙ natura eius non luminosa nisi ab alio: vt terra ab igne, vt dicit Commenta. Secundo cœli: vt ibi subdit Commē. partes cœli diuersificantur in densitate raritate: & per hoc in diaphaneitate & luminositate. Sed non est intentio eius, ꝙ omnino careat lumine, scilicet ipsa Luna, sed ita parum

H habet de lumine de se, ꝙ videtur obscura respectu aliarū stellarum, sed recipit lumen a Sole: & recipit tali receptione ꝙ addit lumen per modum reflexionis, sed non per modum luminosis.

Et hoc ad rationes. Ad primā, ꝙ si aliqua pars. dico, ꝙ verum est secundum gradum, secundum quē recipit lumen non est luminosum de se, quia tamen adhuc habet aliquod lumen de se, ideo ratio non concludit. Ad aliam, cum dicitur, quod non est &c. dico, ꝙ verū est, si nullam habet dēsitatem. Et ad minorem cum dicitur, ꝙ cœlum non est secundum se totum &c. dico, ꝙ verum est æqualiter: ideo non est per se totum æqualiter luminosum: sed partes magis densæ sunt magis luminosæ, vt stellæ, cum habeant illā dēsitatē, vt habeant luminositatem: nihil tamen prohibet partes, quæ proprie nō habent

bẽt de luminositate disgregare, & ideo tales nõ eclypsantur adinuicem, vt partes non stellatæ. Ad aliam, cũ dicitur, quod nõ est ſm ſe totum, concedo. Et ad minorem cum dicitur, sed cœlum. Dico, ꝙ cœlum est visibile ſm omnes suas partes, licet ſm magis & minus, & ex hoc orbes non possunt a nobis distingui per visum, nisi mediantibus stellis quæ sunt magis luminosæ, & maioris virtutis & influẽtiæ. Ad vltimum cum dicitur, ꝙ si totum cœlum &c. cõceditur. Et cum dicitur, ꝙ sunt aliquæ stellæ infrigidantes, dico ſm mentem Cõmen. ꝙ non est verum simpliciter, sed agũt calores similes vnicuiq; elementorum, & vna dicitur superare respectu alterius, quæ facit calorem magis intẽsum similem igni vel aeri, aliæ vero calorem similem aquæ. Et sic in his concordat sentẽtia Medicorum, qui dicunt, ꝙ frigidum non ingreditur opera naturæ. Vel potest dici, vt supra, ꝙ nulla stella simpliciter infrigidat ex eo ꝙ lumẽ habet calefacere: infrigidat autem ſm proprietatem aliquam propriam, quæ resultat ex coniunctione & aspectu ad alias stellas secundũ aliquam proportionem.

Quæstio Incerti Auctoris.

An interminatæ dimensiones eædem maneant secundum numerum in generato, & corrupto.

VTrum dimensiones interminatæ maneant eædem ſm numerũ in generato & in corrupto. Et arguitur ꝙ sic: quia eadẽ superficies numero manet in generato & corrupto, ergo eadẽ quãtitas siue dimẽsio, cõsequẽtia tenet, & antecedens ꝓbatur, nam ad sensum patet ꝙ eadem cicatrix manet numero i viuo & mortuo, igitur.

AD OPPOSITVM si eædem dimensiones manerent in generato & corrupto, ergo generatio non distingueretur ab alteratione: cõsequens est falsum: & cõsequẽtia ꝓbatur. Nam ſm Philosophũ primo de generatione: ꝑ hoc distinguitur generatio ab alteratione: quia in generatione totum transit in totum: in alteratione nõ: sed si in generatione alicuius manẽt eædem dimẽsiones quæ prius fuerunt in corrupto totum non transiret in totum.

IN ista quæstione talem seruabo ordinem, quia primo recitabo opinionem Comment. cum suis motiuis, secundo improbabo eam, tertio respõdebo ad quæstionem. Quantum ad primum sciendum, ꝙ Cõment. & eum sequentes dicunt, ꝙ eædem dimensiones numero manent in generato & in corrupto: & hoc probant multis rationibus. Prima est, quia ex non corpore non potest fieri corpus, quia generans per naturam semꝑ agit in quantum: sed, si dimensiones, quæ prius fuerunt in corrupto corrumperentur in generato, ex non corpore fieret corpus, ergo non corrumpuntur, cõsequentia probatur. nã, si corrumperentur forma generati adueniret materiæ non quantæ: & ista rõ habetur in principio de Substãtia Orbis, & incipit. Et quum inuenit omnes formas cõmunicari. Itẽ omnis forma in subiecto ne existens corrumpitur nisi vel a subiecto vel contrario, sed dimẽsiones nõ possunt corrumpi aliquo istorum modorum: igitur &c. minor probať: primo ꝙ non possunt corrũpi a subiecto: quia cõsequuntur compositum ratione materiæ quæ est incorruptibilis: quando autem aliquid sequitur aliud ratione alicuius incorruptibilis nõ corrumpitur: licet illud aliud quod ipsum sequitur corrumpatur: quia scientia sequitur hominem ratione animæ intellectiuæ: licet homo corrumpatur non tamen scientia corrumpitur: quia anima ratione cuius scientia sequitur hominem est incorruptibilis. Nec a contrario: quia quantitati nihil est contrarium: & hæc ratio similiter extrahitur ex verbis immediate sequentibus dum dicit, & tunc formæ corruptibiles essent contrariæ & cætera.

Rationes Auerro. astruẽtes easdẽ numero dimensiones manere I generato & corrupto.

Ad idẽ rationes Auerroys, inſequẽtium.

Aliæ rationes similiter inducuntur ex eũ sequentibus. Prima est quando ex aere fit ignis tota quantitas aeris per te corrũpitur: tunc quæro an tota quantitas ignis quæ de nouo inducitur inducatur in vna parte materiæ

A aeris, an in alia parte, non est dicendum primo modo, quia aliqua pars materiæ esset non quanta: si dicitur secundo modo ergo materia quæ fuit ipsius aeris habebit partem & partem ante inductionẽ quantitatis: quod falsum est: quia tunc ante quantitatem esset quantitas, consequentia probatur, nam illud in quo forma ducitur præexistit.

Secundo arguitur sic, si tota quantitas generati de nouo est: aut igitur educitur de potentia materiæ, aut non: si non: & de nouo est igitur creatur: quod non est dicendũ. Si educiť: aut igiť de materia diuisibili: aut diuisibili: nõ primũ: quia cũ eius potentia perficiatur per actum, sequitur ꝙ materia indiuisibilis perficeretur per quantitatem, & sic indiuisibile perficeretur per diuisibile, quod est falsum, ergo educitur de materia diuisibili, sed patet ꝙ materia non est diuisibilis de se, sed per quantitatem. igitur ante quantitatem esset quantitas. Item si quantitas præexistens corrumpitur, ergo motus localis esset in istanti, consequens est falsum: vt patet Sexto Physi. con-

B sequentia probatur, nam quãdo ex aere fit ignis in introductione formæ substantialis per te introducuntur dimẽsiones ignis: sed istæ dimensiones occupant maiorem locum q̃ dimensiones aeris, ergo vel simul erunt cum illo corpore: quod non est dicendum: vel illud corpus cederet eis: & sic corpus cedẽs moueretur in instanti: quia istæ dimensiones in instanti introducuntur, sicut & forma substantialis ipsius ignis. Item omnis motus habet terminum sibi intrinsecum: quia motus per suum terminũ specificatur. Quinto Physi. sed quando ex aere fit ignis rarefactio precedit, ergo habet terminũ sibi intrinsecum. sed in instanti introductionis formæ generatur ignis: & sic motus rarefactionis cõpletur, ergo habet terminum suum in instanti illo: sed in illo instãti non sunt nisi dimensiones ignis, ergo istæ dimẽsiones ignis terminant ipsum motum rarefactionis, ergo dimensiones aeris non corrũpuntur: licet sint in igne maiori termino terminãte. Itẽ repugnat quantitati ꝙ totaliter inducatur de nouo, ergo

C dimensiones eædem remanent in generato & corrupto: tenet consequentia: quia da oppositum. s. ꝙ non maneãt. ergo sequitur ꝙ totaliter de nouo inducentur, antecedẽs arguitur quia omnis motus ad quantitatem vel est augmentum vel decrementum: sed in aucto non tota quantitas generatur: quia augmentum est præexistentis quantitatis additamentum: nec etiam in diminuto tota quantitas aufertur: quia est ꝑexistentis quantitatis minoramentum, igitur &c. Præterea. Si vinum mutatur in acetũ nõ dicimus ꝙ doliũ sit de nouo repletũ; ergo nec aduenit nouũ replemẽtũ, qđ ẽ q̃titas. Itẽ si vinũ mutareť aliud nõ diceremus ꝙ locus esset mutatus: sed qđ est vnus et idẽ locus, ergo nec q̃ñ aer mutatur in ignẽ dicemus ꝙ dimensiones aeris permutentur. Et confirmatur quia termini motus: vel differũt specie vel numero: vel saltem secundũ aliquem gradum, sicut in motu augmẽti vel diminutionis vel alterationis: sed quãdo dolium mutatur in dolium: si mutaretur per aliquam potẽtiam naturalem: ibi essent omnino eædem dimensiones non ſm aliquem gra-

D dum differẽtes, ergo dimẽsio, quæ est in dolio, quod est terminus ad quem, est omnino eadem cum dimensione quæ erat in termino a quo. s. in alio dolio: aliter enim natura frustra ageret si moueretur de vna quantitate habente talem terminum ad aliam habentem eũdem terminũ.

Præterea. Quando ex aere fit ignis, aut dimensiones aeris corrumpuntur in instanti: aut in tempore: non in instanti: quia accidentia sicut acq̃runť ꝑ motũ ita corrumpũtur per motum: nec in tempore: quia manerent vsque ad instans generationis ignis, ergo & cætera.

IN oppositum contra istam opinionem arguo multipliciter. Non stante eodem subiecto non manet accidens illius subiecti: sed subiectũ immediatum dimensionum est compositum ex materia & forma substantiali: quam formam substantialem sequitur quantitas: igitur non manente composito nec manebit dimensio eadem

Cõtra opinionẽ Auerrois.

sed corrupta forma substantiali non manet idem compo
situm,ergo &c. Dices ꝙ nō oportet ꝙ aliquid sequens
aliud ratione alterius corrumpatur ad corruptionē eius
quod sequitur:quod ideo est quia scientia sequitur com
positum ratione animæ:& tamen scientia non corrumpi
tur ad corruptionem compositi:sic in proposito quanti-
tas sequitur cōpositum ratione materiæ:nō tamen opor
tet ꝙ quando compositum corrumpitur quantitas cor-
rūpatur:quia manet materia ratione cuius ipsum sequit̃.
Contra,corrupto priori essentialiter in quo imediate
fundatur,posterius corrumpitur & ipsum posterius, sed
forma substantialis mediat inter materiam & formam
accidētalem:& sic est prior essentialiter quantitate:sicut
superficies mediat inter compositum & albedinē: & est
prior essentialiter albedine,ergo corrupta forma substan
tiali,in qua immediate fundatur quantitas:quantitas cor
rumpetur. Item accidentis esse est inesse.7. Metaphy.
ergo non manente eadem inhærentia accidentis non ma
net idem accidens:sed corrupta forma substantiali non
manet eadem inhærentia dimensionis,ergo &c. Secū-
do principaliter arguitur sic, in generato quandoq; est
maior quātitas,q̃ in corrupto,vt quādo ex aere fit ignis
tum si eadē dimensio maneat in generato &c. quæro aut
quantitas generati quæ est maior sit præcise eadem quan
titas:aut nō præcise:& non potest dici primum:quia tūc
idem respectu eiusdem esset maius & minus:& sic sub cō
trariis terminis,si dicitur Secundū, ergo in generato est
aliqua pars noua quæ prius non fuit in corrupto:tunc ar
guitur sic.Quādo aliqua sunt eiusdem rationis si vnum
est corruptibile & aliud:aliter non essent eiusdem ratio-
nis:quia corruptibile & incorruptibile differunt plus quā
genere.10.Metaphy.sed tota quantitas & eius pars sunt
eiusdem rationis,ergo si pars est generabilis & corrupti-
bilis,et totū cuius est pars erit huiusmodi,ergo si necessa
rio manet. Confirmatur:quia si aliqua pars adueniat
vel ab intrinseco vel ab extrinseco:sed nō ab intrinseco,
ergo denuo educit̃ de potētia materiæ: & sicut vna pars
educitur,ita & quælibet alia potest educi: & si quælibet
pars:ergo & tota:igitur &c. Dices ꝙ quando ex aere
fit ignis:ꝙ eadem quantitas manet præcise:non tamē ter-
minus idem. Contra, si precise est vna quantitas in
igne & aere:et sic vnum & idem respectu eiusdem erit ma-
ius & minus:& si non precise eadem quantitas, ergo ali-
qua pars est de nouo in igne quæ non erat in aere:qa iste
terminus non potest esse nisi aliqua pars quātitatis : cum
non possit esse punctus:quia punctus sine quantitate ad-
uenire non potest:ꝙ autem sit maior quantitas in igne
q̃ in aere probatur:tum quia replet maiorem locum q̃
aer:& non replet nisi ratione quantitatis: tum quia Phi-
losophus.Quarto Phy.ca.de vacuo dicit:ꝙ quando ex
denso fit rarū:maior quātitas est in raro q̃ fuerit in denso
Item ꝙ quantitas aeris & ignis non sit præcise eadem
probatur:impossibile est quod relatio de nouo adueniat
nisi fundamentum de nouo adueniat: secundum æqua-
le & inæquale duplum & dimidium sunt relationis pri-
mi modi : igitur & cæt. sed capiatur vna quantitas quæ
permaneat:& secundum eum non sit maior sed sit æqua
lis quantitati illius aeris, rarefiat igitur aer ille equalis q̃
titati sic acceptæ,igitur aliquod nouū in fundamento ad
uenit:sed nō quantitate permanente, quia sic s̄m eam nō
erat motus,ergo in aere rarefacto. Sed dices ꝙ solū ibi
est terminus motus non alia quantitas. Contra, solum
quātitate dicitur aliquod equale alteri vel inequale, quia
proprium quātitati est dici equale,vel inequale, ergo aer
qui primo erat equalis & postea inequalis respectu illius
quantitatis permanētis habet aliquam quantitatē quam
prius nō habebat. Itē per nouū motū res noua acqui-
ritur:sed augmentatio & rarefactio sunt motus ad quan-
titatem,ergo per eos noua quantitas acquirit̃:sed in aere
quando rarefit est noua rarefactio, igitur &c. Tertio
principaliter arguitur,nam aut quantitas terminata & in
terminata sunt vna quantitas, & sic habetur pro & in

quia quantitas terminata non semper manet, ergo nec in
E terminata,aut est alia & alia,& tunc in eodem subiecto
sunt duæ quantitates,quod est falsum.Si dicitur sunt vna
quantitas tamen terminata non manet solum quantum
ad terminum,quero iste terminus aut est de genere quā
titatis aut non, si sic,cum non sit indiuisibilis,quia termi-
nus est diuisibilis & non aduenit nec recedit sine diuisibi-
li,ergo diuisibilis & per consequens quātitas, & sic quan
titas non manet,& qua ratione vna pars potest non ma-
nere,& tota,si non sit de genere quantitatis,ergo augmē
tatio & diminutio non erunt motus ad quantitatem,cū
sint ad talem terminū. Quarto principaliter arguitur
sic,Philosophus.Quinto Physi.probat per talem ratio-
nem ꝙ generatio non sit motus,quod mouetur est in lo
co,quod generatur non est in loco,sed subiectū genera-
tionis est materia prima,ergo materia prima nō est in lo-
co,ergo materia prima vt est subiectum generationis nō
est quanta,consequentia probatur,nam omne quantum
est in loco,quia quantitas est ratio formalis qua aliquod
F sit in loco. Dicetur forte ꝙ subiectum generationis pu
ta materia non est ex se in loco,sed per qantitatem, illud
autem quod mouetur per se est in loco, quia proprie est
quantum. Contra,sicut materia prima non est per se in
loco inquantum subiectum generationis sed per quanti-
tatem,ita subiectum motus inquantum subiectum mo-
tus non est per se in loco sed per quantitatem , ergo nulla
est differentia inter ista quantū ad esse in loco, minor pro
batur,videlicet ꝙ subiectum motus vt sic non est per se
in loco,sed per quantitatem.Illud per se est subiectū mo-
tus quod recipit formam,secūdū quam est motus: cuius
ratio est quia subiectum motus est per se in potentia ad
terminum motus:& quod est per se in potentia ad termi
num motus in se recipit formam secūdum quam est mo-
tus:capio minorem sed substantia in quantum substantia
est hmōi:substantia autem vt sic non est propriæ in loco
sed solum per quantitatem & sic per accidens, ergo &c.
Sed tu dices ꝙ hec ratio non solum est cōtraria Arist.
sed etiam contra determinationem Philosophi supra,nā
G per hoc Philosophus distinguit generationem a motu:
quia subiectum motus est in loco:non autem subiectum
generationis:& tu probas ꝙ ita est vnum in loco sicut et
aliud. Respondeo ꝙ Philosophus distinguit genera-
tionē a motu:quia illud quod mouetur est in loco vel p
formam præsuppositam formæ secūdum quam est mo-
tus:sicut subiectum alterationis vel loci mutationis: vel
est in loco non quidem per formam præsuppositam for-
mæ secundum quam est motus,sicut subiectum augmē-
ti vel decrementi:subiectum autem generationis neutro
modo istorum est in loco:quia non per formam præsup
positam formæ secundum quam est generatio: quia vel
nulla presupponitur forma formæ generandæ s̄m quam
est generatio,vel si sic:ista non est ratio essendi in loco:
nec etiam subiectum generationis est in loco secundum
formam secundum quam est generatio:quia talis forma
cum sit substantialis non est ratio essendi in loco alicui.
Quantum ad tertium articulum.Respondeo ad quæ-
stionem & dico ꝙ quando aliquid corrumpitur vel fit
H resolutio vsq; ad materiam primam:vel non, Si non : sic
dico ꝙ in genito & in corrupto manent eædem dimēsio
nes numero existentes:& etiam quantitates istas dimen-
siones sequentes:cuius ratio est quia quantitas siue dimē
sio non corrumpitur nisi eius subiectum corrumpatur.
sed eius subiectum.s.materia prima cū forma corporea
ponitur remanere,ergo &c.Si autem fiet resolutio vsq;
ad materiam primam,sic dico ꝙ nihil cōe manet in geni-
to & in corrupto nisi prima materia: forma autem sub-
stantialis:& quantitas terminata et interminata corrum-
pitur & etiam qualitas omnis. Vnde & aduertēdum est
quod aliquod esse subiectum accidentis contingit dupli-
citer. Vno modo quia immediate terminat dependentiā
eius:vt superficies est subiectum albedinis:& tale dicitur
subiectum quo:vnde secundo Meta.color est in superfi-

cie per ſe & primo:et dicit Cō.ꝙ ſuperficies eſt ſubiectū quo albedinis. Alio modo aliquid dicitur eſſe ſubiectum accidentis quia vltimate terminat dependentia eius:& tale ſubiectum dicitur eſſe ſubiectum quod: cuiuſmodi ſubiectum eſt prima ſubſtantia:vt probatur in predicamentis:nam de ipſa omnia dicūtur vel ſunt in ipſa: quia ergo quando fit reſolutio in generatione vſq; ad materiā primam deſtruitur ſubiectum quod ipſius q̄titatis: quia tūc forma ſubſtantialis corrumpitur hinc eſt ꝙ q̄titas corrūpitur quia & ſubſtantia corrumpitur in qua omnis q̄titas fundatur. Ex his poteſt haberi ratio in propoſito talis quando ſubiectum immediatum alicuius accidentis corrumpitur & illud accidens corrumpitur:ſed quando fit reſolutio vſq; ad materiam primam accidētis alicuius ſubiectum nō manet ſed deſtruitur, ergo omne accñs illius ſubī corrumpitur, minor patet, quia tunc non manet niſi materia prima:ſed materia prima non eſt immediatum ſubm alicuius accñtis: tum quia immediate non terminat dependentiam alicuius accñtis: quia materia de ſe non habet actualitatem per q̄ poſsit terminare dependentiam accñtis tunc quia nullum accñs mediat inter materiam et formam ſubſtantialem vt probatum fuit, ergo &c Secundo oñdo concluſionem principalem ſimi declarando modum, ſicut q̄tum fit ex q̄to, ita exñs exñte: patet nā materia ſemper eſt formata: quia materia nunq̄ eſt ſine forma:& ēt patet q̄tum fieri ex quanto & exñs ex exñte: quia corpus ſemper eſt ex terminis, ſummo minorem ſed ad hoc ꝙ exñs fiat ex exñte non oportet ponere aliq̄ formam ſubalem ſemper manere in genito & in corrupto:ſed ſufficit ꝙ forma corrupti continuetur vſq; ad inſtans introductionis formæ gñati, ergo ad hoc ꝙ corpus fiat ex corpore non oportet ponere aliquam q̄titatem eādem numero ſemper manere:ſed ſufficit q̄titatem corporis extrinſecam facere illud corpus continuari vſq; ad inſtans in quo gñatur aliud corpus ex ipſo. Item quicquid eſt in potentia pure paſsiua ad plures formas, per quarum naturam ſatiatur eius appetitus: quod dico forte propter materiam cœli: eſt in potentia contradictionis reſpectu illarum: quia ex.9.me.hoc eſt ēē in potentia cōtradictionis: quia quod ſic eſt in potentia paſsiua non magis determinat vnum contradictoriorū q̄ aliud: ſed materia prima eſt hmōi ad omnes formas, ex quo non eſt quid nec quale.7.Me.ergo reſpectu ipſarum eſt in potentia cōtradictionis, ergo materia non determinat ſibi neceſſario quantitatem. Item aut quantitas eſt formaliter contenta in potentia materiæ & reducibilis in ipſam aut non:ſi non ergo non eſt forma materialis, quia non educitur nec reducitur in potētia materiæ: vt patet de anima intellectiua, ſi ſic igitur eſt gñabilis & corruptibilis. Sed qd ſecundum veritatem dicemus fuiſſe de intentione Commen. Dico ꝙ intentio eius non fuit ꝙ eadem dimēſio numero maneat in genito & in corrupto, licet eadem ſecundum ſpeciem maneat. Quod patet ex tribus auctoritatibus in de ſubā orbis, prima dicit quia omnis forma ſubalis habet propriā quantitatem terminatam, quia omniū natura conſtantium &c.iō dimenſiones terminatæ non exiſtunt in hoc ſubo.ſ.niſi poſtq̄ forma ſubalis exiſtit in eo, ex his patet ꝙ q̄titas non perficit materiam niſi mediante forma ſubali, ergo forma ſubali corrupta q̄titas corrumpitur. Secunda auctoritas, quia quando ex aere fit ignis, caliditas ignis agit in aerem, & cum venerit ad maximam quantitatem materia aeris expoliatur forma ſubali & accñali & dimenſionibus proprijs, & recipit formam ignis, & quantitatem ipſam conſequentem. Alia auctoritas eſt, ꝙ tres dimentiones nunquam ſeparantur a materia niſi ſicut accñria cōia vt qualitates ſenſibiles, & ponit exemplum, vt ſicut diaphanitas in aere & in aqua ſed certum eſt ꝙ diaphanitas aeris vel aquæ non manet ipſis corruptis, quia conſequuntur formas ſubales corū. ergo &c. Notandum ꝙ ipſa daphaneitas & o.s qualitas Symbola corrumpi non dr̄ ſicut qualitates nō ſymbolæ, non quia eadem numero maneant, ſed quia non a contrario, ſed a ſubo corrumpuntur:& ſic per accñs corrumpitur magis q̄ qualitas non ſymbola. Alia eſt auctoritas Aui.ſecundo Meta.ſecūdo capitulo, vbi dicit ꝙ quādo cera aliter & aliter figuratur, vel qñ ex denſo fit rarū priores q̄ntates corrumpuntur & aliæ numero gñantur. Sed huic auctoritati non eſt adhærēdum nimis, quia durum eſt dicere ꝙ aqua quæ rareſit vel ponitur in alio & in alio vaſe aliter & aliter figurato perdat quantitatem & de nouo acquirat aliam.

A

B

C

D

Ad rōnes Auctoris.

AD rationes, ad primam Commē.cum dicitur, corpus non pōt fieri ex non corpore. Reſponſio ꝙ iſta propoſitio dupl'r pōt intelligi. Vno modo ꝙ illud ex quo fit corpus debet habet aliq̄ dimenſionem & eſſe q̄tū. Alio mō ꝙ illud ex quo fit corpus de ſe ſit corpus:& non ſit de ſe non corpus, primo mō intelligendo vera eſt prepoſitio: quia materiam ex qua fit corpus in inſtanti generationis neceſſario oportet eſſe quātam: licet non quantitate precedente ſed ſequente: quia in illo inſtāti habet formam ſubalem & conſequenter ipſam quantitatem formam ſequentem: ſecundo mō intelligēdo dico ꝙ propoſitio eſt falſa, quod patet duplici rōne, prima rō eſt omne recipiens debet eſſe denudatum a ſpē & genere recepti. Commen.3.de a.a cō.4.ſed materia eſt recipiens formam ſubſtantialem & quantitatem, ergo de ſe denudatur ab iſtis. Secunda rō eſt, quia illud quod gñatur vt ſic non eſt in loco:& per conſequens non eſt quantū: materia aūt generatur, inquantum eſt ſubiectum generationis: ergo non eſt quanta de ſe, ergo &c. Dico igitur ad formam argumenti: ꝙ corpus fit ex corpore verū eſt per accidens: quia illud ex quo fit eſt quantum per accidens quia per quantitatem: tñ ꝙ corpus fiat ex per ſe corpore, falſum eſt: vt patuit. Ad auctoritatem cum dicitur. Et quum inuenit &c.dico ꝙ illud quod hr̄ per auctoritatem verum eſt: nam genitum & corruptibile cōicant in eiſdem dimenſionibus non terminatis: eiſdem.ſ. ſpē nō numero:& materia nunq̄ denudatur a dimenſionibus interminatis: quia nunq̄ eſt ſine dimenſione, licet ſit ſine hac vel illa: ſicut etiam materia nunq̄ denudatur a formis ſubſtantialibus: licet denudetur ab hac vel illa: vñ bene ſequitur ꝙ ſi materia, in inſtanti generationis vel tempore habito ipſi inſtanti eſſet ſine aliqua dimenſione ꝙ corpus fieret ex non corpore: tamen nunq̄ materia eſt ſine dimēſione. Ad ſecundum cum arguitur, omnis forma &c.

Dico ꝙ illud argumentum non cōcludit, quia per idē probabimus ꝙ quantitas non corrumpatur: quia ſi corrumperetur, ergo vel a ſubiecto vel a contrario, non a cōtrario: quia non habet, nec a ſubo, quia tunc ex corruptione.ſ.formæ ſubalis nihil quātitatis remaneret. Præterea ſicut quantitas interminata de ſe ſequitur compoſitum ratione materiæ: ita q̄titas terminata, igitur ſicut ſi quantitas interminata non dicitur corrumpi, ita nec quātitas terminata eadem ratione.ſ.quia materia non corrūpitur. Dico igitur ad argumentum: ꝙ q̄titas corrumpitur ratione ſubiecti: quia.ſ.compoſitum quod eſt eius ſubm corrumpitur. Dices tu, non corrumpitur quia ſequitur compoſitum ratione materiæ: qualita veros ratione formæ:& ideo corrupto compoſito qualitas:& non q̄titas corrumpetur. Reſpondeo ꝙ hoc dictum.ſ.ꝙ q̄titas ſequitur compoſitum ratione materiæ non inuenitur a Philoſopho: nec a Commen.ſed oppoſitum, vt in ſuperiori qōne determinatum fuit: tū ſi volumus conſolari ſic dicentes, dicemus ꝙ iō dr̄ q̄titatem ſequi compoſitū rōne materiæ, qualitatem vero rōne formæ, quia q̄titas cum materia in duobus conuenit, in quibus qualitas cū materia prima non conuenit ſilr qualitas in duobus conuenit cum forma ſubali, in quibus q̄titas non conuenit cū ea, nam ſicut materia non eſt actiua ſic nec q̄titas, & ſicut materia inter entia eſt imperfectiſsima inquantum non habet aliquem actum, ita ēt q̄titas quæ eſt imperfectior qualitate iō magis cum materia conuenit q̄ qualitas, qualitas āt eſt perfectior & actiuior, iō magis conuenit cum forma q̄ q̄titas, iō qua ratione qualitas ſequitur

compositum ratione formæ, eadem ratione q̄titas insequitur compositum ratione materiæ.

AD rationes sequentium Auer. ad primam cum dr̄ aut tota &c. dico φ tota quantitas inducitur in tota materia, & pars in parte, & cum dicitur, ergo mi q̄ fuit ipsius aeris habebit partē et partē. Dico aut tu loqueris de partibus materiæ s̄m illud quod sunt, & sic concedo quod dicitur, tñ & nō sequitur φ añ q̄titatem sit q̄titas, quia illas partes non habet per q̄titatem s̄m φ particulares & extrinsce, & tales partes nō precedunt q̄titatem, immo sunt tales per q̄titatem, nec in eis quantitas recipitur, sed tantum in partibus materiæ præcedentis, quare &c. Ad secundum cum dr̄, si tota quantitas, respondeo φ illud argm̄ nō cōcludit. Nā arguo sic, in eodē instāti in quo corpus Chr̄i fuit organizatū fuit & a. atum tunc sic in illo instanti in quo a. a infunditur, aut infunditur in corpore viuo, aut nō, nō secundo mō quia in eodē instanti idem corpus esset viuum & nō viuum, quod est impole, nec in viuo quia cū corpus nō viuat nisi p̱ a. am: tūc anteq̄ reciperet a am haberet a am: & sic ante a am esset a a, similiter lumē est actus corporis lucidi: aut ergo lucidum est lucidū ante receptionē luminis & ante lumē, aut nō: si nō: igitur nō lucidū, esset lucidū quod implicat. Si sic: cū diaphanum nō luceat nisi per lumē: anteq̄ recipet lumē hēret lumen, quæ argumēta nō cōcludūt: & tñ consilr ꝓcedūt. Dico ergo ad ipsum: φ tota quantitas de nouo educitur de potentia materiæ: & de potentia materiæ diuisibili: nō quidem diuisibili per q̄titatem p̄cedentem: sed sequentem: sicut lumen est actus corporis lucidi: non quidem prius lucidi: vel sine lumine lucidi: sed p̱ lumen sequens lucidi, ita in proposito: quātitas est alicuius materiæ quantæ: nō quidem de se quātæ sed per quātitatem q̄ habebit. Ad aliud cum dicitur: φ si tota q̄titas corrumperetur &c. dicitur φ non sequitur: quia in eodē instanti tp̄is in quo ignis est primo genitus tñ q̄tum eius quantitas superexcedit q̄titatem aeris ex qua generatur tñ corrūpitur de igne: & sic non oportet φ aliquod corpus moueatur in instanti. Vel dicendum φ in illo instanti in quo ignis est primo genitus non occupat maiorē locum q̄ aer ex quo genitus est sed statim postea in tp̄e habito vel immediate se habente, exēpli gratia ponat̄ ignis in furno & claudatur, primo ignis corrūpet totū aere replentem totum furnū, & certum est φ nō occupat maiorem locum quam aer occuparet, sed aperto furno subito maiorē occupat, & sic non sequitur φ motus sit in instanti. Posset autem dicta ratio de motu locali in instanti formari, si quantitas ignis de nouo inducitur & tota quantitas aeris corrūpitur, certū est φ tota inducitur in instanti in quo generatur ignis, vel per augmentum vel per alterationē, siue sic vel sic sequitur φ motus est in instanti.

Respondeo ad hanc formam φ totum inducitur in instanti generationis ignis nō per motum aliquem, sed per mutationem, ideo motus non est in instanti, agens enim non primo attingit vnā partem materiæ, & postea aliā, sed totam simul potentiam materiæ, ideo in instanti producit. Vnde sciendum φ si sigillū in vno instanti imprimeret figurā in cerā, ita φ totā cerā simul attingat nō per motū, sed per mutationē in eā ageret, sic in præsenti maxime cū q̄titas sit quædā ipressio in substātia ab agente.

H Ad Quartum cum dicitur, o.s motus &c. dico φ duplex est motus, vnus corruptiuus: alius acquisitiuus, de acquisitiuo vera est maior, quia per talem motū est processus ab imperfecto ad perfectū, sed de motu corruptiuo non est vera, quia iste ꝓcedit ab esse ad non esse, ideo talis motus non habet terminum sibi intrinsecū, quia nō est dare vltimum non esse formæ prioris, sed bene primū sequentis. 8. Physi. iste aūt motus rarefactionis qñ ex aere fit ignis est solum motus corruptiuus, ideo &c. Ad qntum cum dicitur, repugnat q̄titati &c. dicendum φ antecedēs est falsum, quia si sibi repugnaret totaliter produci per nullam potentiam posset produci, quod falsum est, quia deus producendo cœlū produxit totam quantitatem cœli simul cum cœlo, sisr producere posset tota

B die multas quantitates esse totaliter. Sciendū tamen φ quantitas dupliciter acquiritur per motum. Vno mō per motum proprium terminatū ad ipsam, & sic bene verū est φ quantitati repugnat totaliter acquiri per talem motum. Alio modo per motum terminatum ad formā substālem, & per talem motum pōt totaliter induci, & inducit in generatione ignis ex aere. Ad sextum cum dicitur. Si vinum &c. Respōdeo φ si in vino sunt plures formæ substantiales acetum nō de nouo replet dolium quia eadem quantitas manet in aceto quæ fuit in vino, quia manet forma substantialis, ratione cuius quantitas vini erat in vino, si tamen non sunt plures, dicēdum φ doliū tunc de nouo impletur & noua quantitas aduenit. Ad septimū cū dicitur. Si vnum doliū mutaretur, dicēdum φ nullo modo locus idem numero maneret, est tamē idem specie, quæras quid per hoc intelligitur in secundo sententiarum qōne, Vtrum angelus sit in loco. Ad confirmationem cum dicitur. Termini motus inter quos per se est

F ipse motus &c. dico φ differunt aliquo illorū modorum quia aliter natura frustra ageret, sed in ꝓposito qñ. s. dolii vnum mutaretur in aliud eiusdem quantitatis, vel vinum in acetum non est ꝓprie terminus illius trāsmutationis: sed mutatio est per se inter substantiā illius dolii, vel inter substantiam vini & aceti. Ad confirmationē cum dr̄, ista accidentia aut corrumpuntur in tp̄e aut in instanti, dico φ in instanti: quia in eodem in quo corrumpitur aer, & cum dr̄ φ sicut acquiruntur &c. dicendū φ qñ aliqua acquiruntur per transmutationem tunc sicut acquiruntur per motum ita corrumpuntur per motum, sed in ꝓposito ipsa quantitas terminata non per se acquiritur p̱ motū, sed per accñs p̱ mutationē, q̄a in instāti illo in quo eius subiectum gñatur, ergo nō corrūpitur per motum.

AD argumentum principale cum dr̄. In generato & corrupto &c. dr φ vel in illo q̱ habuit cicatrices est tñ vna forma, & sic est dicendum φ non sunt eędē cicatrices nūero in mortuo & in viuo, vel sunt plures: & tūc est dicēdū φ ideo quātitas nō corrūpitur, quia

G manet illa forma quæ est subiectum mediatum eius &c.

Quæstio incerti Auctoris. 2

An interminatæ dimensiones formam substantialem in materia præcedant.

VTrum dimēsiones interminatæ præcedāt formam substantialem in materia. Et arguitur φ nō: quia substātia prior est accñte cognitione, diffinitiōe, & tp̄e. 7. Met. Sed oēs dimēsiones siue terminatæ siue interminatæ sunt accidētia, ergo &c. Item materia cū forma causa est o um accñtiū quæ sūt in ea, primo Phy. Cū igit̄ causa sit prior cāto sequitur formā substātialē p̄cedere dimēsiones. Item dato opposito sequitur diffinitiones substātiarū esse p̱ additamēta: cōsequens est falsum ergo &c. cōsequētia ꝓbatur: quia diffinitio principaliter sumitur a forma: & quicquid cadit in diffinitione: siue sit materia siue sit quodcūq; aliud, cadit sub rōne formæ: tūc arguit̄ sic. Quod prius est forma cadit in diffinitiōe substantiæ: sed dimensiones interminatæ sunt priores forma

H substantiali per se, ergo ponendæ sunt in diffinitione substantiæ. Constat aūt cū sint accidentia φ sunt post naturam substātiæ, ergo in diffinitione substantiæ ponitur aliquod quod non est de essentia substantiæ talis aūt est per additamentū, igitur &c. Itē materia est ꝓprium subiectum generationis: tale aūt oportet manere φ non videtur habere esse nisi per formam substantialem, ergo &c.

OPPOSITVM dicit Cō. in de substantia orbis.

HAnc aūt quæstionem tractat Cōmētator ibidem: & ibi ponit opinionem Auicē. qui dixit formam substantialem primo recipi in materia prima. Ex qua positione Commen. deducit Aui. ad tria inconuenientia, primum est, φ forma quælibet esset impartibilis per se & per accidens, ita φ tota in toto & tota &c. secūdum

incōueniens, ꝙ tale compositum esset immobile, tertiū, ꝙ materia non posset recipere nisi vnicam formā tanq̄ A sibi propriam, nec plures simul vel successiue. Et ꝓ euidentia istorum qualiter sequantur, sit ista suppositio, ꝙ qñ aliquod recipitur in alio mediante quodā alio, illud, quod recipitur, recipitur ſm naturā illi', quo mediāte recipitur, vt patet de albedine quæ de se est indiuisibilis, tamē quia mediāte superficie, quæ est diuisibilis recipitur, ideo ipsa diuiditur, ita, ꝙ omne impartibile si recipitur in aliquo mediante aliquo partibili partibiliter recipitur, si ergo esset motus conuersus fieret ecōuerso: cum igitur materia de se sit impartibilis, nec habeat partem, immo, cum sit pura potentia nullū etiam habens actum vel distinctā quātitatē, nec est illud quod per se diuiditur: similiter forma substantialis per se est indiuisibilis. Si igitur mediante forma substantiali reciperetur quantitas in materia: indiuisibiliter reciperetur: & ita illud compositū esset indiuisibile: ex quo illa forma nō diuideretur diuisione materiæ quæ omnino est impartibilis: ex quo patet primū si aduertatur,

B Item ex ista suppositione sequitur secundū. s. ꝙ tale cōpositum esset immobile: qm̄ mobile est diuisibile. Et similiter sequitur tertium: ꝙ in materia non esset nisi vnica forma simul & successiue, quia vt dicit Cōmē. 2. Met. naturalis appetitus non est frustra vel ociosus: materia aūt naturaliter appetit formā: vel quam possibile est habere, vel q̄ nō habet. Si scđo mō iste appetitus esset ociosus, successiua autē pluralitas formarū nō est sine motu, tale aūt cōpositum moueri non posset, quia cum sit indiuisibile non posset partim esse in termino a quo: & partim in termino ad quem, ergo non apparet plures. Itē in omnibus habētibus materiā: materia est vna numero: eo ꝙ non habet per quod differat, ergo tota materia non habebit vt appetat nisi hāc vnicam formam numero, cū igitur hæc sint inconuenientia: ideo illa fugata relinquuntur: sed nunc dicetur: qualiter ponemus istas dimensiones interminatas: aut realiter, aut secundum rationem.

Pro solutione est notādū, ꝙ materia de se est solū pura potentia: nec habet aliquem actū de se: et ideo ꝙ materia si multa vel pauca hoc nō habet a se, sed a quantitate: vnde oportet ꝙ in generatione ignis ex aere vel econuerso nihil vtrobiq; deperderetur de materia, sed præcise tantum sit sub vtroq; termino, nō tñ occupat tantū locum, quia generans quantum dat de forma, tantum dat & de loco, sed oportet ꝙ tantum præcise sit de materia in generato, quātū in corrupto & ecōuerso, sicut dicitur in de generatione, ꝙ ex vno pugillo aquæ fiūt decē pugilli aeris, hæc autem raritas materiæ non est a forma aeris: quia sic corrupto aere nō maneret tāta materia: quod est falsum &c. & per hoc patet, ꝙ maior raritas est prior forma aeris, quare non corrumpitur ad corruptionem aquæ: & sic intelligendum est in materia dimensiones interminatas præcedere formam substantialem.

Sed pro solutione argumentorum sciendum duo. Primum ꝙ dimensiones interminate p̄cedunt formā in materia ſm essentiā nō ſm esse, secūdū ꝙ p̄cedunt illā mō accidentali non essentiali. Primū patet: quia accidentia non sunt entia nisi per attributionem ad subiectū ita ꝙ sicut entitas accidentium est ab entitate substantiæ: ita esse accidentium ab esse substantiæ et subiecti: ideo dicimus oīa accidentia esse eadem numero, licet per accidens propter vnum esse subiecti vel suppositi: sicut igitur per generationem & corruptionē variatur substātia: sic & accidentia ſm esse: et sicut materia manet sub vtroq; termino variatur tñ ſm esse quod acquirit sub diuersis formis, sic dimēsiones interminatæ, omnino similiter manēt; sicut materia in qua fundatur: & sic ſm esse non præcedunt formam substantialē in materia. Secūdū patet: quia vt dictū est tota necessitas ponēdi dimēsiones interminatas præcedere formā est: vt det ei esse partibile & transmutabile: hæc autem oīa accidunt formis, quæ formæ de se sunt impartibiles & intrāsmutabiles, vnde accidētaliter & non essentialiter dimensiones præcedūt formā in materia, quia nō præcedunt nisi in generari & corrumpi: quæ non essentia A liter per se sed per accidens competūt formæ: & per hoc patet responsio ad argumenta.

Secundo dubitatur qūo dimēsiones interminatæ præcedunt formā. Respōdeo ꝙ est inuenire duo genera dimensionū interminatarū. Ad cuius euidētiā duo videbimus. Primo ꝙ in materia sunt dimensiones. Secūdo ꝙ istæ sint interminatæ. Primum ostenditur: quia ꝙ vnus pugillus terræ sit dēsior vno pugillo aquæ nō est ex hoc ꝙ terra sit porosior aqua. Nam ignis qui minime porosus est: est rarissimus: nec ex hoc: ꝙ partes terræ propinquius iaceāt q̄ ipsius aquæ immo æqualiter cum sint immediatæ: & vtrunq; sit cōtinuū: sed ideo quia in pugillo terræ plus est de materia q̄ in pugillo aquæ & ꝓpter hāc conuenientium in aliquo cōi dixit Arist. secundo de generatione contra Empedoclem elementa esse comparabilia. Ex hoc patet ꝙ in materia est inuenire multū & parum: sed hoc est per quantitatem, ſm quam aliquod dicitur æquale vel inæquale, quæ licet sint in prædicamento B relationis, fundantur tñ in quantitate, similiter de multo & pauco: quare, cū sit de se penitus in potentia, nō habet ꝙ sit multa vel pauca, nisi per q̄titatē: hæc aūt quantitas est in materia, ante oēm formam, quod sic ꝓbatur. Nam non est alia ratio quare ex grano milii non pōt fieri mōs nullo addito & sine rarefactiōe, nisi quia plus de materia est in monte q̄ in milio: si igitur natura posset super multum & paucum de materia, ita ꝙ posset facere de pauca materia multum: tunc etiam posset facere de grano milii montē faciendo de pauca materia milii multum: & ideo sine rarefactione: sed ꝙ de minori fiat maius nullo addito vel rarefacto, vel nullo dempto vel cōdēsato, est o no cōtra rōnē augumenti et decrementi, ergo natura nō pōt super multum, & paucum, imo actio naturæ solū consistit ad formas substātiales, quas pōt successiue in materia inducere et ab eadē remouere: & i hoc etiā natura differt ab arte, quia ars solum pōt transmutare subiectū quantū ad formas accidentales, non quantum ad formas substā- C tiales vel accidentales, similiter vltra, ergo ad formas accidentales non extenditur eius actio, ex quibus sequitur, ꝙ quantitas, in qua fundatur multum & paucū materiæ non est de accidentibus formam substantialē in materia consequentibus, & consequenter ista quantitas est ante oēm formā substantialem in materia. Secūdum ostenditur, ꝙ ex eo dicitur quātitas interminata, quia indeterminatum locum occupat, multum aūt et parū in materia sunt illa per quæ pōt occupari locus: nō autē occupat locum determinatum in actu: quia eadem multitudo materiæ aliqñ occupat maiorem locum: aliqñ minorem, vt in vno pugillo terræ: vt cū ex vno pugillo terræ fiunt decē aeris & pro tanto dicitur dimensio indeterminata. Sic igitur habemus vnum genus dimensionum indeterminatarū, quod non videtur venari Cōmen. in de Substantia Orbis. Nunc vidēdum est secundum genus, quod Commentator magis inquirit. Nam vnumquodq; inquantū corpus, et est corp' & est tale corpus: vt ignis est corpus, & est tale corpus. s. ignis. Si igitur ex aere generatur ignis D & econuerso aer corrumpitur: quia hoc tale corpus corrumpitur: sed non corpus simpliciter corrumpitur: similiter de igne corrupto dicatur corpus, ergo ſm hāc opini. prius est hoc, vel tali corpore, & quia corpus consequitur dimensiones, ergo corpus simpliciter consequitur dimensiones simpliciter: & hoc corpus has dimensiones: & sicut corpus simpliciter prius est hoc corpore, ita dimensiones simpliciter his dimensionibus & dimensiones simpliciter sunt interminatæ: quia non correspondet eis locus determinatus: sed locus simpliciter: quia corpus vt corpus est in loco: non autem in hoc loco, hoc autem corpus est in hoc loco determinato: nam generans quantum dat igni vel aeri de forma specifica, tantum dat ei de loco indeterminato. Sic igitur habemus duo genera dimensionum interminatarum præcedentium formam in materia. Differunt autem hæ dimensiones in hoc, quia

Dimensiones sunt in materia & sunt interminatæ.

Prima dimensionum differentia formam in

materia di uarii modi praecedentium.

primum genus dimẽſionum praecedit omnium formam E ſubſtantialem in materia tam generalem quam ſpecificã: quia omnis forma in materia recepta oportet ꝙ partibiliter recipiatur: haec autem vt patuit non poteſt eſſe niſi dimenſiones interminatae praecedentes omnes formas tã generales quam ſpeciales. Secundum autem genus non vniuerſaliter praecedit omnes formas ſubſtantiales quia non formam corporis ſimpliciter: immo ſequuntur: ſed tantum formam ſpecificatam huius corporis ignis vel aeris. Secunda differentia inter has eſt: quia primum genus harum fundatur in materia ſimpliciter vt in ſubiecto: ſecundario in compoſito ex materia & forma: non enim praecedit corpus ſimpliciter, ſed corpus tale. Tertia eſt: ꝙ primum genus dimẽſionum praecedit formam ſubſtantialem. Secundũ vero nõ niſi ſecũdũ modũ cõſiderandi. Nam in vno cõpoſito nõ eſt niſi vna forma, & illa eſt ſpecifica, ſi enim in vno cõpoſito eſſent plures: cũ quaelibet illarũ det eſſe ſimpliciter idem cõpoſitũ nõ eſſet per ſe vnũ: & quaelibet igrederetur diffinitionẽ eius: & ſic diffinitio nõ eſſet p ſe vna, cõtra Philoſophũ. 7. Meta. Si igitur F ex aere generet ignis nulla ſubſtãtialis forma eſſentialiter remanet in igne q̃ fuit in aere: cõceptui enim generis non reſpõdet aliqua vna hypoſtaſis vnius naturae realis: quia intellectus generis ex parua ſimilitudine collectus eſt: vt dicit Themiſtius primo de Anima: et Cõm. ſecũdo Meta. manet igitur corpus in tranſmutatione aeris in ignem: quod prius. ſ. vt genus, quod realiter nõ differt a ſuis ſpeciebus, ſed ſolum ratione & modo conſiderandi: quia cõſiderãs ignem & aerem vtrobiq; inquantum corpus nõ corrumpitur niſi aliquod in quo haec duo differũt ſic cõſiderata: et corpus ſic conſideratum eſt prius ſm rationẽ tantum. Similiter dimẽſiones ſimpliciter quae ipſum conſequuntur ſunt his dimenſionibus priores: non eſſentialiter, ſed ratione. Quarta differentia eſt inter dimẽſiones interminatas & terminatas: ꝙ ſolum ratione adinuicem differunt ſicut dimenſio a dimenſione. ſ. ſm rationem magis abſtracti & minus: quia ſicut a particulari realiter nõ differũt niſi ratione ſicut interminata & terminata dimenſio: et ſicut terminata dimenſio eſt illa qua terminatus locus occupatur: ita indeterminata qua indeterminatus locus occupatur. Sed primum genus dimẽſionum a ſecundo realiter differt: quia materia eiuſdem eſt multitudinis & paucitatis ſub vno pugillo terrae & aquae factae ex illo terminatae autem dimenſiones maiorem locum determinatum occupant ſub aqua, q̃ terra. Cũ igitur in tranſmutatione pugilli terrae in quatuor aquae dimenſio interminata eadem manet quia vtrobique eadẽ multitudo materiae, non autem manet eadem terminata dimẽſio: quia non idem terminus aequalis manet, patet ꝙ primum genus dimenſionis interminatae realiter differt a terminata.

Ex his ſequitur quinta differentia quae eſt: ꝙ primum genus dimenſionis interminatae comparatur ad ſecundũ genus interminatae ſicut materia ad formam. Secundum etiam genus ad terminatas: ſicut forma cõfuſa: ac magis abſtracta ad formam particularem. Ex quo ſequitur ꝙ ſicut materia quae realiter & eſſentialiter differt a forma, terminatur tamẽ per formam, ſic primum genus dimenſionis interminatae realiter diuerſum a terminatis terminatur per dimenſiones terminatas: & conſequenter natum ad primum genus terminari ſucceſſiue per omnes dimenſiones terminatas: & quia vna forma ſubſtantialis adueniens materiae non inducit niſi vnam dimenſionem talem quae ipſam conſequitur: & ſimiliter alia aliam & ſic de alijs: hinc eſt ꝙ vna forma ſubſtantiali recepta in materia non eſt terminatus appetitus materiae, ſed reſpicit ad aliam formam ſubſtantialem ad quã conſequuntur aliae dimenſiones terminatae per quas dimenſiones interminatae praecedentes formã in materia aptae natae ſunt terminari. Non eſt autem ſic de materia coeli: quae licet abſolute ſit eadem cum materia inferiorum indiſtincte, quod eſt per priuationem differentiae, quia tunc haberent iſtae materiae per quod different, multum tamen & paucum in materia corporali eſt alterius rationis a multo & pauco in materia coeleſti: quod patet, quia multum de materia in corporalibus facit denſum: parum facit rarum, in incorporalibus vero parum facit tranſparentiam: multum ſpiſsitudinem & luminoſitatem: ſecundum ꝙ dicimus ꝙ ſtella eſt denſior pars ſui orbis: licet igitur materia per indifferentiam ſit vna in his & in illis, non oportet corpora coeleſtia corruptibilia eſſe ſicut inferiora propter appetitum ad diuerſas formas quas nata eſt habere materia & non habet: cauſa iam dicta eſt.

Queſtionum Ioannis Ianduni ſuper libros Ariſtotelis de Caelo & Mundo, & Expoſitionis, ac Queſtionum eiuſdem ſuper Auerrois Sermonẽ de ſubſtantia Orbis nuper additũ, finis,

SERIES CHARTARVM.

Quaterni. AA BB CC DD EE FF GG HH Tabula per ſe patet.

Venetiis apud Heronymum Scotum

M D L II